CL. V. IOANNIS VVAMESIJ ..., RESPONSORUM SIUE CONSILIORUM...

Joannes 1524-1590
Wamesius, ...


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE II
13
7 1
18

CL. V.

IOANNIS VVAMESII

I.C. CELEBERRIMI,

ET IN

ACADEMIA LOVANIENSI

ANTECESSORIS PRIMARII,

RESPONSORVM

SIVE CONSILIORVM

AD IVS FORVMQVE CIVILE

PERTINENTIVM,

CENTVRIA PRIMA,

Ordine iudiciario digesta.

Additis cuiq; consilio summarijs; & Indice materiarum & verborum, ad calcem adiecto

LOVANII,

Ex Officinâ HENRICI HASTENII,

Academiæ & Vrbis Typographi,

M. D. C. X X V.

Cum Imperiali, & Principum Belgij, Priuilegijs.

VIRTVS SVDORE PARANDA.

VVAMESI *vultus ſimilem manus æmula formam*
Effinxit, ſed non ingenium potuit.
Non tamen hoc latuit; nam tantæ mentis imago,
Tot Reſponſorum per monumenta patet.
Et mentem forma inſinuat; meritò inde ſolebant,
CORPVS IVRIS HIC EST *dicere diſcipuli.*

I. WEYMS.

ILLVSTRISSIMIS
REVERENDISSIMIS
NOBILISSIMIS
PRVDENTISSIMIS

BRABANTIÆ ORDINIBVS,

STEPHANVS VVEYMS

I. C. & Antecessor.

IVRISPERITORVM sua Responsa, quæ vulgò Consilia appellant, edentium, meritum eleuare & ambiguam laudem reddere velle visus est, sæculo superiore vir magnæ eruditionis & famæ, ijs libris, quibus ΠΑΡΕΡΓΩΝ titulum fecit: sed adeò id assecutus non est, vt suæ potiùs existimationi offecisse inconsideratâ istâ censurâ dici possit; quam & eius heres vir amplissimæ dignitatis improbauit, eius ipsius postumis Responsis euulgatis. In errore inprimis, & rei non obscuræ ignoratione versatus videtur, cum veterum prudentum exemplo, iudicium suum stabilire conatus est, quos in tantâ voluminum de Iure scriptorum mole, paucissimos *Responsorum* libros ait edidisse. Nam etsi pauciores *Responsorum* inscriptos nomine, repræsentent Index Pandectarum, & singulorum in ijs capitum inscriptiones; plurimos tamen non nisi responsa, licet sub aliâ inscriptione, fuisse complexos, constat. Taceo quòd *Quæstiones*, quarum libros complures primarij Iurisconsulti *Papinianus*, *Africanus*, *Scæuola*, *Julius Paulus*, alijque scripsêre, non nisi Responsa fuisse videantur diffusiora, & productis vtriusque partis argumentis pertractata: quòdque *Epistolarum* libri, quorum *Proculus* VIII.

Iauolenus XIV. *Sex. Pomponius* XX. ſcripſêre, itidem non niſi Reſponſa per epiſtolam abſentibus miſſa, ſeu reſcripta, continuiſſe videantur. *Digeſtorum* certè libros, quos *Alfenus Varus* XL. *Iubentius Celſus* XXXIX. *Marcellus* XXXI. *Cerbidius Scæuola* XL. ediderunt, reſponſa comprehendiſſe non dubium eſt, ad perpetui Edicti ordinem digeſta & compoſita; quod nobis lectio eorum fragmentorum, quæ in Pandectis ex ijs libris deſumpta extant, etiamnum facit manifeſtum. Nam facti ſpecies aliqua in ijs propoſita initio ferè legitur, & quid ad eam reſpõderit, Iuriſconſultus deinde ſubiungit, ſolemni etiam plærumque verbo, *Reſpondi*, vſurpato. Quod autem obſeruatur primos Interpretes poſt Iuſtinianeum Ius à Lothario reſtitutum, aut nullos aut pauciores *Conſiliorum* libros ſcripſiſſe; id eò accidiſſe exiſtimandum eſt, quod cùm primi interpretari Ius illud inſtituiſſent, nulloſque haberent, qui ijs præiuiſſent, quorumue veſtigijs inſiſtere poſſent, labor eorum omnis neceſſariò in eo munere conſumendus fuerit; in illâ potiſſimum communi & latinitatis & Romanæ antiquitatis, quæ per ea tempora erat, ignorantiâ, vt ſcribendis operoſius Conſilijs incumbere minùs potuerint. Qui verò proximè hos ſecuti ſunt, mox hanc operam cepêre publico impendere, ſed breuiora ſunt, quæ illi ſcripſere Conſilia, & controuerſiarum ſola puncta tractantia. Poſteriores laborioſiùs ſcripſêre, cum multa argumentorum in vtramque partem congerie, & magnâ allegationum ſyluâ; quorum nonnulli interdum non tam in veri iuſtique ſcopum intendiſſe videntur, quàm vt Iudici comprobarent cauſam qualemcumque ſuſcepiſſent aſtruendam, eo intentiore ſtudio, quo maius affulſiſſet operæ ſuæ precium. Atque hi materiam criminationis in vniuerſum hoc inſtitutum intendendæ ſubminiſtrarunt. Sed ſi ratio hæc admittitur, vt res vlla inde ſolum in crimen adducatur, quod maligni aliqui eâ abutantur ad libidinem ſuam vel quæſtum; quæ erit res tàm præclara, tam ſancta, vt poſſit damnationem euitare? Certè inter omnes conſtat præcipuum ſemper Iuriſconſultorum munus fuiſſe *Iura reſpondere*: vt & Iuſtinianus noſter inter Iuris ſcripti partes, non minimam cenſuerit *Reſponſa prudentum*. Neque initio fuit alia huius ſtudij vel tradendi vel diſcendi ratio, quàm vt à Iuriſconſultis

interea

interea quàm consultoribus responderent, admissi discipuli, audirent notarentque responsa & rationes eorum: quod non vno loco Marcus Tullius & I.C. Pomponius docent. Ab huius muneris functione, Iurisconsultorum domus oracula ciuitatum habebantur, quibus ideò Tullius Pythij Apollinis illud apud Ennium attribuebat, vt eorum quisque iure suo dicere possit *se esse eum vnde omnes sui ciues consilium expetant.*

Suarum rerum incerti, quos ego meâ ope ex
Incertis certos, compotésque consili
Dimitto, vt ne res temerè tractent turbidas.

Ita meminimus in Academiâ hac & Vrbe LOVANIENSI maximâ hominum frequentiâ celebratas ædes *Clarissimi I. C. & Antecessoris* IOANNIS VVAMESII; cùm ob absolutam diuini humaniquc Iuris scientiam, prudentissimumque iudicium, concursus ad eum vndique esset consultorum, si quid vsquam difficilis de Iure controuersiæ incidisset. Cui cùm ad cæteras facultates studij laborisque perpetua contentio accessisset; factum est vt *Responsorum* magnum numerum, inter cætera doctrinæ suæ monumenta reliquerit, meæque fidei moriens commendârit. Ex ijs ante annos iam viginti sexcenta ad Ius Pontificium pertinentia selegi, & digesta ad ordinem titulorum quibus Decretalium epistolarum libri sunt compositi, in lucem per partes emisi. Quàm publico vtile opus exstiterit, testantur fora tribunaliaque omnia, eorum *Responsorum* authoritatem in plærisque iam causis vsurpantia; illorum item qui post illa de Iure scripserunt volumina, frequentissimè authorem laudantia; honestissima denique facta de ijsdem responsis iudicia ab omnibus qui doctrinæ nomine aliquo censentur. Inter quos omnes eminet vnus ANTONIVS FABER Senatus Sabaudici Præses, Iurisconsultorum sui temporis coryphæus, quem nuper extinctum maximo Iurisprudentiæ damno luximus; cuius grauissimum iudicium familiari ad me epistolâ perscriptum subiunxi, quod est eiusmodi vt omnibus penè consilijs superioris sæculi Iurisconsultorum, *VVamesiana* hæc videatur anteferre. Tanti viri me ad plura edenda cohortantis authoritate, & aliorum doctorum virorum id à me expostulantium desiderio eò adductus sum, vt ex reliquâ quæ penes me supererat copiâ similiter selegerim ea, *quæ ad Ius forumque*

ciuile pertinent, certoque ea ordine & per argumentorum classes dispoſuerim, ad octo & amplius centurias toto opere perducto. Ex his primam iam prodeuntem quæ ad *Ordinis iudiciarij* materiam pertinet Illuſtriſſimo nomini veſtro, *Viri Ampliſſimi*, multis ex cauſis inſcribo. Cura inprimis Academiæ noſtræ LOVANIENSIS amplificeandæ, quam perpetuò geritis, hanc à me, qui Profeſſorium in eâ munus ſuſtineo, grati animi teſtificationem exegit. Deinde ſatisfacere aliqua ex parte, & pro virili debui deſiderio, cuius pluries ſignificationem feciſtis, exſtare ſcilicet plura Profeſſorum huius Academiæ monumenta, quæ cum exterorum ſcriptis certare poſſint, vt inde conſtet ſcribendi voluntatem magis, quàm facultatem noſtris hominibus plerumque defuiſſe. Denique veſtra ipſorum iura & communia omnium, & peculiaria ſingulorum, non paucis horum Reſponſorum defenſa & propugnata legetis. Rogo itaque vt hunc poſtumum VVAMESII fœtum meâ obſtetricante opera in lucem productum benigniter ſuſcipere, & in veſtra eſſe tutela velitis. Exigebat Veſtra Amplitudo vt non niſi plures iunctim Centuriæ veſtro inſcriptæ nomini prodirent, idque vt efficerem mihi in animo fuit; ſed operarum typographicarum tarditas non niſi vnam hanc hactenus excudi Centuriam paſſa eſt, & vnius eius editione ſatisfacere vel ex parte expectationi veſtræ ſatiùs exiſtimaui, quàm diutius eam ſuſpenſam habere. Quod benigniores creditores ſolent, vt particulatim ſibi exſolui debitum patiantur, id velim à vobis mihi indulgeri; vt ſi per vergentem iam ætatem mihi fortè non licebit, fatis præuenientibus, quod deſtinaui præſtare; lentum ſaltem magis quam malum fuiſſe me nomen agnoſcatis, & reliqui præſtationem à ſucceſſoribus meis expectare dignemini. Bene valete *Illuſtriſſimi, Reuerendiſſimi, Nobiliſſimi, Prudentiſſimi Domini.* LOVANII prid. Calend. Februarij CIↃ. IↃC. XXV.

VIRO

VIRO CLARISSIMO,

D. STEPHANO VVEYMSIO

I. V. DOCTORI, ET IN LOVANIENSI ACADEMIA ANTECESSORI PRIMARIO,

ANTONIVS FABER

S. P. D.



ccepto pereleganti gratissimoq; illo munere Consiliorum Iureconsulti Clarissimi IOANNIS VVAMESII *affinis tui, Vir Clarißime, quod ex liberalitatis tuæ dono charissimus filius tuus, idemq; mei amantissimus, exhibuit; postulabat certè officij mei ratio, vt qui debitas referre non poteram gratias quàm amplissimas, haberem saltem quàm promptissimas; tantiq; muneris dignitatem, quam remuneratione vlla assequi non dabatur, veneratione tamen & commendatione aliquâ subsequerer; Fecissemq; haud dubiè, si non fuisset visum conuenientius, vt ille ipse, qui munus obtulerat, meas etiam ad te referret litteras, tanto suauiores futuras tibi, vt sperabam, & gratiores: Itaq; expectandum fuit tempus, quo hinc recederet; quod etsi fuit paulo longius, quam credebamus, mihi tamen tantò fælicius contigit, quod & suauissima filij tui consuetudine frui diutius licuit, & totum illud Consiliorum insigne volumen, quod ego primum maiore quàm credi ferè poßit auiditate, percurreram, maiore subinde otio iudicioq; relegere, grauitatem & excellentiam operis propius intueri, & in tanta Quæstionum varietate miram perpetuamq; Responsorum subtilitatem suspicere, exuberantem Iuris vtriusque, id est rerum omnium diuinarum ac humanarum peritiam, admirari, cum eâ sermonis elegantiâ ac facilitate coniunctam, quam nescio ex tot Consulentibus quos ætas nostra & auorum tulit, an (vno excepto* Cuiacio*) quisquam fuerit assecutus. Quid addam? H*abes *iam meum de tanto opere iudicium, quale ab ingenio exiguo, sed ab ingenuo tamen, & candido laudatore, non subdolo Adulatore, expectare debuisti. Addendum nihilominus aliquid, vt mihi potius, quàm tibi satisfaciam. Mallem plura* VVAMESII, *quàm* Menochij *ac nescio cuius* Bursati, *aliorumq; huiusmodi quos pro nobilioribus scriptoribus habet Italia, extare volumina Responsorum: vt de Plinij & Ciceronis epistolis vester* Lipsius *quodam loco verè scripsit. Quare si quid apud te possum, Vir Clarißime, & pro eâ quâ bonum publicum prosequeris voluntate, rogo & obtestor enixißimè, vt cætera tanti Viri opera, huius præsertim generis, quæ in manibus habere te filius mihi retulit, eadem liberalitate effundas in publicum, neque bono & honori Iurisprudentiæ nostræ inuideas, quod vniuersa posteritas, si beneficio tuo videre poterit, fælicitati ætatis nostræ, quæ tam eximium Iureconsultum tulerit, si bene auguror, inuidebit: tibi vero eas pro me quoque referet gratias, quas tam ingentis beneficij magnitudo, à non ingratis animis sperare poßit & debeat. Bene vale, Vir Clarißime, &* FABRVM *tuum qui tantopere amat te, & obseruat redama. Dat. Lutet. Parisiorum. 12. Cal. Septemb. 1619.*

ELEN-

SVMMARIA CONSILIORVM HVIVS CENTVRIÆ.

CL.V.

CL. V.

IOANNIS VVAMESII

I. C. CELEBERRIMI,

ET IN

ACADEMIA LOVANIENSI

ANTECESSORIS PRIMARII,

CONSILIORVM

SIVE

RESPONSORVM CIVILIVM

ORDINE IVDICIARIO

DIGESTORVM.

CENTVRIA PRIMA.

SVMMARIVM.

Priuilegium per Principem ſupremum reuocari vel modificari poſſe.

1. 40. *Concilium Principis ſupremum legis interpretandæ ius habet.*
2. *Priuilegia publicæ vtilitatis cauſa conceſſa difficulter reuocantur.*
3. *Principiȝ eſt priuilegium interpretari.*
4. 36. *Priuilegium quod incipit eſſe iniquum reuocandum eſt.*
5. *Priuilegium publicæ vtilitati præiudicare non debet.*
6. *Monopolium illicitum eſt.*
7. 34. *Poteſtatis defectus arguit deficientem voluntatem.*
8. *Par eſt poteſtas quorum par eſt conditio.*
9. *Priuilegium ſequens quando cenſeatur derogare præcedenti.*
10. *Priuilegia & ordinationes quæ naturam contractuum habent etiam Principem ligant.*
11. *Maria & flumina debent eſſe libera.*
12. *Præſumptio eſt pro voluntate Principis præſertim quando motu proprio aliquid indulſit.*
13. *Præfatio indicat finalem cauſam.*
14. *Poſterior conceſſio non ſemper derogat priori.*
15. *Præfatio influit in diſpoſitionem.*
16. *Voluntas Principis reſcribentis attendi debet.*
17. 43. *Princeps ſolus poteſt reuocare priuilegium quod conceſſit.*
18. *Iudex inferior de facto ſuperioris inquirere non debet.*
19. 41. *Princeps ſententiam etiam quæ tranſiuit in rem iudicatam tollere poteſt.*

CONSILIVM I.

SVMMAM probabilitatẽ, imo æquitatem continere videtur communis omnium Ordinum & Statuum Brabantiæ postulatio Illustrissimæ Dominę Gubernatrici nuper porrecta, pro obtinenda ordinationis ad Status Zelandiæ directæ per Diuæ Memoriæ Carolum Imperatorem anno 1524. 25. Iunij reuocatione, aut æquabili interpretatione, seu moderatione. Difficultatem interim aliquam inijcit Supremi Concilij iam nuper pro Middelburgensibus lata in iudicio Reuisionis sententia, & dictæ ordinationis conditio. Illa enim alterius interpretationis viam præcludere; hæc reuocationis potestatem ex ordinaria Principis potestate, sustulisse videtur: quippe ex tenore dictæ sententiæ manifestò nunc constare videtur, Amplissimum Conciliũ sic interpretari dictam ordinationẽ, vt quisquis extraneus seu forensis in Zelandiam appellet, si vinum Gallicum, Burgundicum, aut Hispanicum aduehet, cogatur ad proximam tractoriam machinam; hoc est, **ten eersten craene** exonerare, & vasa mensurationi subijcere, priusquam possit vel vendere, vel aliò transferre; idque siue in Zelandiam cursum direxerit; siue cum aliò in Brabantiam aut Flandriã adnauigare negotiationis causâ destinasset, casu vel necessitate in Ze-

1 landiam alicubi appulerit [a]. † Cui sententiæ omnino standum & acquiescẽdum sit. Senatus enim seu supremum Principis Concilium etsi condendæ legis nullam habeat potestatem: interpretandi tamen ius vtiq; habet [b], Principis authoritate [c]; & sic quidem vt interpretando ius faciat [d]. Reuocandi autem potestatem hîc impeditam videri facit dictæ ordinationis conditio, quod non tam iure ordinationis seu legis, quàm priuilegij & concessionis ad vtilitatem & commodum Zelandorum, ac præcipuè Middelburgensium à Principe prodierit. Id enim indicare inter cætera videtur verbum **Octroy** insertum; atque item illud, quòd ad petitionem Magistratus Middelburgensis, non motu proprio hæc ordinatio sit facta; Item verba præfationis hæc, **ende oock tot den Suppliantẽ te versien** / hoc est, ad prouidendum Supplicantibus. Item illa quibus mandatur omnibus Magistratibus, vt faciant, sinant, patiantur supplicantes quietè & pacificè vti & frui dicta ordinatione, & concessione. Ita vt quamuis in comparatione aliorum videri possit, esse tantum ordinatio, & statutum; respectu tamen Middelburgensium sit priuilegium. Et postremo quod eædem litteræ non sint expeditæ sub sola forma ordinationum; appenso scilicet sigillo eâ formâ, quâ concessionibus, indultis, priuilegijs ac dispensationibus, non ordinationibus solet appendi. Ita vt ex causa finali ac formali ad priuiligium, concessionẽ, & indultum magis, quam ad legem generalem seu ordinationem propendere vi-
2 deatur. † Iam verò constat quod priuilegia, quæ publicæ vtilitatis causâ cuicumque

a *Vide consil. 7. & 8. Elberti Leoninі.*
b *Gloss. l. 1. C. de legib. Boerius in tract. de authoritate magni Concilij n. 179.*
c *Bart. in d. l. 1. nu. 12.*
d *l. non ambigitur de legib.*

cumque corpori conceduntur, reuocationi ita subiecta non sint, nec in generali omnium priuilegiorum reuocatione vnquam contineri intelligantur [a]. Videntur enim transire in ius contractus seu quasi contractus: cuius reuocandi longè minor est potestas [b]; quia suo contractu ligatur Princeps [c] etiamsi alioqui legibus solutus sit [d]. † Cæterum tam potenter 3 hæc non vrgent, quin demonstrari possit vtriusque adhuc integram superesse potestatem apud Principem. nam etsi beneficia principalia ipsi Principes interpretentur, & quem modum velint esse sui beneficij æstiment [e]: in voluntatem tamen Principis inquiri potest & demonstrari, quid verosimiliter voluerit, quidue noluerit; cum sic de illius iuditio non disputetur. [f] Itaque authoritate sententiæ amplissimi Concilij religiosè conseruatâ & relictâ; stantibus etiam rebus iudicatis; quando etiam iniquâ sententia plerumque auctoritate rei iudicatæ ius faciat [g]; & præsuppositâ conformitate voluntatis Principis & dictæ sententiæ, non videmus cur non possit Princeps potestate sua, seu ex illius auctoritate, Illustrissima Domina Gubernatrix, non tantum absoluta, sed etiam ordinaria, precibus supplicantium Statuum annuere; & vel totam illam ordinationem abolere, vel ad modum propositum restringere. Quò sane propensius inclinaturam maiestatem credimus, si hoc primum commonstrauerimus in eâ conditione nunc esse dictam ordinationem, hoc sensu acceptam & intellectam; siue pro priuilegio & indulto, siue pro lege generali accipiatur vt ipso iure resoluta, officium & vires vltrò amiserit, & sic formali reuocatione aut restrictione omninò opus non sit; sed tantum declaratoria sententia [h]. † Id autem eâ 4 ratione demonstratur, quod licet priuilegium quodcumque ab initio concessum, æquitatis ratione non destituatur, sed vtile, & efficax principium habuerit: si tamen in progressu iniquitatis colore inficiatur, si iniquum esse incipiat; si aduersus publicum bonum tendere deprehendatur; ipso iure reuocatur [i]. Satis namque non est qualitatem adiunctam verbis dispositiuis, adesse tempore dispositionis, sed debet durare etiam vltra tempus dispositionis; alioqui propter præsumptam voluntatem disponentis, & vitandæ absurditatis causâ, cessabit dispositio [k]. † Neque debet priuilegium quantum- 5 cumque generale, præiudicare publicæ vtilitati [l]; nec id velle vnquam creditur Princeps; & si quando id facit & vult, velut circumuentâ eius religione ac ma-

a l. Iubemus nulli. C. de Sacros. Eccles. & ibi Bald. l. Decurionibus, & ibi glossa C. de silentiarijs lib. 12. Doct. in l. Si cum mihi de dolo.
b Bald. in d. l. Si cum mihi Innoc. & alii in c. nouit. de iud. Alex. cons. 201. vol. 1.
c c. 1. de prob.
l. digna vox C. de legib.
d l. Princeps de legib.
e l. ex facto, de vulg. & pupill. l. Nemo ratus de reg. iur.
f l. disputare, C. de crimine sacrilegii.
g l. Qui Romæ, §. duo fratres, & ibi Doct. de verb. oblig.
h l. Quæ sub conditione. §. fin. & ibi eleg. Bart. ff. de condit. Inst. Bart in l. 1. C. de Thesaur. lib. 10
i d. l. ex facto, in verb. iteminiquum c. penult. x. de cle non residente. Bart. cons. 13. ex facto proposi to n. 4. vol. 2.
k Io. de Imol in d. l. ex facto nu. 4.
l l. In prouinciali §. fin. cum l. sequen ff. de oper. noui nuntia l. 2. §. Si quis à Princi; e ff. ne quid in loco publ.

iestate [a], vltrò cessat [a]. Cum ergo hæc ordinatio ab initio eo sensu nunquam acceptа fuerit, quo nunc; & secundum eum sensum ab initio multis annis non exercuerint aut vsurpauerint eandem Middelburgenses; etiamsi ab initio iniquitatem nullam continuerit ex vi primo secundum verisimilem mentem Principis dictæ ordinationi accommodato; continere tamen nunc incipit, ex latiore vsu per dictam interpretationem, quâ omnis adnauigatio forensium, tam fortuita & necessaria, quam destinata & voluntaria, dictæ ordinationi subijcitur: quia totius non tantum Brabantiæ, cuius res nunc agitur; sed Belgicæ grauissimum
6 præiuditium in eo consistit: † tum quod hoc colore & prætextu negotiatio vini in vnam Ciuitatem & Emporium cogatur, quod non magis, quam monopolium [b] licitum existimari debet [c], vbi sub eiusdem Principis ditione plura sunt Emporia; argumento à rebus ad loca ducto [d]: tum quod Mercatores forenses auertat, & vini pretium ex frequentiore exoneratione & transuectione intendat. Ita vt hoc respectu aciem intellectus ad verosimilem, imò veram Principis mentem ac voluntatem collimando, Middelburgenses si priuilegium in ea ordinatione constituant latius vtendo eo, quam licuit, idem quoque amiserint [e]. Et sanè si res integra esset, si nullo præiuditio hic vrgeremur, attentari posset, Principem nec voluisse, nec potuisse ex ordinaria potestate (de quâ solâ hîc agitur) tam latè patentibus finibus, priuilegium
7 Middelburgensibus concedere. † Et quidem de potestate prius: abrumpit enim illius defectus voluntatis præsumptionem [f]. Obstant autem potestati primò antecedentes eiusdem tenoris ordinationes, ad vniuersam hanc Inferiorem Germaniam directæ, & in vsum receptæ, quæ si eodem iure censeri debent, quo Middelburgenses suam prædictam ordinationem æstimant, pro priuilegio
8 scilicet, vt merito deberet, † quia quorum ex verbis dispositiuis, imo & ratione par & æqualis est conditio, eorundem quoque eadem debet esse potestas [g]; idque siue æquum, siue iniquum ius in vtriusq; impetratione consisteret [h]: quòd si, inquam, id constituendum esset (quod tamen non putamus) iam eadem esset ratio vinculi quoad generale, lateque patens priuilegium, vt non possit reuo-
9 cari, quæ in speciali. † Cum alioqui generali antecedenti priuilegio per subsequens speciale, angustiusque patens nunquam censeatur derogatum, nisi cum

a Bald. in c. 1. de Inuesti. de re alte. fac. Ioan. Andre in c. Innotuit. de elect. Franc. Curtius Iunior cons. 148 habita diligenti ratione nu. 2.
b l. 1. C. de Monopoliis.
c Oldrad. ad mir. C. de Monopoliis.
d Imol. Ias. & alii in l. Si ut pluris liberos de vulg. & pupill.
e l. eos cum sequenti C. de aquaeductu lib. 11 Carol. Ruinus cons. 18. pro intelligentia n. 5. vol. 1.
f l. Sine emancipatis C. de donat. l. multum interest in fin. C. Si quis alt. vel sibi.
g l. Illud ad l. Aquil.
h l. 1. & seq. ff. quod quisque iur.

 specia-

specialiter & in indiuiduo expressa antecedentis generalis priuilegij mentio & derogatio inscritur[a]; qualis nulla in dicta ordinatione anni vicesimi quarti
conspicitur. † Secundo potentius ob- 10
stant leges & conditiones Statibus Brabantiæ per D. Carolum Quintum Imperatorem in inauguratione addictæ, & iureiurando confirmatæ; quæ præscindunt omnem potestatem quibuscumque vel nationibus vel personis concedendorum quorumcumque priuilegiorum; quibus priuilegia, libertates, aut iura Brabantorum aliqua ratione diminui possunt; & omnium potentissimè, quod specialiter in ijsdem legibus cautum sit, nè quâ ratione forensium adnauigatio in Brabantiam, vllo modo impeditior fiat; neue nouis aliquibus præceptis, aut restrictionibus, cogantur aliquo loco peculiari merces suas exonerare. Huiusmodi enim leges, concordatorum & contractuum vim & potestatem habent. Constitutiones ordinationes, priuilegia acstatuta aût cum naturam contractuum assumant, irreuocabilitatem induant, & perinde Principem, vt alium quemuis ligent ac deuinciant[b]: siue sit Papa, siue Imperator[c]. Quod quidem per se tam manifestum arbitramur, vt maiori molimine demonstrare non sit necesse. Vnde consequens est, vt cum non potuerit Princeps in præiudicium Brabantorum huiuscemodi ordinationem facere, aut priuilegium alijs dare id quoque non voluerit præsertim verbis tam generalibus, & id ipsum non exprimentibus; quæque sine læsione priuilegij & iuris Brabantorum alio sensu accipi possunt: vt scilicet actus potius valeat, quam pereat[d]; & legibus ordinationibus, & statutis consonet potius quam repugnet voluntas[e]. Nullo quoque potestatis impedimento, aut defectu interueniente, nulla adhuc est huiusmodi voluntatis probabilis præsumptio. † Primò quod hæc 11
concessio aduersetur iuri naturali, & gentium, quo maria & flumina nauigantibus libera relinqui debent[f]; quæ libertas antecedentibus ordinationibus quoque velut cautione per eandem Maiestatem promissa erat. † Ita vt in conces- 12
sione Principis, iuri naturali vel gentium aduersante, non possit præsumi causa[g], & ex defectu causæ voluntas: præsertim cum in huiusmodi exorbitante concessione ius quæsitum tertio (vt est in proposito) læderetur[h]. Vnde etiam plerique hac ex parte potestatem Principi denegant: quia Princeps supra ius naturale vel gentium non sit[i]: (in alijs au-

a c. generi de reg. iur. in 6. Decius in l. in toto nu. 20. de reg. iur.

b l. c. 1. de proba. Bald. in l. Princeps. de legib. Ludouicus Romanus conf. 352. nu. 16. gloss in c. ad apostolicæ de sent. & re iu. lib. 6 l. 1. C. de excusa. mun. lib. 10. Andreas Barbatia cons. 2. nu. 5 vol. 4.

c c. Quodam & ibi Domi. de preben. lib. 6. Petrus Rebuff. ad concordata tit. de collat.

d l. Quoties de rebus dub. l. Quoties, de verb. oblig.

e l. Quaro §. inter locatorē ff. locati l. quidem cum filiū de verb. oblig. Alciat. de præsumpt. regul. 3 §. 32. in princ.

f l. 4 ff de rerum diuisione l. quo minus de flumi.

g Bald in c. quæ in Eccl. s. de constitut. Fulgo in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. publ. & cons. 61. Domina Catharina Roma dict. cons. 352.

h Ancho cons. 305 gram teo.

i Alex. cons. 101. vifo. vol. 1. Alcia. de præsumpt. reg. 3 §. 8. num. 8.

tem alterius iuri velle derogare, numquam præsumatur[a]; sic vt semper subintelligatur clausula, *saluo iure tertij*[b]. Secundo quod non motu proprio, sed ad suggestionem Middelburgensium hæc ordinatio facta sit; vt ex præfatione apparet: Ita vt pro voluntate Principis, & iustitia concessionis seu ordinationis, nulla sit præsumptio. Nam etsi cum motu proprio Princeps rescribit, statuit, aut concedit, pro voluntate Principis & Iustitia concessionis præsumatur, nulla tamen est similis præsumptio, sed relinquitur præsumptio auidæ importunitatis postulantium & circumuentionis, cum ad suggestionem & postulationem alicuius aliquid impetratur[c], quod vel duritiem aliquam, aut diminutionem alterius, aut exorbitantiam à iure com-
13 muni continet. † Tertio tam latæ concessioni, qualem Middelburgenses affectare volunt non satis conueniunt verba præfationis, quibus indicatur, mouens & finalis causa dictæ ordinationis, & voluntas ac intentio ordinantis[d]. Refricata enim memoria antecedentium ordinationum apertè indicat Principem illis derogare noluisse, sed & hanc quoque ad eorum maiorem obseruationis cautionem adijcere voluisse. Cum ergo antecedentes ordinationes ad omnes extendantur, & ad Middelburgenses solos non spectent, neque prærogatiuam eis adijciant; sequitur nec id voluisse Principem, quia nisi abrogatis prioribus
14 voluisse non potuit: † Effectu enim res caritura esset, quod posterior concessio non deroget priori[e], ne quidem tunc cum motu proprio Princeps aliquid concedit[f]; qua, vt dixi, alterius iuri sic in genere & vago derogatum non videtur[g]; & concedendo posterius intelligitur Princeps iura & commoditates prioris concessionis cuique integras seruasse.
15 † Quartò præfatio quæ solet informare, & influere in dispositionem[h], satis indicat[i] Principem tantum cogitasse de his, quæ causa vendendi in Zelandia, postquam nauigationem illuc destinasset, in Zelandiam appellerent; vt limitata causa, limitatum quoque iuris, vsus,
16 ac exercitij habeat effectum[k]. † Cum igitur in Rescriptis Principumque ordinationibus ac concessionibus mens ac voluntas rescribentis, ordinandis, & concedendis ante omnia attendi debeat[l], talisque præsumatur esse mens ac voluntas, qualis de iure esse debet[m]; & in proposito tam multa occurrant, quæ cogitationem ac voluntatem Principis, à tam lato amploque & vago verborum dictæ

a d § Si quis à Principe.

b Bald. in l. 1. ff constitut. Principum.

c l. 1. de petit. bono sublatis. lib. 10. Cynus in l. rescripta C. de precibus imper. offer. l. fin. C si contra ius vel vtilit. publ.

d l. 1. ff. ad Macedo. & ibi Bart Bal. in l. vt liberis C. de Collat.

e Curt. Iun. d. cons. 142.

f l. fin. & ibi Bart. C. de locat. prædio. fisca. lib. 11. l. habeo §. 1. ff. famil. hercisc. Curtius d. cons. 142.

g Bald. in l. 1. de Constit. Princip.

h l. Titia. §. idem. de verb. oblig.

i In princ. in versic. In onsen doets seruum kame ben te vers coepen.

k l. cancellauerat. ff de his quæ in testam. deleutur.

l Inno. in c. cum Eccles. de except. c. cum dilecta c. cum adeo de rescri.

m Bald l. 1. C. de sacros. Eccles. & in l. precib. C de impub. & alijs substit.

dictæ ordinationis intellectu, quem Middelburgenses hactenus affectauerunt, & iam auctoritate dictæ sententiæ sibi asserunt, & armis etiam tutari intendunt, merito auertere debeant; summâ ratione arbitramur in hoc nunc incumbere Status Brabantiæ, vt Principem precibus suis tam varijs æqui boniq́ue rationibus instructis inducant ad eam reuocationem, declarationem, vel moderationem dictæ ordinationis, vt cum præiudicio Brabantinorum amplius non accipiatur: cum vt diximus, priuilegiorum rescriptorumq́ue interpretatio & declaratio ad Principem eiusq́ue successores pertineat[a]; imo requiratur, cum verba obscuritatem habent, & alius atque alius intellectus verbis præsumptiuè accommodatur[b]; aut cum ex certo interpretationis genere iniquitas emergit, aut aliorum grauamen inducitur; quod aliter acceptis verbis, manente integritate recti sermonis, & tenore priuilegij aut concessionis, nullius iniuriam aut damnum contineret. Cum idem possit Princeps etiam tunc, cum alius verborum intellectus constitui nequit, quam qui cum aliorum grauamine accipiatur. Illo quidem casu, quod error & defectus voluntatis præsumatur; hoc autem quod circumuentus, aut importunitate & precibus impetrantis præter voluntatem aut illius exactam rationem, victus præsumatur[c]. † Cum etiam generaliter 17
Princeps posset solus reuocare priuilegium, quod concessit[d] etiam post ius alteri quæsitum[e], & parte minime vocata[f]. Quam facultatem & ad faciendvm propensionem, tollere aut impedire non debet prædicta Amplissimi Concilij sententia: nam illa ad verborum rigorem composita est. † Quemadmodum 18
etiam generaliter Iudex facere debet, qui de facto Superioris & Domini sui inquirere non debet; quia quoad eum, præsumptio iuris, & de iure secundum tenorem verborum assumitur[g]. At verò cum in auditorio suo Princeps patitur refricari merita concessi priuilegij, vehemens illa præsumptio iuris & Iustitiæ seponitur, & de tota causa priuilegij cognosci iterum potest[h]: † cum possit Princeps senten- 19
tiam etiam quæ in rem transiuit iudicatam tollere; potissimum cum inde

a d l ex fac. l. 1. & fin. C. de legi. c inter alia, de sent. excom.
b l Nummis de lega 3 l Si prases. ff de pœnis Bart in l ab executore in princ. de appell Bald in in l 3. C commi. nat. epistol. program.
c l. 1. C de pet bon subl. d Anto & Imol in c qua in ecclesiarū de constit. Bald in l. 2. C. de serui. & aqua in vi. colu vers. nota quod plenitudo.
e c nouit. de iudicijs.
f Curt. cons. 174. nu. 13.
g Alexand cons. 1. penul. colum. vol. 2.
h Alciat. de præsumpt. reg. 3. § 8 in 7 in fin.

inconueniens & alterius grauamen induceretur[a]; vt est in proposito. Neque magis hac sententia ligatur Princeps, quam si ab initio manifesta & omnibus apparens fuisset dictæ ordinationis hæc quam sententia declarat interpretatio; quæ ius nouum aut efficacius non tribuit; sed ius quod esse videtur, detegit[b]: vt qua ratione Principis facultatem & voluntatem in reuocando aut moderando impedire non posset apertissimus verborum tenor; quia scilicet detectus est error, & absurditas: eadem quoque non impediet secundum huiusmodi priuilegium lata sententia; præcipue quando nihil proponitur ex quo hoc priuilegium (si priuilegium dici meretur) per viam aut iure contractus concessum dici possit; quod ad reuocationis vel moderationis seu restrictionis facultatem & facilitatem plurimum confert[c]. Vt non sit operæpretium hic disputare, quo modo nunc accipi debeat dicta concessio; an pro ordinatione seu edicto; an pro priuilegio: cum parem potestatem habeat Princeps in vtroque. Quamuis vt & hoc addamus vix sit, vt dicta concessio pro priuilegio accipi possit: quia vt præfatio indicat, non fauore Middelburgensium, sed ipsius Principis concedentis, & omnium suorum subditorum facta est, ad effectum conseruationis prioris edicti de anno 1508. Sic vt materia potentior sit, quam forma, cum nihil intersit qua forma Princeps Ius dicat, ac statuat[d]. Et dum propius animaduertimus, vix vllum occurrit verbum, quod in concessionem alicuius sonet, præter quam illius quod Middelburgenses possint ad executionem & obseruationem perducere dispositionem priorum ordinationum; & ad eum finem hanc nouam vbique publicare: quo ipso alijs quicquam ademptum censeri non potest; cum priori illo edicto generaliter omnibus facta sit eius rei potestas, imo etiam imperata necessitas; quodq́ue non motu suo proprio Princeps id Middelburgensibus mandauerit, sed ad eorum petitionem & solicitationem.

a Specul tit. de sent. §. qualiter vers. hoc quoque notandum. Curt. d cons. 174. nu. 14
b Argumen. l. Adeo §. Cū quis in fin. de acq re. dom.
c Bald in c.l. Qui se patris C. unde libe.
d l. 1 ff. de constit. Princ.

ADDITIO I.

MVlta in medium adduximus pro
demonstratione emergentis nul-
litatis, iniquitatis, & absurditatis Or-
dinationis, ad Middelburgensium sup-
plicationem factæ Anno 1524. ad fi-
nem impetrandæ reuocationis aut mo-
derationis eiusdem ordinationis, qua-
tenus aduersatur prioribus constitutio-
nibus, & derogare aut imminuere ali-
quid potest ex priuilegijs ac libertati-
bus Ducatus Brabantiæ. Sed hoc nunc
præterea quæritur, An quia per senten-
tiam Amplissimi Concilij nunc primum
detectum est, grauatos esse Status Bra-
bantiæ per dictam ordinationem, quæ
multis annis stetit sine eo intellectu,
quem Concilium accommodauit, ap-
pellari possit ab huiusmodi ordinatio-
ne seu concessione? In quo articulo
paucis rem expediemus. † Est autem 20
verius non posse; quia generaliter à
Principe, qui superiorem non habet,
non appellatur [a], nec ab ordinationi-
bus supremi Principis [b]. Quemadmo-
dum nec recepta est appellatio à statu-
to, quod specialiter sine alicuius par-
ticulari odio, etiam ab inferioribus fa-
ctum est, sed generale est aduersus om-
nes [c]. † Nam quod dicitur à Princi- 21
pe malè informato, ad eundem benè
informandum appellari posse [d], veræ ap-
pellationis formam & potestatem non
habet. Ideoque Bartolus & alij id,
quod traditur à rescripto Principis ap-
pellari posse [e], referunt & interpretan-
tur ad sententiam, quæ virtute seu se-
cundum rescriptum lata est ab aliquo
Iudice. † At ea est horum Iudicum; 22
hoc est, Amplissimorum Dominorum
supremi Concilij conditio, vt ab eis
prouocari ad Principis auditorium non
possit [f]. † Proinde consultius erit per 23
viam quærelæ ad Principem confuge-
re; vt inde petatur remedium, vnde
læsionis origo profluxit. Cuius quæ-
relæ & supplicationis potestas, nullis
temporum metis concluditur, sed sem-
per fieri, & proponi potest [g]; proposi-
tis & in medium adductis omnibus in-
conuenientibus & grauaminum articulis
qui ex sic intellecta ordinatione emer-
gunt; postulatione proposità vt Sere-
nissima Regia Maiestas dictam ordina-
tionem, quatenus priuilegium Middel-
burgensium continere dicitur, & prio-
ribus ordinationibus conformis non est
aut derogat; & libertates ac priuilegia
Ducatus Brabantiæ infringit, reuocare, moderari, ac restringere, ex sua potestate dignetur.

a l. 1. in princ. à quibus appell. non licet
b Rebuff. ad constit. regias. tit. de supplica. quæst. 9 in præfatio nu. 33.
c Bar. & alij in l. omnes populi de iust. & iur. l. fin. §. pen. de appell recip.
d l. 1. §. quæsitum. ff. de appel l. 1 C. d. relatio
e d §. quæsitum.
f l 1. in fin ff. de officio. præfect. præto. Rebuff. ad constit. regias tit. de supplic. articulo 1. gl. 6.
g Bartol in l. fin. num. 6 de appella recep.

ADDITIO ALTERA.

VIdimus ac diligenter expendimus supplicem libellum, quem Ducatus Brabantiæ Status, Illustrissimæ Dominæ Gubernatrici, nuper exhibuerunt, adiuncta elegante demonstratione, ac deductione Iustitiæ, ac probabilitatis eorum, quæ dicto supplici libello continentur. Inuenimus sanè petitionis summam æquitatem, & demonstrationem æquitatis non admodum perplexam: sed tamen obtinendi spem externis quibusdam, casu impeditam; quod his prædictorum Statuum precibus præiudicium adferre videatur Amplissimi Concili Regiæ Maiestatis in oppido Mechliniensi nuper pro Middelburgensibus lata sententia in hoc ipso, vti videtur, articulo; quem supplice libello suo refricari, & ad cognitionem reuocari supplicantes desiderant; in quo propterea si quæ obtinendi prius superesse potuit exspectatio, annotatione ad non absimilem libellum eodem fine nuper pro parte oppidi Antuerpiensis porrectum facta, prorsus adempta videri posset. Cæterum huius impedimenti causam minorem existimamus, quam vt extremam omnem spem abscindat. Concurrunt enim tam multa ad iustificationem eorum, quæ dicto supplice libello petuntur, tam ex iuris æquitatisque rationibus, quam factorum circumstantijs; vt etiam intus habere videantur supplicantes, quod precibus nunc impetrare contendunt. Quò etiam fit vt duobus capitibus contineantur omnia, quæ operosiore deductione in dicta demonstratione continentur. Prius est in ordinatione Principis, ex qua huius controuersiæ occasio subministrata est, non contineri, aut si vnquam contentum fuit ipso iure nunc resolutum esse Middelburgensium priuilegium, quo extraneis in Brabantiam nauigationem destinantibus, appellendi, & in oppido Middelburgensi vina nauibus imposita mensurationi subijciendi aliqua necessitas incumbat. Alterum est, quod eo sensu, quem Middelburgenses proponunt, accepta ordinatione prædicta, nulloque interueniente, quod ad nullitatem vel spontaneam resolutionem exstinctionemque illius faciat: ea tamen sit illius conditio, vt vel omnino reuocari,

uocari, vel æquabili interpretatione ac declaratione Principis moderationem accipere debeat. Ad hæc duo capita reducemus omnia, quæ sunt in propositæ rei tractatione. Quod autem (vt à prioris capitis primo articulo exordiamur) ordinatio Diui Caroli Quinti Imperatoris ad Status Zelandiæ anno 1524. vicesima quinta Iunij directa, nullum speciale Middelburgensium contineat priuilegium, quo liberior adnauigatio in Brabantiam, impeditior fiat propter alicuius mensurationis necessitatem, commodissimè demonstratur ex ipsa dictæ ordinationis lectione, quæ priuilegij nullius meminit, & ob id quod in ea non conspicitur nec inesse credatur[a]. Neque est quod Middelburgenses potestatem priuilegio concessionis ex pauculis verbis sparsim in dicta ordinatione collocatis captent; veluti quod non motu proprio, sed ad preces Middelburgensium ita ordinari dicatur, additis his verbis. **Ende oorst tot den supplianten te versien** / hoc est, ad prouidendum supplicantibus subiecto sub finem verbo **Octroy** / quod concessionem singularem significare videtur: addito quoque mandato ad omnes magistratus, vt faciant, sinant, & patiantur Middelburgenses quietè & pacificè vti ac frui dicta ordinatione & concessione: appenso denique sigillo & expeditis litteris eâ formâ, quæ in priuilegiorum & indultorum codicillis conficiendis ex more seruari solet. Ita vt quamuis in comparatione aliorum videatur esse commune edictum, respectu Middelburgensium tamen tam ex causa finali, quam formali ad priuilegij concessionem & indultum magis propendeat. † Nam in primis huius- 24 modi verbis opponimus alia eiusdem ordinationis verba, quæ contrariæ interpretationis inducunt necessitatem & iuris singularis ac exorbitantis interpretationem excludunt. Videlicet verba præfationis, quibus indicatur mouens & finalis causa ordinationis, & voluntatis; ac intentio ordinantis[b]: informantque & influunt in ipsam dispositionem[c]. Indicant enim & exprimunt apertè huiusmodi ordinationem emitti pro obseruatione ordinationum antecedentium, quæ ad omnes, & minimè ad solos Middelburgenses pertinebant, sic vt exercitium antecedentium ordinationum Middelburgensibus quidem permissum sit; alijs tamen ad quos adnauigabitur, minime sit ereptum. Sane verbum **Octroy** generis nomen est, & omni concessioni quadrat; & tam ijs inseritur, quæ communiter omnibus permissa sunt, quam his quæ in priuilegijs continentur. Vt videre est in Licentijs testandi, quæ etiam ab his, qui testamenti factionem alioqui habent, impetrantur[a]. Eademque ratione verbum **versien** / hoc est, prouidere, cum infinitus habeat significationes, priuilegiatam prouisionem non arguit, quamdiu alius aliquis effectus & operatio constitui potest[b]: vt in præsenti potest, dum permissum dicitur Middelburgensibus antecedentes ordinationes in vsum reducere, & vigore illarum appellentes ad mensurationis
25 necessitatem compellere. † Sigilli sanè appensio ambiguum incertumque symbolum plerumque continet, cum non exprimitur specialis causa appensionis[c]. Est enim modo pro confirmatione, modo pro consensu, modo pro auctoritate, & plerumque pro declaratione enixæ voluntatis: vt nulla sit iusta occasio inde latitantis, & occultæ voluntatis, quæ à iure communi recedat, & in exorbitans aliquod deflectat, facien-
26 di collectionem: † cum in vniuersum id velle Princeps, nisi euidentissimè exprimat, non præsumatur[d].
27 † Et vt deficiant verba, quibus auertendi priuilegij tam aperta non inest potestas; ex materia tamen sine magno labore demonstrari potest, eam non fuisse Principis voluntatem ac mentem, vt tam latè patentibus finibus, sicut affectant Middelburgenses, concederet aliquod priuilegium. Cuius voluntas ac mentis consideratio in Rescriptis, Principumque concessionibus ante omnia expendi & attendi debet[e].
28 † Huius autem voluntatis defectum in eo primum constituimus quod ea ac talis præsumatur Principis voluntas, qualis de iure esse debet[f]: sic vt multorum opinione receptum sit[g], Principem non posse huic iuri derogare; quia supra ius naturale non sit. De quo hic minus dubitandum est quod per leges & conditiones iucundi aduentus in inauguratione prædicti D. Caroli iureiurando confirmatas & obseruari promissas præscissa fuerit[h] potestas quibuscumque vel nationibus, vel personis, concedendorum quorumcumque priuilegiorum, quibus priuilegia, libertates, & iura Brabantorum aliqua ratione diminui possent; & specialiter ne qua forensium adnauigatio in Brabantiam

a l. si Bina & ibi Bald. & alij ff. de in iust. rupt. irrito.

b l. 1. ff ad Macedoni l. vt liberis. C. de collatio. & vtrobique Bald.

c l. Titia. §. Idem respondit de verb. oblig.

a l. Si quando C. de testam.

b Iason in l. causas C. de Transact.

c Glossa in fin. comment. ad consuet. Burgund. in verb. Auons Fait. nu. 4. Panorm. in c. 1. de fide instrum.

d l. 1 ff. ne quid in loco publ. & ibi Doct. Alex. cons. 66. vol. 1.

e Imol in c. Cum ecclesiastice. de except. c. Cum dilecta. c. Cum adeo de Rescriptis.

f Bald. in l. 1. C. de sacros. Eccl. & in l. proxilus C. de impuber & alijs substit.

g l. 4. de verb. diuis. l. § ne mixtus de fluminibus.

h Alexand. cons. 2. vissi vol. 1. Alciat. cons. 119. Illustriss Dom.

 bantiam

bantiam vllo modo impeditior fiat, ne-
ue nouis aliquibus præceptis, aut re-
ſtrictionibus cogantur aliquo loco pe-
culiari merces ſuas exonerare. † Hu- 29
iuſmodi enim leges, concordatorum
ac contractuum vim & poteſtatem ha-
bent. Conſtitutiones, ordinationes,
priuilegia, ac ſtatuta, cum naturam
contractuum aſſumunt, irreuocabilita-
tem inducunt, & perinde Principem
vt alium quemuis ligant ac deuinciunt[a]:
nec reuocationem admittunt, ſiue ſit
Papa, ſiue ſit Imperator; & ne qui-
dem ex plenitudine poteſtatis, vt qui-
dam arbitrantur[b]. Videtur enim iu-
reiurando ob fidelitatis ſacramentum
vtrimque præſtitum, Princeps omne re-
medium, quo contraueniri poſſet à ſe
abdicaſſe[c]. Nam data eſt Principi po-
teſtas procedendi ex vera æquitate,
non ex affectione ſingulari; vt poſt
Beatum Thomam notat Panormita-
nus[d]. Ita vt cum non potuerit D. Ca-
rolus in præiudicium Brabantinorum
ad hoc non vocatorum, huiuſmodi or-
dinationem facere, aut priuilegium da-
re, nec voluiſſe quoque præſumatur
verbis tam generalibus, & idipſum in
indiuiduo non exprimentibus, quæ-
que ſine læſione priuilegij & Iuris Bra-
bantinorum alio ſenſu accipi poſſunt:
vt actus potius valeat quam pereat[e] &
legibus, ordinationibus, & ſtatutis
conſonet potius, quam repugnet vo-
luntas[f]. † Quod hic tanto potentius 30
dicendum eſt, quod in vniuerſum Prin-
ceps non credatur in dubio iuri alte-
rius derogare[g]; Ideoque ſemper in hu-
iuſmodi particularibus conſtitutionibus
ſubintelligatur clauſula *ſaluo iure ter-
tij*[h]. † Quod multo magis obtinet cum 31
quæritur de præiudicio publicæ vtili-
tatis, cui nullum priuilegium quan-
tumcumque generale præiudicare in-
telligitur[i]: de qua publicæ vtilitatis
cauſa, paulo poſt latius dicetur. Ob-
ſtant denique latiori huic interpreta-
tioni ſeu conceſſionis poteſtati, ante-
cedentes eiuſdem tenoris Diui Maxe-
miliani, & eiuſdem Caroli Imperato-
rum ordinationes ad vniuerſam hanc in-
feriorem Germaniam directæ, & in v-
ſum receptæ: quæ ſi eodem iure cen-
ſeri debeant, quo Middelburgenſes præ-
dictam ordinationem æſtimant, pro
priuilegio ſcilicet, vti merito eo re-
ſpectu æſtimari deberet; † quia quo- 32
rum ex verbis diſpoſitionis, imo & ra-
tione par & æqualis eſt conditio, eo-
rundem quoque eadem debet eſſe po-

a l. 1. de probatio. Bald in l. Princeps de legib. Ludo. Rom. conſ. 352. nu. 16. gloſſ. in c. ad Apoſtolicæ de re iud. lib. 6 l. eos qui C. de excuſa. lib. 10. Barbatia conſ. 2. nu. 6. vol. 4.
b Decius conſ. 48. mature & eleganter nu. 5. vol. 1. Zaſ. conſ. 10. vol. 2. Anchoranus conſ. 83. Romanus conſ. 436. Sozinus nep. conſ. 115. nu. 11. vol. 2.
c Zaſ. d. conſ. 10.
d In c. de multa de preb. & in d. c. quæ in eccleſiarum.
e l. Quoties de reb. dub. l. Quoties de verb. oblig.
f l. Quæro. §. inter locatorem ff. locati l. Quidam cum filio de verb. oblig. Alciat. de præſumpt. reg. 3. §. 32. in princ.
g l. 2. § Si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ.
h Bal. in l. 1. de conſtit. Princ.
i l. In prouinciali. § fin. cum l. ſequenti ff. de noui oper. nunciatio. & d. §. Si quis à Princ.

teſtas, ; idque ſiue æquum, ſiue ini-
quum ius in vtriuſque impetratione con-
33 ſiſteret[b]. † Quod ſi iniquum id con-
ſtituendum eſſet (quod tamen non pu-
tamus) iam eadem eſſet ratio vincu-
li, quoad generale, latiuſque patens
priuilegium, vt non poſſit reuocari,
quæ eſſet in ſpeciali: cum alioqui ge-
nerali antecedenti priuilegio, per ſub-
ſequens ſpeciale, anguſtiuſque patens,
nunquam cenſeatur derogatum, niſi
cum ſpecialis, & in indiuiduo expreſ-
ſa antecedentis generalis priuilegij
mentio & derogatio inſeritur[c]: qua-
lis nulla in dicta ordinatione anni vice-
34 ſimi quarti conſpicitur. † Vnde & ex
hac parte ex defectu poteſtatis, volun-
tatis quoque & cauſæ defectus conſti-
tuendus eſt[d]; & præſertim cum huiuſ-
modi exorbitante conceſſione ius ter-
tij, vt eſt in propoſito, læderetur[e]; &
cauſa in ipſa ordinatione expreſſa reſpi-
ciat vtilitatem non tam Middelburgen-
ſium, quam communem omnium ſub-
ditorum. Imo potius, vt indicat ipſa
præfatio, ipſius Principis concedentis
ad effectum conſeruandi prioris edicti
de anno 1508. ſic vt materia poten-
tior ſit, quam forma. Non intereſt
autem qua forma Princeps ius dicat,
aut ſtatuat[f]. Cuius quidem deficientis
priuilegij ex defectu voluntatis conce-
dentis, interpretationem vſu ipſo com-
probarunt Middelburgenſes: quia ab
initio eo ſenſu minime accepta dicta or-
dinatione, qua eam nunc vſurpant na-
uigantibus in Brabantiam iter, & pro-
fectionem ſeu nauigationem, propter
menſurationis neceſſitatem, nunquam
fecerunt impeditam; niſi nuper in eo
exemplo, vnde huius controuerſiæ o-
rigo profluxit. Sic vt tam impetran-
tis, quam concedentis veroſimili cogi-
tatione, & mente impetrandi & con-
cedendi huiuſmodi priuilegij nulla
35 fuerit voluntas. † Ex ſequentibus e-
nim & cuiuſque negotij executione,
adeoque rei vſu, cognoſcitur & vo-
36 luntas, & dubia antecedens diſpoſitio
declaratur[g]. † Hanc autem deficien-
tis voluntatis ac interpretationis con-
iecturam, ſeu verius demonſtrationem,
improbabilem non facit dicti Supre-
mi Concilij ſententia: nam non con-
tinet aliquam expreſſam demonſtratio-
nem tam late patentis priuilegij, ſed
tantum declarat nullo iure ſubſiſtere pe-
titionem reuocationis & caſſationis ar-
reſti ex cauſa menſurationis per Mid-
delburgenſes poſiti: quo ipſo nul-
la pri-

a l. Illud. Ad l. Aquiliam.
b l. 1. & ſequentes ff. quod quiſque iuris.
c l. generi, de reg. iur. in 6. Decius in l. in toto nu. 20 de reg. iur. Panormit. in c. 1. de reſcript. et Bald. in c. Quæ in Eccleſiarum. de conſtitut. Fulgo. in l. fin. C. Si contra ius vel vtilita. publ. & conſ. 61. Domina Catharina. Roma. conſ. 352.
e Anchoran. conſ. 308. Franciſco.
f l. 1. De conſtitut. princ.
g l. Qui res. § Rem alienam. de ſolut. l. hæredes palam §. Sed etſi notam. de teſtam.
h Cumanus & alij in l. Qui non militabat §. 1 de hæred. inſtit.

la priuilegij ſpecifica declaratio conti-
netur. Potuit enim arreſti cauſa eſſe non
probabilis, aut mala, etiam deficien-
te tam lato priuilegio, quo præterna-
uigatio, non facta menſuratione prohi-
beatur, propter adnauigationem nauis,
in quam factum eſt arreſtum. Ex adna-
uigatione enim & appulſione, ac portus
occupatione non tantum ex dicta ordi-
natione particulari, ſed etiam alijs an-
tecedentibus generalibus, fundatam in-
tentionem habent Middelburgenſes ad
imponendam neceſſitatem exoneratio-
nis & menſurationis, aut proponenda-
rum legitimarum excuſationum ex pri-
uilegio vel tempeſtatis violentia[a]; vt an-
nullandi arreſti directa petitio videri po-
tuerit improbabilis. Atque ita cum
præciſa non ſit in dicta ſententia huiuſ-
modi competentis priuilegij declaratio,
poſſitque illius intellectus, & effectus
aliò deflecti; id ſequendum eſt in du-
bio, quod minus eſt minuſque nocet, &
à ratione iuris communis minime rece-
dit[b]. Quod ſi his rationibus extra cau-
ſam tam late patentis priuilegij non ſa-
tis conſtitui videatur dicta ordinatio,
ſed ius aliquod ſingulare & paulò am-
plius (quam antecedentibus edictis vni-
uerſis conceſſum, ſeu potius mandatum
erat) Middelburgenſibus indultum, ſu-
pereſt alia demonſtratio, (quod eſt di-
cti prioris capitis alterum membrum) in
ea ſcilicet conditione eſſe huiuſmodi or-
dinationem, vt hoc ſenſu accepta & in-
tellecta ipſo iure reſoluta, officium &
vires vltrò amiſerit, & ſic formali re-
uocatione aut reſtrictione omnino opus
non ſit, ſed tantum declaratoria ſenten-
tia[c]. Id autem ea ratione demonſtratur,
quod priuilegium quodcunque ab initio
conceſſum, æquitatis ratione non deſti-
tuitur, etiamſi vtile & efficax principium
habuerit; ſi tamen in progreſſu iniquita-
tis colore inficiatur, hoc eſt, iniquum
eſſe incipiat, & aduerſus publicum bo-
num tendere deprehendatur, ipſo iure
reuocetur, & concidat[d]. † Non enim 37
ſatis eſt qualitatem adiunctam verbis di-
ſpoſitiuis adeſſe tempore diſpoſitionis:
ſed debet durare etiam vltra tempus di-
ſpoſitionis; alioqui propter præſumptam
voluntatem diſponentis, & vitandæ ab-
ſurditatis cauſâ, ceſſabit diſpoſitio[e].
† Cum ergò hæc ordinatio ſimpliciore 38
verioreque ſenſu ab initio accepta, ac
moderatiore vſu exercita, iniqui iuris
vel præiudicij alterius nullam ſpeciem
ex primo vſu ſecundum veroſimilem
mentem Principis continuerit, nunc au-
tem ex latiore vſu continere incipiat

a l. Cæſar l. fin. §. Si propter neceſſitatem de publi. & vectiga. l. 1. C. de nauicularijs & ibi Bart.

b l. Semper in ſtipulationib. l. ſemper in dubiis de reg. iur.

c l. Qui ſub conditione. § fin. & ibi eleganter Bart. de condi. Inſtit. Idem Bart. in l. 1. C. de Theſau. lib. 10.

d l. ex facto 2. in verbo, etenim eleganter & ibi Bart de condict. milit. Idem Bart in l. 1. C. de theſaur. lib. 10.

e Ioan. de Imol. in d. l. ex facto n. 4.

propter dictam interpretationem, quâ
omnis adnauigatio forenſium tam for-
tuita & neceſſaria, quam deſtinata &
voluntaria, imo etiam præternauiga-
tio ſub dicta ordinatione trahitur, me-
ritò eatenus reſolui, & ipſo iure reuo-
cata dici debet: quia ſcilicet totius non
ſolum Brabantiæ, cuius res nunc agi-
tur, ſed & totius Belgij grauiſſimum
præiudicium ſubeſt & in eo conſiſtit:
tum quod hoc colore, & prætextu ne-
gotiatio vini in vnam Ciuitatem vel
Emporium cogitur & auertitur; quod
non magis, quam Monopolium[a] lici-
tum exiſtimari debet[b], vbi ſub eiuſ-
dem Principis ditione plura ſunt Em-
poria; argumento à rebus ad loca du-
cto[c]: dum quod Mercatores forenſes
auertat[d], & vini pretium ex frequen-
tiore exoneratione, & tranſuectione
39 intendit. † Ita quod hoc reſpectu a-
ciem intellectus ad veroſimilem, imo
veram Principis mentem ac volunta-
tem collimando, Middelburgenſes di-
ci poſſint priuilegium quod in eâ or-
dinatione conſtituunt latius vtendo eo
quam licuit, amiſiſſe[e]: cum genera-
liter traditum ſit priuilegium, quod
ex ſuperueniente cauſâ alium grauiter
lædit, aut vbi æquitas in contrarium
vrgere incipit, finiatur[f]; vſque adeò
vt eo caſu exiſtimet Panorm.[g] priuile-
gium non reduci ad moderationem, ſed
reuocari in totum. Quod in propoſito
Middelburgenſibus minus durum erit,
quibus ſecundum antecedentes genera-
les ordinationes, idem licebit quod ex
verâ & genuinâ ſpecialis illius edicti
interpretatione licuiſſet. Progrediamur
ad alterum propoſitæ tractationis ca-
put; in quo præſuppoſitâ priuilegij ex-
iſtentiâ, & priuilegij illa amplâ pote-
ſtate ex mente & voluntate Principis
per ſententiam Ampliſſimi Concilij con-
firmatâ; præſuppoſito quoque eiuſdem
priuilegij abuſu & exceſſu; reiectâ
quoque eiuſdem priuilegij vltroneâ, &
ſpontaneâ reſolutione, de reuocatio-
ne aut moderatione eiuſdem quæritur:
in quo articulo duo prius examinanda,
& diſcutienda ſunt. Quorum alterum
impedimentum facere videbatur; alte-
rum viam ſternit ad huiuſmodi reuoca-
tionem, ſeu declarationem obtinen-
dam. Prius eſt quod dicti Ampliſſi-
mi Concilij ſententia nihil obſtet huic
Statuum ſupplicantium petitioni; vel
ideo primum quod res iudicata eos non
contingat cum lata fuerit inter duas ci-
uitates, quæ in cæterorum compara-
tione priuatorum loco habentur[h]; idque
Stati-

a l. 1. C. de Monopolijs.

b Od. fred. ad Rubricam C. de Monopolijs in fin.

c Imol. Iaſ. & alij in l. Qui plures de vul. & pupil.

d Eleganter in ſimili Decius conſ. 48. nu. 3. vol. 1.

e c. Priuilegium 11. q. 3. c. Tuarum verſi. verum de priuileg. & l. eos cum l. ſequen. C de aquaeductu lib. 11. Carol. Ruinus conſ. 18. pro intelligentia n. 5. vol. 1.

f c. Suggeſtũ & ibi Panor. de decimis.

g in d. c. Suggeſtum num. verſ & maxime tene.

h l. eum qui vectigal de verb. ſig.

Statibus ignorantibus, neque ad huiusmodi causam vocatis [a]. † Secundò, quod 40
etiamsi Senatus seu supremum Concilium interpretandi auctoritatem haberet; sic vt interpretando constitutiones, vel edicta Principis, Ius faceret [b]: quia tamen dicta sententia ad verborum rigorem composita est (quemadmodum generaliter Iudex facere debet, qui de facto Superioris & Domini sui inquirere non debet; quia quoad eum præsumptio Iuris & de Iure secundum tenorem verborum præsumitur [c].) nihil vetat in auditorio Principis refricari huiusmodi concessi priuilegij merita: eoque casu vehemens illa præsumptio Iuris & Iustitiæ seponitur, & de tota causa priuilegij cognosci iterum potest [d]; † cum possit Princeps sententiam 41
etiam quæ in rem iudicatam transijt, & in eius Concilio lata est, tollere: præsertim cum inde inconueniens & alterius grauamen induceretur [e]; vt est in proposito. Neque magis hac sententia ligatur Princeps, quam si ab initio manifesta & omnibus apparens fuisset dicti edicti seu ordinationis hæc (quam sententia declarare videtur) interpretatio; quæ ius nouum aut efficacius non tribuit, sed ius quod esse videtur, detegit [f]. Vt quâ ratione Principis facultatem & voluntatem in reuocando vel moderando impedire non posset apertissimus verborum tenor, quia scilicet detectus esset error, & absurditas; eâdem quoque ex iusta causa non impediet secundum huiusmodi priuilegium lata sententia [g]: præcipue quòd nihil proponatur, ex quo hoc priuilegium (si priuilegium dici meretur) per viam aut iure contractus concessum dici possit; quod ad reuocationis vel moderationis vel restrictionis facultatem plurimum confert [h]. Impedimento sublato sternamus viam. Exemplo certè non caret, quod nunc moliuntur & expetunt supplicantes. † Reprehensio- 42
nem namque non meretur, si secundum varietatem temporum, statuta quoque humana, cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas exposcit, varientur [k]. Idcoque Iustinianus Imperium cælitus Reipublicæ propositum esse dixit [l]; vt difficilibus rebus se interponat, & leges ad naturæ varietatem attemperet; exstantq; illius constitutiones plurimæ, quibus ob vtilitatem publicam, ob subditorum calamitatem [l], & tranquillitatem [m], ob rei absurditatem, & subditorum abusum [n], & cum ad artem, Legi & Iustitiæ contrariam, constitutiones priores conuertebantur [a], aut sacris iussionibus pro suâ voluntate quisque vtebatur [b], aut quod Iure singulari pro priuilegio prodesse primum credebatur, experimento inueniebatur inutile [c]; priores suas constitutiones reuocauit, correxit, restrinxit, & interpretatus est. Memorabilis quoque est Valerij illa sententia apud Liuium; Leges etiam quæ vtilitatis publicæ causa latæ sunt, abrogandas esse, quas vel vsus coarguit, aut status Reipublicæ inutiles facit. Idcoque Solon quamuis perpetuitati Legum suarum studeret; hoc tamen solum postulauit vt centum annis ratæ essent: æternas autem facere noluit. vt si quid in ijs iustum & rectum esset, licet durum & acerbum, tanti temporis leniret consuetudo; si quid perniciosum & inutile, post id tempus emendaretur. Sunt enim, vt apud Gellium grauiter pronunciat Sextus Cæcilius, Legum opportunitates & medelæ pro temporum moribus & rerum publicarum generibus, proq; vtilitatum, præsentium rationibus, vitiorũue, quibus medendum est, feruoribus, mutandæ atq; flectendæ: vt nihil nouum & insolitum, aut à ratione alienum sit, quod reuocationem hanc supplicantes vrgeant in eo articulo, qui per se, vti superius satis deductum est, ad correctionem emendationemque sese sine legislatoris
43 operâ demittit. † Et sane exemplis semotis, nullum dubium est, quin secundum communem sententiam Princeps priuilegium suum, vel suorum antecessorum possit tollere & reuocare: præsertim eo casu quo subditis suis id concessit liberaliter non per viam contractus [d]. Cum enim Princeps voluntate sua possit reuocare, & absq; alia iusta causâ auferre [e] etiam absentibus, & non citatis his, quorum est priuilegium [f], & quibus ex eo Ius quæsitum est [g], multò magis ad eundem Principem eiusque successores pertinet huiusmodi priuilegiorum & edictorum interpretatio & declaratio [h]. Quæ declaratio & interpretatio omninò necessaria est, cum verba edicti vel priuilegij obscuritatem habent, & alius atque alius intellectus illis præsumptiuè accommodatur [i]; aut cum ex certo interpretationis genere iniquitas emergit, aut aliorum grauamen inducitur; quod aliter acceptis verbis, manente integritate recti sermonis & tenore priuilegij aut concessionis, nullius iniuriam aut damnum continet. Nam & idem potest Princeps tunc cum alius verborum intellectus constitui nequit, quàm qui cum aliorum grauamine accipiatur. Illo quidem casu quod error & defe-

a l. Si qui de re iudic.
b Gloss. l. 1. C. de Legib. Ecrius in tract. de auctoritate magni Concilij n. 179. Bart. in l. 1 n. 12. & in l. non ambigitur. de Legib.
c Al. x. cons. 1 volum. 2.
d Alciat. de præsumpt. reg. 3. c. 8. nu. 7 in fin.
e Specul. tit. de sent. vers. hoc quoque notandum. Curtius Iun. cons. 174. In causa v. tenente nu. 14
f Argum. l. Ad e § Cum quis in fine ff de acq. rer. dominio.
g Doct. in l. fin. C. senten. rescind. non posse & in l. Causas. C. de transact.
h Bald. in l. Qui se patris C. vnde liberi 1 c. non debet x. de consan. & affi. et c. Alma. mater de senten. excommunicato lib. 6.
k Authen. de Instru. caute la & fide post princ. colla 6.
l In Authen. vt fratrum filii. in princ. colla 9.
m Nouell. 41. apud quē oporteat.
n In Auth. de restit. & ea quæ parit. mulier, vnde c. coll. 4.

a In Auth. vt de cetero commutat. c: Ecclesia colla 5.
b In Auth. vt diuinæ iussiones colla 8.
c In Auth. hoc constitut. innouat. constit. colla 8.
d c In nostra. de iniurijs Panorm. & alii in c. nouit de iudiciis & ibidem Ab. & Bal. in d l. Qui se patris. Angel. ad l. Antiochensium de priuileg. credit.
e Fely. ad c. quæ in Ecclesiarum col. 8. vers. quinta declaratio Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua vers. nota quod plenitudo.
f Curtius d. cons. 174. nu. 2.
g Carol. Ruinus cons. 108 nu. 7 vol. 2.
h d. l. ex facto l. 1. in fin. C. de Legib. c. Inter alia de sent. excom.
i l. Nummis de Legat. 3.
l Si præses de pænis Bart. in l. ab executore in princ. de appellat. Bal. in l. 3. C. Comminationes epist. program. &c.

& defectus voluntatis præsumatur; hoc autem quod circumuentus & importunitate & precibus Impetrantis præter voluntatem aut illius exactam rationem victus præsumatur[a]. Cum igitur in supplice libello Statuum, itemque demonstratione latiore adiecta, tam multa inconuenientia contineantur, quæ contra communem & publicam vtilitatem toleranda essent, retento, hoc dictæ ordinationis sensu ac intellectu, non videmus cur denegari debeat supplicantibus, quod iustis rationibus, summâ cum principis tum Reipublicæ vtilitate petunt. Concurrunt namque ad hanc reuocationem & Interpretationem faciendam omnia ferè ex quibus secundum terminos Iuris & rationis Princeps in vniuersum moueri & impelli debet, ad faciendam edictorum, constitutionum, ac priuilegiorum reuocationem, vel moderatam interpretationem. Veluti principio ea omnia, quæ superius pro auersione priuilegij & concessionis seu ordinationis strictissima Interpretatione, ac defectu mentis, & voluntatis adduximus.
44 † Deinde quod priuilegij eo sensu accepti vsus minimum prosit Middelburgensibus, plurimum autem obsit toti reliquo Belgio: vt exemplo Legis Fusiæ Caniniæ retentio sit improbabilis; reuocatio verò & moderatio illis parum grauis; his vtilissima[b]. Aut enim ex eo priuilegio Middelburgenses venantur commodum, quod ex mensuratione percipitur; & id cum priuatum sit & dignum emolumentum per se non contineat, ob quod Respublica tota conturbari, aut ab antecedentibus ordinationibus recedi, Principisque iuratis Legibus & conuentionibus contraueniri debeat; vt publicæ magis, quàm priuatim, latiusque patentis, quam angustæ vtilitatis ratio prior habeatur[c]. Aut ad hoc contendunt, vt velut Ius superioritatis adepti, molesti sint mercatoribus alijsque regionibus: quod per se improbabile & inuidiâ plenum est. Aut denique latius cogitationis auiditatis extendunt; vt hoc commento mercaturam vini ad se trahant: At hoc eorum etiam iudicio eis permitti non debet. Demonstrat enim id renunciatio in iudicio Reuisionis facta, quoad Ius illius prærogatiuæ, quam Stapelam vocant; & cessante eâ renunciatione ratio non permittit[d]. Quod enim vnâ viâ directò prohibetur, aliâ per obliquum vsurpari non debet. Et exemplum Legis Fusiæ Caniniæ non receptum in actibus priuatorum, in publicis actibus, veluti mandatorum, statutorum, aut edictorum recipi non debet[e]. Eaque etiam inter cætera vel præcipua est caussa huius supplicationis; ne sub prætextu mensurationis, Middelburgenses indeterminata dictæ ordinationis definitione grassandi, & vti aliquando tentauerunt latius vsurpandi occasionem captent. Subministrat quoque huic reuocationi materiam, quod non motu proprio, sed ad suggestionem Middelburgensium emissa sit hæc ordinatio; vnde circumuentionis suspicio constitui potest, quasi non legitime instructus ac informatus Princeps, tam incertum & indefinitum, imò nullum vsum concessionis expresserit[f], non facturus, si eo quoque tempore tot inconuenientia & repugnantes constitutiones ob oculos fuissent posita[g]. Vt itaque finem faciamus, nos subscripti I. V. Doctores in eâ sumus sententiâ, vt secundum proposita existimemus æquam, & rationi, publicæque vtilitati consentaneam, Regiâque Clementiâ & Iustitiâ dignam esse prædictam Statuum postulationem.

a *l. 1. C de poti bono. sublatis. lib. 10.*

b *Instit. de leg. Fus. Can. toll.*

c *L. In prouinciali §. sui cum l. sequent de no. operis nunciat. d §. Si quis à Principe.*

d *c. Cũ quid vna via de reg. Iur. in 6.*

e *Panor. in c. Cum omnes num. 2. de Constitut. L. Si priuatus Qui & à quibus manu. Ang. in d. l. Antiochensium.*

f *Fely. c. 1. num. 7. de proba.*

g *c. Postulasti de Rescriptis. c. Si motu de praben. lib. 5. Hippolit. de Marsilijs sing. 440.*

SVMMARIVM.

De supremo Principis Concilio.

1. *Exceptio rei iudicatæ etiam locum habet quoad supplicationes.*
2. *Concilium supremum Principis adiri non potest omissis inferioribus: interdum potest.*
3. Resortus *superioritatem non arguet.*
4. *Exceptiones declinatoria ante litem contestatam proponenda & decidenda sunt.*
5. *Litis contestatio etiam in interdictis possessorijs requiritur.*
6. *Litis contestatio quomodo fiat?*
7. *Litis contestatio non est necessaria in supremis Concilijs.*
8. *Sententia extra petitionem partis lata, an sit nulla in supremo Concilio.*
9. *Sententia sine probationibus lata an sit nulla?*
10. *Nullitatis allegatio non ita admittitur aduersus sententias supremi Concilij.*
11. *Libelli ineptitudo an in supremis Concilijs admittatur.*
12. *Interdictum retinendæ quatenus sit restitutorium.*

13. Inue-

CONSILIVM II.

PAVCIS perstringam velut commonitorij loco, cur putem plus subesse desperationis quam spei de obtinenda victoria in causa, quæ occasione decimarum superioris partis de VV. pro semisse instituta est, in Secretiore Concilio Regiæ Catholicæ Maiestatis per Reuerendos Dominos Decanum, & Capitulum insignis Ecclesiæ T. Impetrantes, contra Illustrem Dominum Comitem de N. opponentem: Nam licet acta in dicto Secretiore Concilio inter partes hactenus habita non viderim; ex allegationibus tamen vtriusque partis, tum in scripturis articulorum (quas Aduocati INTENDIT vocant:) tum in scripturis exceptionum, aduersus testes, & saluationum factis, satis percipio defensiones domini Opponentis partim esse dilatorias, seu declinatorias, partim peremptorias. Et declinatorias quidem ratione iurisdictionis ex eo, quod neque persona Illustris D. Comitis; neque res, de qua agitur; neque locus, in quo Impetrantium allegata possessio turbata dicitur, Iurisdictioni dicti Secretioris Concilij subiacere dicatur, sed subesse proponatur immediatè Iurisdictioni Sacri Imperij: ideoque ratione incompetentis Iurisdictionis saltem ab instantia Reus absolui debeat, & causa ad competentem Iudicem remitti.

1 † Cæterum vt ita sit, quod exceptio ista per se inspecta, & expensa iustum momentum habere possit; verendum tamen est, ne in proposito, & in hoc causæ statu nihil prodesse possit: ob id quod per sententiam seu Decretum dicti Secretioris Concilij septima Mensis Iulij, An. 1580. latum; huiusmodi exceptio tunc proposita, non tantum tacitè per processum ad vlteriora [a], sed etiam discretis ac formalibus verbis fuerit reiecta: Ita vt huiusmodi exceptionis repetendæ coram Domino Commissario ex Concilio Geldrensi, non ad decisionem, sed duntaxat ad instructionem causæ quoad probationes delegato, nulla videatur superesse potestas; obstante eâ in parte rei iudicatæ auctoritate, quæ conuelli non potest: non magis per repetitionem eiusdem exceptionis; cum illi ea in parte obstet exceptio rei iudicatæ [b]; quam per remedium appellationis, quæ pro parte Rei nulla interponi potuit, propter dicti Concilij supremam auctoritatem [c]: sed nec per beneficium supplicationis, quam REVISIONEM vocant. Cuius quidem etsi sit potestas aduersus sententias in huiusmodi supremis Auditorijs latas [d]: eo tamen Dominus Reus aduersus hanc dicti Decreti partem minimè vsus est; eique ob id accedente, præsertim constituti temporis lapsu [e], renuntiasse videtur: Sic quod ex his dicti Secretioris Concilij Iurisdictio irrefragabiliter stabilita videatur; præsertim accedente aliquo illius colerato fundamento, & prætextu; eo scilicet, quod hoc Concilium Vice Principis iudicet; & Principis Iurisdictio à Superioritate, quam Iure Feudi, tanquam Dux Geldriæ, & Sutphaniæ Comes in dominium de VV. habet, dependere videatur: ideoque vt consensu propagari hæc Iurisdictio poterat [f], ita quoque Decreto confirmari; & irretractabiliter quidem, si aduersus illud per remedium supplicationis, vel prouocationis non itur.

2 † Iustior erat hæc exceptio, si non respectu Imperij, sed Ducatus Geldriæ, vel Comitatus Sutphaniæ, à quo Feudum dominij de VV. moueri dicitur, proposita fuisset. Etsi enim Secretum hoc Concilium summum in Belgio sit, & velut Principis collaterale; eam tamen auctoritatem non habet, vt regulariter ex prima aditione ad se quoque trahere possit caussas, quæ in prima cognitione pertinent ad singularum Prouinciarum eidem Principi subiectarum Concilia Prouincialia, seu subalterna, cum ad superiorem non nisi gradatim perueniri possit [g], maximè in causis, quæ ius singulare non habent [h]. Quod etiamsi factum fuisset, forte profuturum non erat, eo quod per intestina horum temporum bella, in eâ parte Ducatus Geldriæ, quæ in obedientiâ Regiæ Catholicæ Maiestatis retenta, vel reducta erat, tempore institutæ huius litis non fuerit neque Feudale, neque Prouinciale aliquod Concilium, vel Auditorium, in quo hæc causa possessoria tractari potuisset sub nomine, & authoritate Regiæ Maiestatis: Ideoque ex defectu Iudicis inferioris, dictum Concilium Secretum existimare potuerit hanc eandem causam possessoriam in suo Auditorio tractari potuisse, & debuisse; ob id præcipuè, quod, vt in Francia, ita quoque in Vniuerso Belgio, causæ possessoriæ rerum spiritua-

a c. Ex parte. De appellationibus Clem. fin eod. tit. Iason in l. 2. num. 41 ff Si quis in ius Vocat.

b l. Si autem § fin De nego. gest. Bald

c l. 1. ff à quib. appell. non licet.

[c] in l. 1. C. De ord. iud.

d l. 1. C. De sent. Praef. Prato. l. Si quis cum Auth. seq. C. De precibus Imperat. offerend.

e Auth. quæ supplicatio. C. De prec. Imperat. off.

f l. priuatorum. C. De Iurisdictio. omnium Iudic.

g l. nemo & ibi Paul. Cast. C. De iurisdict. omni. iudic. Guido Papa. Decisio. 436.

h l. 1. C. quando Imperat. inter pupill. & Viduas.

ritualium (inter quas decimæ vel primo
loco connumerantur[a],) ad Principis audi-
torium trahantur[b]; & in defectu inferio-
ris Iudicis superior recta via adiri possit;
& potestas cognoscendi & iudicãdi perti-
neat ad Conciliũ, seu Senatum qui Prin-
cipem repræsentat[c]: cuius declinatoriæ
exceptionis vis fragilior est ex causa, quæ
illi pro parte D. Rei prætexitur; quod sc.
dominium de VV. nulla ratione superio-
ritati, aut iurisdictioni ducatus Geldriæ,
vel comitatus Zutphaniæ subijciatur, sed
duntaxat Rom. Imperio: quia non est ve-
rosimile vel in Concilio prouinciali Gel-
driæ, vel in supremo secreto Concilio il-
lam vllo modo agnitũ vel admissum iri,
propter præmentionatũ ius feudale, quod
ex ducatu Geldriæ, vel potius ex comita-
tu Zutphaniæ in dominium de VV. præ-
texitur. † Et quod pro fundamẽto de hac 3
exceptione proponitur de iure primaria-
rum appellationum, quẽ in vsu praxis fo-
rẽsis RESORTVM vocant, nõ videtur ma-
gnum momentũ continere: ob id quod i'
Resortus necessario non arguat superio-
ritatem; & Resortus à superioritate sepa-
ratus esse possit: hoc est, ad eum appellari
possit, qui nullam omnino superioritatem
dominicalem ratione personæ, vel rei, de
qua agitur, habeat[d]. Et ex vsu scio, quod
etiam in ducatu Brabatiæ ex multis locis
soleat appellari ad Scabinos Aquisgra-
nenses, & inde ad Cameram Imperij: qua
tamen in parte Concilium Regium non
vult agnoscere superioritatem Imperij: &
iam abhinc aliquot annis passim præscin-
di cœpit hæc facultas sic appellãdi, ne per
hoc Imperij iurisdictio agnosci aut pro-
rogari videatur. Cum alioqui hoc quo-
que nunc in vsu sit, siue ex conuentione
cum Imperio, siue ex priuilegio, quod ex
mille ditionibus, quas Rex Catholicus in
Belgio iure feudi ab Imperio obtinet,
prouocare non liceat ad imperium: in-
ter quas ditiones si annumeretur ducatus
Geldriæ, idem quoque obseruandum erit
in eis, quæ iure feudi ab eo mouentur. Sic
quod ea in parte exceptioni incompeten-
tis fori occurrat, & resistat iuris probabi-
litas, & superioris Principis contraria vo-
luntas; maxime deficiente probatione eo-
rum, quæ pro fundanda hac incompeten-
tia, & eximẽda superioritate siue prouin-
ciali, siue iurisdictionali dominij de VV.
à ducatu Geldriæ pro parte D. Rei in hac
eadem exceptione declinatoria adiungũ-
tur. Videlicet de sessione Dom. de VV.
inter ordines Imperij propter dominium
de VV. nulla enim de his prolata sunt in-
strumenta; & quæ exhibita sunt testimo-
nia, nihil aliud prætexunt, quam vsum di-

a c. tua. x De d cam.
b Guido Pape decis. 1. & 83.
c Bart in l. Aemilius in fin. De minor. Bald in c. 1. § iniuste. fluctura de noua forma fidelitatis.
d Guido Pa. pe decis. 118. & 331.

cti Resortus. Quibus hoc quoq; adiungi-
tur, pro parte D. Rei ab hac exceptione
declinatoria recessum videri per veterem
processum in causa principali: nam effe-
ctus prorogationis seu consensus in hoc
iudicium secreti Concilij inde inductus
videtur; quem non potuit impedire ad-
iuncta protestatio de non consentiendo;
quia factum partis sequens protestationi
repugnat[a], & sera ac inutilis est prote-
statio postquam semel iudicij competẽtia
decreta, seu declarata est, & Reus conuen-
tus protestãdo nihilominus in lite proce-
dit[b]; vt hic factum inuenio. Quæ omnia
extra omnem dubitationem sunt, si, quod
Impetrantes allegant (nam non visis illi'
iudicij actis certo id assumere nequeo)
pars rea in ea causa rescribendo responde-
rit nulla exceptione declinatoria obiecta.
Ita enim in hanc dicti Concilij secreti iu-
risdictionem consensisse, eamq; prorogasse
censeri debuit; præclusa postmodũ decli-
nandi facultate[c]. Nihil itaq; video quod
hac in parte Illust. D. Comes sperare pos-
sit. Vt nec spem aliquam video ex his quæ
ad conuellendum seu impugnandum dicti
secreti Concilij, siue decretum, siue sentẽ-
tiam obijciuntur; quod sc. huiusmodi sen-
tentia lata sit ante litẽ contestatam, extra
petitionem partis, nullis præcedentibus
probationibus, super inepta Actorum seu
Impetrantium petitione. Nam in primis
quod de non facta litis contestatione pro-
ponitur, ad eam dicti decreti partem, qua
proposita exceptio incompetentiæ reijci-
tur, nullitati subijciendam, nihil facit. †
4 Nam exceptiones declinatoriæ atque et-
iam dilatoriæ, vt ante litem contestatam
proponi[d]; ita quoque per Iudicem deci-
di & definiri debent[e], cum ad litis con-
testationem impediendam proponantur.
5 † Quatenus vero eodem decreto vlterius
dictis Impetrantibus adiudicatur, vsus &
possessio medietatis decimarum contro-
uersarum sub idonea cautione de ijs in e-
uentum restituendis, etsi in primo aspectu
probabilis videri posset hæc deficiẽtis li-
tis contestationis exceptio; ideo quod cõ-
munius receptum sit, etiam in interdictis
possessorijs præsertim retinendæ possessio-
nis, litis contestationem requiri; illius ta-
men defectum hic esse non deprehendi-
6 tur. † Neq; enim hodiernis moribus ve-
terisiuris illa forma solennis litem con-
testãdi per interpositas sponsiones, & for-
mulas verborum amplius in vsu est; sed ad
eam seu potius eius effectum inducẽdum
sufficit quoque modo declarata per acto-
rem & Reum voluntas lite contendendi;
quæ manifestatur per hoc, quod Reus ad
petitionem actoris contradicẽdo perem-

a c. Cum M. Ferrariensis de constitutio.
b Castrens. in d. l. 2. ff. Si quis in ius vocat & ibi Iason. nu. 2.
c l. 1. ff. De iudicijs. l. 1. C. De iurisd. omnium iudic.
d c. Pastoralis. De except. l. vlt. C. De except.
e Gloss & DD. in l. exceptionem. C. De probatio.
f §. hodie Instit. De interd. & Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Salic. in l. 1. C. Si per vim, aut alio modo.

ptorie respondet, & proponit[a], & Iudex per narrationem negotij ex vtraque parte causam audire incipit[b]. Et hoc est, quod dicit Petrus Rebuffus[c], in his etiã possessorijs iudicijs contestationem fieri, quando allegantur contrariæ possessiones, & vnus negat alterum possidere; multo magis si de defectu proprietatis quoque allegatio adiungatur. † Sed in hoc scrupulosius persistendum non est; ob id, quod 7 receptum sit, litis contestationem non esse necessariam in supremis Concilijs, quale est hoc secretum: nec ob id, ex defectu litis contestationis, sententias aut processum nullitati subijci posse[d]. † Quod obij- 8 citur de adiudicata recredentia seu fiduciaria possessione extra petitionem partis, etsi per se in genere ad nullitatem sententiæ inducendam, & fatuitatem Iudicis redarguendam faciat[e]; prædictæ tamen sententiæ non recte applicari videtur: tum ob id quod verosimile non sit, hanc recredentiam petitam nõ esse, cum regulariter Aduocati in interdicto retinẽdæ, seu manutenentiæ semper per subordinationem in euentum longioris litis, petitionem recredentiæ adiungere soleant: de quo certius statuere possem, si antecedentia acta in dicto secreto Concilio videre contigisset: tum ob id; quod in huiusmodi supremo Concilio iudicandi potestas tam angustis finibus non concludatur; vt concluditur inferiorum, vel datorum Iudicũ potestas, restricta ad petita, allegata, & probata: ad quæ ita nõ restringitur Princeps, nec eius laterale, seu supremum Concilium; in quo summarie proceditur, sola veritate facti inspecta, ex qua etiam non petitum, si modo peti potuit, vel debuit, adiudicari potest ex sola deprehensa iustitiæ conscientia[f]. † Quod de defectu probationum ob- 9 ijcitur, momenti quoque satis non habet. Etsi enim sententia, quæ aduersus non cõfessum, neq; conuictum fertur, nulla sit[g], vt plerique putant, aut vt alij credunt, saltẽ iniusta[h]; exacta tamen, & plena probatio non requiritur ad hanc summariam incidentem cognitionem super recredẽtia; in qua quod apparẽtius est per Iudicem assumi potest, & secundum illud iudicari; vsque adeo vt nec ordinaria per testes probatio admittatur: sic quod verosimile sit in proposito hanc recredentiam impetrantib' esse adiudicatam, ex ijs quæ pro intẽtione sua in dicto secreto Cõcilio sunt allegata, & exhibita. † Qua in re cũ summa 10 sit demõstrationis incertitudo, & pro Iudicis præsertim, qui tantæ est auctoritatis, sententia præsumatur, quod sit iusta[i], exigua videtur esse spes expugnandæ dictæ sententiæ ex hac allegatione nullitatis;

a c. 1. vt lite non contestat.
b l. 1. C. De litis contesta. Guido Pap. decis. 369.
c In tractat. De mater. poss. ff art. 3. gloss. 1. in fin. ad constitut. reg. tomo 3.
d Guido Pap. d. decis. 369.
e l. vt fundus ff. commun. diuidundo. c. 1. c. 2 Ileh. cum ibi gl. ff. extra De sinon. 4.
f Guido Pap. decision. 19. Tho. Grammat. deci. 19.
g gloss. fin. in c. Ecl. f. S. Mariæ. De constitut.
h Bart. in l. prolatam. C. De sentent. & interloc. omn. Iudic.
i l Herennius. l. Seius. ff. De euictio.

quæ vt ingrata esse solet, ita quoq; rarissime effectum consequitur in supremis Cõcilijs, in quibus vsus supplicationis seu re-
11 uisionis tantum agnoscitur[a]. † Consideratio ineptæ conclusionis propter accumulationẽ duorum interdictorũ, *recuperandæ & retinendæ*, quæ vt contraria simul consistere nequeunt, magnum momentũ quinque non habet. Primum ex eo, quod in supremis Concilijs, vt regulariter in omnibus summarijs cognitionibus, inepti libelli, seu ineptæ petitionis obiectio ad annullandam sententiam super ea latã non admittatur, si iustitia causæ ex actis appareat[b], cum huiusmodi Iudicibus permissum sit, quod alijs negatur, vt supplere possint, quod Aduocatis partium etiam quo-
12 ad factum deest[c]. † Secundo ex eo, quod pro parte Impetrantium non sit propositũ edictum restitutorium *vnde vi*, seu *redintegrandæ possessionis*, sed duntaxat *retinendæ*; & mentio restitutionis adiecta non ad restitutionem possessionis spolij referẽda sit, sed ad restitutionẽ fructuum, qui ex parte D. Rei turbando possessionem (vt impetrantes allegant) ex his decimis percepti sunt; quorum petitio non nouum seu accumulatum iudiciũ interdicti possessorij facit, sed duntaxat ampliationem petitionis accessorij; velut in consequentiam prohibitorij interdicti manutenentiæ, saltẽ per implorationem officij Iudicis[d]; licet aliqui mẽtio restitutionis potius pro non adiecta haberi debeat, quam inducatur inde alterius generis interdictum, quod ex intentione Impetrantium propositum est[e]. Neq; ad inducendã hanc ex contrarietate impugnationem aliquid facit mentio spolij forte per Impetrantes facti; nã inde non alteratur interdicti possessorij natura, nec sit spolij, & turbationis accumulatio. Prout etiã per huiusmodi ablationes fructuũ nõ inducitur proprie spoliatio; sed magis turbatio, quæ est medium concludendi in hoc interdicto *retinendæ*[f]. Ideo ex facto consultus respõdit Guido Papæ[g], quod in rebus præsertim incorporalib', vt est perceptio decimarũ per ablationem fructuũ non inducatur proprie spoliatio ad effectum possessionis recuperandæ, sed duntaxat turbatio ad effectum retinendæ possessionis. Vnde etiam est, quod in vsu praxis forensis Galliæ, quam nostri præsertim in supremis Cõcilijs Belgij passim imitãtur, Aduocati forenses ob quamcunque etiam vim concludãt in iudicio turbationis, seu retinendæ. Quibus omnibus attentis non video aliquã spem superesse in allegatione nullitatis aduersus dictum Decretum ex aliquo prædictorum articulorũ per viam simplicis obiectionis; non impetrato beneficio

a Guido Pap. d. q. 30.
b DD. in c. Examinata. De iudic.
c Doctor. in l. 1. C. vt quæ desunt Aduocatis part.
d l. 1. §. Est igitur. ff. vti possidetis.
e Bald. consil. 425. Visis actis. volum. 3.
f l. Vim facit. ff. De vi, & vi arm.
g Cons. 121. Indubitanter nu. 2.

neficio ſupplicationis,ſeu reuiſionis. Porrò quod attinet ad peremptorias exceptiones. & defenſiones pro parte Illuſtris Domini Comitis quoad principale negotium propoſitas, plures deprehendo, quam pro parte Fiſci in priore lite abhinc plus minus decem annis,in Concilio Gubernatoris Belgij contra dictos Impetrãtes propoſitæ, & in eo iudicio diſcuſſæ fuerunt, de quibus ob id ſolũ quid ſentiã, paucis ſubijciam, omiſſa tractatione illarum,quæ tunc diſcuſſæ fuerunt. Inter alia prius non allegatum in hac cauſa,nunc allegatum inuenio ad finem demonſtrationis,quod Impetrantibus nec proprietatis, nec poſſeſſionis ius latius competat,quam ad quartam partem decimarum ſuperioris Villæ de VV. ob id quod per ſententiam arbitralem inter dominum Gerardum de Hoerne, & dictum Capitulum latam in anno 1360. Feria ſecunda ante natiuitatẽ Domini, pronuntiatum fuerit, quod dictum Capitulum ſuperioris Villæ de VV. antiquas & nouas,magnas & minutas decimas, pro media parte (non computata parte inueſtiti) quas multis retro actis tẽporibus Dominus de Hoerne, & anteceſſores ſui duxerunt, & leuauerunt; duci & leuari fecerunt pro ſtraminibus,& paleis, idem Capitulum libere colliget, & leuabit cum ſtraminibus & paleis; quaſi ſcilicet per hanc ſententiam dicto Capitulo medietatis media earundem decimarum tantum fuerit adiudicata. Cæterum nimis diſtorta,& violenta eſt hæc interpretatio, quam nec tenor verborũ, quibus formula dictæ ſẽtẽtiæ concepta eſt,nec rei ſubiectæ materia patitur vllo modo probabilem eſſe: vt ſatis euidentibus rationibus pro parte Capituli id deductum eſt. Neq; enim hoc continet dictæ ſẽtẽtiæ formula,quod Capitulum decimas, quas percipere ſolebat,prius in antea,ſeu futurũ pro media parte libere perciperet; ſed quod quas prius pro media parte percipere ſolebat, in futurum perciperet libere pro ſuo arbitrio: denegata Domino Gerardo poteſtate eaſdem decimas, quatenus ad dictum Capitulum pertinent colligendi, & inuehendi pro ſtraminibus & paleis; quod prætenſum ius ſic colligẽdi in ea lite quoad hunc articulum ſolum, & duntaxat in controuerſia erat, & minime controuerſum,an pro minore portione,quam pro dimidia huiuſmodi decimæ ad Capitulum pertinerent. Ita vt quemadmodum arbiter extra id, quod in compromiſſum deductum fuit, aut inter compromittentes controuerſum eſt, ius dicere,aut arbitrari non poteſt[a]: ita quoque nec dixiſſe præſumi debet, niſi in manifeſta verborum luce: ideoq; ad ſuſtinendum ius Capituli, quoad omnium decimarum dimidiã partem ſufficiat conſtare,quod ante hanc ſententiam arbitralem tale ius ad omniũ dimidiam partem pertinuerit. Vt indubitate inter alia conſtat ex ſententia per Officialem L. lata inter Dominum Guilielmum de Hoerne,& dictum Capitulum in anno 1295. per quam condemnatur idem Dominus Guilielmus,vt deſiſtat a perceptione decimarum pro media parte,quam ad finem percipiendi lucrum, & commodum ſtraminum & palearũ ſibi prius, Dominus Gerardus vindicauerat ante dictã ſententiam arbitralem: & poſt illam Dominus Iacobus de Hoerne; nulla vnquam facta mentione,quod pro minore parte hæ
13 decimæ ad Capitulum pertinerent. † Nõ minus diſtorta eſt interpretatio,quæ huic ad reſtringendum effectum, tam dictæ arbitralis, quã ex ordinaria cognitione per Officialem L. latæ ſententiæ ſubijcitur ex ea occaſione,quod in vtraq; per limitationem inſerta ſit exceptio partis inueſtiti: quaſi ſcilicet per eam omnium decimarũ vna media pars extra omnem dubitationem ad Dominum de VV. tanquam inueſtitum de inueſtitura dominij de VV. pertinuerit,& de altera dimidia inter dominum Guilielmum & Iacobum, & dictum Capitulum tunc controuerſia fuerit per dictas ſententias ſic deciſa,quod illam partem Capitulum pro media parte in antea libere perciperet. Sed nimis magnus in hac re eſt error. INVESTITI enim appellatio non ad Dominum temporalẽ ſeu Vaſallum,ſed ex vſu loquendi (qui in obſeruatione ſemper haberi debet[a]) ad parochum ſeu paſtorem Eccleſiæ parochialis refertur, cui ex iure communi omnes decimæ Eccleſiaſticæ competunt, ideoq; in ijs fundatam intentionem habere dicitur, quoties non conſtat,an ad alium illæ pertineant, ex priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione[b]. Vnde etiam eſt quod in atteſtatione ſeu certificatione Schulteti, Scabinorum, Burgimagiſtri,ac totius cõmunitatis loci de VV. de contributione ad ampliationẽ chori Eccleſiæ parochialis per Dominum Comitem,& Capitulũ factam in anno 1456. diſertis verbis contineatur, quod Comes de Hoerne, & dictum Capitulum decimas ſuperioris Villæ de VV. coniunctim habeant. aut poſſideant, excepta Paſtoris parte, his verbis teuthonicalibus, **behalben des Pastors deel**/hoc eſt,ſalua Paſtoris parte,quæ nulla ratione ad Dominum temporalẽ referri poſſunt, etiamſi alioqui Homerus Reges, paſtores vocet populorum. Percipitur quoque id ſatis manifeſte ex verbis dictæ

a l. vt fundus ff. communi diuidundo l. non diſtinguemus. § De officio ff. De arbitris.

a l. cum in lanconus. §. aſinam ff. de fund. inſtruct. l. habeo, verſ. ſed hic in fin ff. de ſupell legat.

b c. cum contingat x De decimis.

ſententiæ per Dominum Officialem latæ; vbi in exceptione de parte inueſtiti, adiungitur quoque exceptio partis fratrum ſcholarium, quos non eſt veroſimile Dominum de V V. admiſſurum eſſe ad participationem eius portionis, quam in dictis decimis habet. Pars igitur inueſtiti non eſt ad quotam aliquam omnium bonorum referenda, ſed ad portionem illam, quæ deſignato loco aliquo ſub decimagio Rectori Eccleſiæ Parochialis pro congrua portione, ad illius ſuſtentationem relinqui ſolet, & præſtari debet ab his, qui vel ex priuilegio, vel ex conſuetudine, vel ex præſcriptione contra iuris communis regulas, decimas Eccleſiarum occupant[a]. † Illud quoque ad diminu- 14
tionem huius medietatis referri non poteſt; quod ex parte Rei allegatur, nouales decimas ſaltem ad Capitulum non pertinere; ex ea conſideratione, quod per ſententiam arbitralem omnis iuriſdictio ſeu ſuperioritas ſuperioris Villæ de V V. ad dominum temporalem, & non ad Capitulum pertineat: quodque eo reſpectu Dominus de V V. ſolus poteſtatem habeat concedendi, vt ex miricis nouales agri fiant. Etſi enim illud veriſſimum ſit; id quoque verum ſit quod Dominus de V V. huiuſmodi noualibus agris cenſum vel canonem id concedendo imponere poſſit ratione dictæ ſuperioritatis; id tamen iuri conſonum non eſt, quod de huiuſmodi noualibus non ſoluantur decimæ, cui illæ competunt ex iure communi, vel priuilegio, vel præſcriptione: † 15
quia decimæ dependentiam nullam habent à ſuperioritate, ſeu dominio temporali; neque à iure proprietatis ſeu dominij fundorum; ſed à iure diuino, quo fundi non tantum minorum ſeu inferiorum dominorum, ſed etiam Regum & maiorum Principum ſeruituti decimarum ſubijciuntur[b]: & perinde ex feudalibus, cenſualibus, & emphyteuticis prædijs, vt ex allodijs decimæ debentur: nec in poteſtate cuiuſquam eſt, ſic alienare prædium, vt decima non præſtetur, & qui prædium optimum maximum alienat, hoc eſt, liberum ab omni ſeruitute, non cenſetur id quoque promiſiſſe, quod à decimis liberum ſit: nam decima afficit fundum, ſi fructus ex eo prouenient[c]. Et ſane tantum abeſt, vt in hac parte potiore aliquo iure nitatur Dominus de V V. vt etiam minus iuris habeat in noualibus fundis, quam Capitulum, ad quod tanquam Eccleſiaſticum membrum ex iuris diſpoſitione etiam nouales decimæ pertinere poſſunt; & in propoſito vere competunt ex priuilegio, & indulto Apoſtolico Innocentij Papæ IV. non autem perinde, præſertim poſt Concilium Lateranenſe, ad Dominum de V V. tanquam Laicum. Nam vt indultum, ſeu priuilegium, ita etiam præſcriptio decimarum in Laico ad præſens & præteritum tempus refertur; non etiam ad futurum: ideoque virtute illius, Laicus in noualibus ius non habet. Non quod tota decima noualium eo reſpectu ad Capitulum pertineat: nam cum & illud ius decimandi in hoc decimagio contra regulas iuris pro media duntaxat Capitulum habeat, pro maiore quoque parte nouales vſurpare non poteſt, ſed ex rigore iuris communis ad hanc alteram mediam noualium decimam, fundatam intentionem habet inueſtitus, ſeu Paſtor Eccleſiæ parochialis. Sed nec illud ad diminuendum ius ſiue poſſeſſionis, ſiue proprietatis dicti Capituli facit, quod vlterius ex parte Domini Rei allegatur, quod Capitulum quoque prætaxat ius poſſeſſionis, & proprietatis decimarum, quæ ſub Tongelrœde, & Svvaertzbroeck cadunt: quorum locorum mentio nulla in dictis ſententijs, ſed duntaxat ſuperioris Villæ de V V. & quod ex diuerſitate nominum, ſeu locorum, iuris quoque diuerſitas non identitas conſtitui poſſit, & debeat; præſertim in ſententijs Iudicum, quæ ſtrictiorem tantum interpretationem admittunt[a]. Nam ad hoc auertendum ſufficit, quod ex teſtimonijs interpretantium, atque etiam aliqua ex parte Domini Rei conſtet, quod hæc duo loca non tantum quoad temporalem ſuperioritatem, ſed etiam quoad ius parochiale, reſpondeant prætactæ Villæ de V V. vt plerumque vici ſuperiori vicino loco reſpondent[b]. In propoſito itaque ad aſſertionem iuris, quod Capitulum ea in parte prætendit, ſufficere videtur, quod prædicta duo loca ſint appendices, non ſeparatæ Villæ à Dominio ſuperiore de V V. & quod non probetur alium aliquem, alterius vicini loci Paſtorem ius decimarum ſub ijſdem locis habere: cum alioqui in decimarum quæſtione non fines Dominij temporalis inſpici debeant; ſed ipſius Parochiæ; quam nihil prohibet per diuerſorum etiam Dominorum temporalia Dominia diffundi. Ad quam conſiderationem auertendam parum facere videtur, quod vlterius adducitur de ſeparatim factis per Dominum de V V. locationibus decimarum ſub prætactis locis: nam id referendum eſt non ad diminutionem iuris dicti Capituli; ſed tantum ad commoditatem ipſarum locationum, præſertim ijs temporibus, quibus Domini de V V. à Capitu-

a c. 2. §. Vbi autem d. de cimis. lib 6. Rebuf. in tract. de congru. port. nu. 48. & 49.

b gloſſ in c. omnes Principes, de maior. & obedi. Rebuf. in tract. de decimis. queſt. 5. nu. 25.

c c. Tua. de decimis. Alciat. conſil. 40.

a l. 1. C. ſi plures vna ſententia. Bart. in l. ſi expreſſim n. 3. ff de appel. & relatio.

b l. quis ex Vico. ff. ad municipal.

Capitulo in conductum habuerunt illius quoque partem; & ex rationibus pro parte Domini Rei exhibitis constet vniformes semper non fuisse huiusmodi locationes, & sæpe particulatim per separationem locorum etiam immediate dictæ superiori Villæ de VV. adiacentium locatas fuisse decimas: vnde commoditatis duntaxat ratio habita est, non etiam iuris diuersitas inducta. † At nec illud huic 16
considerationi obstare videtur, (quod proponitur de exiguitate pensionis, seu mercedis, qua Domini de VV. prætactarum harum decimarum partem a Capitulo conduxerunt; quæ nullo modo respondet vero valori annui emolumenti mediæ partis harum decimarum, si illis quoque annumerentur decimæ sub Tongelrœde, & Svvaertzbroeck: Nam etsi id facere possit ad detegendam iniustitiam, seu læsionē in huiusmodi a Capitulo obtentis locationibus, & manifeste detegat probabilitatem, cur Capitulum huiusmodi locationem amplius continuare nolit: concludenter tamen non arguit talem diminutionem iuris quoad dimidietatem decimarum Capitulo competentem; cum vt in emptione, in pretio; ita in locatione in mercede contrahentes se inuicem moderate in foro fori circumuenire possint [a]; relicto duntaxat remedio rescissionis, si læsio dimidium excedat, & læsus eo vti velit [b]. Illud denique in proposito non videtur arguere ad diminutionem seu restrictionem partis, quam Capitulum in his decimis prætendit, quod in locatione Gerardi van VVincken conuentum fuit, quod conductor ad describendos fines, & limites decimagij obligatus fuerit: nam id referri non potest ad limitationem, & diminutionem iuris dicti Capituli, sed ad illius conseruationem, & augmentum: vt inde constare possit, quam late fines totius decimagij patuerint, qui sane huiusmodi annotatione, & descriptione in decursu temporum obscurari poterant. Quin imo instrumentum dictæ eiusdem locationis arguit tantundem iuris Capitulo, quantum Domino de VV. competijsse; quod in ea narretur indefinitis verbis decimas de VV. mediatim, & indiuisim ad Dominum de VV. & ad Capitulum pertinere; vt merito etiam illarum fines & limites communes dici debeant. Sic qu[i]d omnibus expensis nihil solidi inueniam in quo possit fundari tam late patens ius Domini de VV. in his decimis; aut restringi ius Capituli, quatenus decimæ sunt sub decimagio Parochiæ superioris Villæ de VV. In quo, cum in genere Capitulum ex priuilegio, & præscriptione habeat fundatam intentionem; partes Rei esse deberent, demonstrare, quicquid pro exceptione, vel restrictione proponitur [c]. Ex quibus quoque manifestum fit intentionem Illustris domini Comitis reconuentionalem non satis firmo stabilique iure subnixam esse, quoad repetendum illa, quæ Capitulum, tam virtute executionis dictæ sententiæ recredentiæ, quam vigore sententiæ in anno 1574. latæ percepit. Causa enim indebitæ perceptionis, quatenus adscribitur decimis in Tongelrœde, & Svvaertzbroeck, non satis concludens videtur, ob id quod superius dictum est de iure Capituli, perinde in his appendicibus, vt in principali superiori Villa de VV. & sententia tam illa prior, quam hæc posterior recredentiæ indeterminate loquatur de omnibus decimis, quas Illustris quondam Domina Anna ab Egmondt, in conductum habuit: hoc est, vniuersis quæ sunt sub decimagio dictæ superioris Villæ de VV. vt quatenus adscribitur Septingentorum maldrorum siliginis venditioni, pro parte est defectus probationis; cum pro parte Capituli negatum sit tantam summam maldrorum sic venditam fuisse; & assertum nihilo plus, imo multo minus venditum fuisse, quam Capitulo competebat ex fructibus decimalibus pro illo anno. Probationes autem Domini Rei de occupatis, & translatis tot maldris ex iussu, & mandato Capitanei Sayas duntaxat loquuntur, non etiam de tanta impetrantium venditione. Præterea quatenus huiusmodi reconuentio, & repetitio fundatur in nullitate, & exorbitantia executionis, quam Cornelius Ioris ostiarius vigore dictæ sententiæ recredentiæ fecit, minus probabilitatis habet. Nam in primis quod obijcitur de inidonea qualitate dicti Cornelij, quod videlicet non fuerit executor secreti Concilij, sed Cancellariæ Brabantiæ, ideoque sententiam secreti Concilij executioni mandare non potuerit, nihil momenti habet: ob id quod per literas executorias dicti Concilij ad hoc qualificatus, & vt dicunt, auctorizatus fuerit, cuius potestatem dictum Concilium habuisse dubium non est. Secundo satis ponderis quoque non habet, quod obijcitur, dictum executorem in exequendo modum sententiæ excessisse; cum pro causa prætexatur defectus iuris in decimis sub Tongelroede, & Svvaertzbroeck, quod non satis probabile esse superius deduximus. Cum alioqui si vere modus excessus fuisset, ab executione ad dictum secretum Conci-

[a] l. In causa. § idem Pomponius de mi nori. l. item si pretio §. quemadmodum. ff. locat.
[b] l. 2. C. De rescind. vendit.
[c] [illegible]

Concilium appellari debuisset [a]; quod pro parte Domini Rei factum esse non constat. Tertio momenti quoque satis non habet, quod obijcitur præmature factam esse hanc executionem, non præstita, nec probata cautione, sub qua recredentia adiudicata fuit: Nam ex relatione executoris, cui in hac parte fides adhibetur [b], constat defectum nullum fuisse; præsertim ex eo, quod pro parte Domini Rei, cum illa fieret, declaratum fuerit, quod prætactæ sententiæ pareretur, si per certificationem Magistratus probaretur nominatos & constitutos fideiussores idoneos esse pro mille florenis Brabanticis; & quod talis certificatio dicti Magistratus ante executionem realem exhibita fuerit; eaque exhibita Officiarij dicti Domini Rei declarauerint se paratos esse sententiæ parere, & executioni assistere. Ita vt quamuis alias ob omissam cautionem huiusmodi, executio nulla dici posset; etiamsi post illam factam cautio idonea præstetur [c]: In proposito tamen propter præmissa, id ad oppugnandam executionem non recte adducitur: Vt nec illud quod manu militari, & rigorosius hæc executio facta fuerit: Nam à iure permissum est adhibita manu militari executionem fieri posse [a]. Obiter hæc omnia perstrinxi, quæ per scripturas partis aduersæ latius deducta sunt; quæ si tam ex re, & voluntate Domini Rei essent, propius deduci possent: interim me mouent, cur minus de iure pro Illustri Domino Comite in hac causa respondere possim: idque sine vllo studio dissensionis aduersus ea, quæ subtiliter pro eius parte ab alijs deducta sunt. Quisque enim vt suis opinionibus ducitur, ita quoque facillime in ijs labitur, in incertitudine præsertim, & alea iudiciorum, ac iuris dispositione, quod non semper optime ius dicat, qui vel nouissime, vel supremus dicit [b]: & liberior potestas sit Aduocatorum quam Iudicum: Etsi enim iudicis sit in causa semper verum sequi, patronis tamen causatum (vt inquit Cicero [c]) nonnunquam verosimile, etiamsi minus verum sit, defendere licet. Cum etiam vt belli; ita quoque iudicij euentus plerumque sit dubius: & vt sub clypeo iustimulti pereunt, ita etiam (vt scribit Salicetus [d]) in iusto iudicio multi succumbunt.

a l. ab executione. C. Quorum appell. non recipiuntur.

b Doct. in l. Si quis Decurio. C. ad leg. Cor. de falsis.

c Guido Pap. decis. 50.

a l. Qui restituere. ff de rei vindicat.

b l. 1. in principio. de appell.

c lib. 2 offic.

d In l. 1. C. mandat.

SVMMARIVM.

Conciliorum supremorum potestas.

1. *Concilium Principis Prouincialibus sua priuilegia seruare debet.*
2. *Priuilegium habens vim contractus irreuocabile est.*
3. *Purgatio ciuilis ex* l. Diffamari. C. de ingenuis manumissis, *vbi proponi debeat?*
4. *Absolutus in purgatorio iudicio amplius accusari non potest.*
5. *Criminalium causarum cognitio ad quē pertineat?*
6. *Seditionis crimen an sit priuilegiatum?*
7. *Seditionis crimen ad cuius iudicium pertineat?*
8. *Seditio à crimine læsæ Maiestatis distat.*
9. *Relatione ad superiorem facta Iudex referens quiescere debet.*
10. *Relatio à consultatione quid differat?*

CONSILIVM III.

PRoponitur quod Oppidum ac territorium de Cassele in Flandria, Curiam Principalem cum mero & mixto Imperio, & præterea resortum seu ius primariarum appellationum in omnibus locis huic territorio Casseletensi subiectis habeat, & Superiorem aliquem præter Comitem Flandriæ, & in appellationibus Prouinciale Concilium Flandriæ, non agnoscat. Proponitur quoque in ea Curia vltra hominum memoriam obseruatum esse, vt quicunque ex eius subditis de crimine aliquo diffamatus, & se vltro purgare velit, id possit in dicta Curia facere, citato etiam ad hoc procuratore generali dicti Concilij, vt si velit purgantem accusare, & delicti probationibus onerare possit. Quæ purgationis potestas dictæ Curiæ per specialia statuta, seu consuetudines in scriptum redactas anno 1534. permissa est [a], per Carolum Quintum Imperatorem Comitem Flandriæ. Proponitur denique dictam Curiam esse in immemoriali possessione cognoscendi de homicidijs, hæresi, sacrilegio, proditione, falsa moneta, seditione, & alijs similibus; & ex illis condemnandi, ac exequendi. His præmissis subiungitur, quod cum quidam Iacobus, & plerique alij ad purgationem ciuilem confugiendo,

a tit. ban purge en decrete articul. 141. & 143. & tit. van iniurien/ crimen/ delicten. artic. 145.

giendo, propter diffamationem, ac ſuſpicionem hæreſis, per dictam Curiam procuraſſent huiuſmodi purgationem denunciari prædicto Procuratori generali, ad finem & effectum ſolitum; prætactum Concilium ad Baliuum & alios Curiales dictæ Curiæ Caſſetenſis, literas ſcripſit; quibus declarauit, quod huiuſmodi citatio, denuntiatio, ſeu intimatio licet efficax ſit, & conſtringat omnes inferiores Officiarios; inefficax tamen ſit, quoad procuratorem generalem; permittendo quod in cognitione huius purgationis procedant vſque ad ſententiam excluſiue; & concluſa cauſa, ac tranſmiſſis actis, Concilium de meritis negotij informent. Et, quoniam dicta Curia, propoſita ſimili purgatione pro parte Franciſci VV. non obſtantibus literis Procuratori generali iterum, & prius denuntiauerat; dictum Concilium per ſecundas literas mandauit dictæ Curiæ, ne huiuſmodi citationes, aut denuntiationes amplius faceret; cum comminatione ſeuerioris prouiſionis, ac renouatione mandati in dictis prioribus literis contenti. Dicta Curia quemadmodum ſe veteri ſuo iure deturbari videt, conſulit, & quærit, num dicti Concilij prætacta mandata iuri, ac rationi ſint conſentanea; & annè iuſta ſit occaſio apud Regiam Maieſtatem, ſeu ſupremum eius Concilium Mechlinienſe de hac nouitate conquerendi? † 1

Ad quæ reſpondendo dicimus in primis prætactum Concilium ſua Authoritate ſine relatione ad Principem, aut ſine ſpeciali eius mandato id non poſſe. Ita enim iure conſtitutum ac receptum eſt, & mandatis Principum plerumque continetur, vt Præſes ac Rector prouinciæ; multo magis Concilium, non tam ad regimen, quam ad ius dicendum, & legis actionis exercendum in Prouincia conſtitutum, Prouincialibus priuilegia, & ab antiquo obtentas conſuetudines, ac prærogatiuas ſeruent? Ita vt iuſta ſit Prouincialium querela, ſi vel Proconſul, vel Legatus, vel Præſes, aut Moderator Prouinciæ, Prouincialibus priuilegia, vel ab antiquo obtentas prærogatiuas, & conſuetudines non obſeruet[a]: cum ea ſeruari humanitas, & moderata imperandi ratio poſtulet. Magni quippe faciunt Prouinciales huiuſmodi conſuetudines, ac prærogatiuas ſibi ſeruari[b]. † Cuius querelæ iuſta eſt occaſio, vbi non tantum vſus, & exercitium huiuſmodi conſuetudinem, aut prærogatiuam inuexit; ſed Principis priuilegiaria conceſſio vel primum conſtituit, vel ante conſtitutam & in vſum introductam corroborauit. Inde enim 2

a l. obſeruare. § ingreſſu rum & ibi Bald. de offic. Proconſ.

b d. § ingreſſurum. Bald. conſ. 59. licet eleganter, nu 4 volum. 1.

fieri videtur, quod hæc conſuetudo naturam contractus aſſumat, & irreuocabilitatem induat[a], Principemque perinde, vt quemuis alium, liget, ac deuinciat, ſiue ſit Papa, ſiue Imperator[b]: præſertim (vti per totum Comitatum Flandriæ contingit) vbi Princeps Prouincialibus iureiurando obſtrictus eſt, eis ſua iura, priuilegia, & conſuetudines obſeruare. Proinde cum ſupradicta ſtatuta, ius purgationis dictæ Curiæ attribuant; & in facto proponatur, & exempla illius multa proferri poſſint de vſu citationis, ſeu denuntiationis, & intimationis aduerſus Procuratorem generalem, occurrente caſu purgationis; iniuſtitiæ, & abuſus alicuius ſpeciem continent dictæ Concilij literæ; quibus ob id maioris Magiſtratus, ſeu Superioris Concilij auctoritate, occurrendum eſt ad ſupplicem dictæ Cu-
3 riæ petitionem. † Cuius petitionis, & iuſtæ querelæ occaſionem amplificat iuris communis, & generalis obſeruationis conſideratio. Etenim manifeſtum eſt purgationem, quam ſuper innocentia ſua aduerſus ſuſpicionem, rumorem, famam, aut diffamationem Reus vltro aſſumit; proponi, tractari, ac definiri poſſe, non tantum coram Præſide Prouinciæ, ſeu Concilio Prouinciali[c]: Verum etiam coram Iudice loci, vel in quo deliquiſſe dicitur, vel domicilij ipſius Rei[d]. Et quidem magis in loco domicilij, vel delicti, in quo inuitus accuſari poſſet; & ad quem alibi conuentus remitti deberet[e]. Sic quod ſcripta conſuetudo Caſſetenſium triplicem locum purgationis præſcribens ſit conformis iuri communi; cuius mutatio, aut transformatio Concilio Prouinciali permiſſa non eſt: cum id ſoli Principi reſeruetur[f]. Abſurda quoque eſt dicti iuris conſuetudinarij reſtrictio; quam quoad Procuratorem generalem dictæ literæ iniiciunt. Cum enim omnium criminum cognitio, & executio dictæ Curiæ permiſſa ſit, & à ſententijs in criminalibus cauſis latis, ſiue ſint abſolutariæ, ſiue condemnatoriæ, ex conſuetudine, ac priuilegio nulla ſit prouocatio, vel ad ſubalternum, vel ſupremum Iudicem; conſequens quoque eſt purgatorium hoc iudicium in præiudicium Procuratoris generalis apud inferiorem inſtitui, ac peragi poſſe? Sic quod abſolutione ſequuta, repetendæ cauſæ ius, aut poteſtas
4 illi non ſit. † Effectus enim purgatorij huius iudicij, cum ſine cauſæ cognitione non fiat, & plerumque cum demonſtratione, ac probatione innocentiæ; idem eſt[g], qui ſententiæ abſolutoriæ poſt ſolennem inquiſitionem, aut accuſationem inſtitu-

a c. 1. de probat. Bald. ad l. Princeps. de legib. Iudem. roma conſ. 332. glo. in c. ad Apoſtolicæ, de ſenten. & re iudic. lib. 6. Andr. Bart. conſ. 2. nu 3. vol 4. hic quodam. & ibi Dominicus de præben lib 6 Rebuff. ad concordata gall. tit. de collatio.

c l. diffamari. C. de ingen. manumiſ.

d Hieronym. Cagnolus & Bart. Blarerus, in d. l. diffamari. Alex. conſ. 103. conſideratis vol. 5. Anto. Capit. deciſio. Neapolita. 18. in cauſa Nobelis.

e Alex. d. conſil. 103.

f l. 1. l. 2. in verb. nec ab aliquo retractentur. C. de legib. & conſtit.

g gloſſ. & Archidiaco. in c. habet. 2. q. 5. Panor. in c. ex tuarum, de purgatio. Canon.

institutam: qui est, vt de eiusdem hominis delicto sæpius queri non possit[a]. Ita vt ciuilitatis magis, quam necessitatis sit denuntiatio, quæ Procuratori generali fit, ad synceriorem huius iudicij progressum. Vnde est quod Iodocus Damhouderius Flandriæ praxeos peritissimus, vsum purgationis legalis explicando, ad purgantis curam ac sollicitudinem referat[b]: vt siue in loco delicti, siue in loco domicilij, ac fori sui, siue in Concilijs purgationem proponat; curet citari singulos Officiarios, qui illum accusare possent; nulla facta exceptione Procuratoris generalis. Quam exceptionem indubitate auertit dicta consuetudo (quæ optima est legum & statutorum interpres[c]) & cõsuetudinis exercitium; quod per multa exempla probari posse dicitur ex purgationibus antecedentibus, quæ in dicta curia proposita, & peracta sunt, Procuratoris generalis citationem, & intimationem semper vsitatam, & sine contradictione admissam fuisse. Atque ita cum ad officium Præsidis Prouinciæ reijciatur[d], ne patiatur ijsdem criminibus, quibus quis liberatus est, eundem iterum accusari, nec in eo excipiatur Fiscus aut Officiarius Principis; ferenda, imo collaudanda est intimatio, ac denunciatio, quæ specialiter fit Fisco, seu Procuratori generali; qui publica, & per edictum generali citatione facta, excusari non posset; neque ad iterum accusandum restitui ex capite ignoratæ purgationis; cum suum propriũ dolorem, & causam non prosequatur[e]. Sed quoniam dictæ literæ non obscurã significationem facere videntur, quod ex genere, & qualitate delicti facta sit hæc declaratio, & prohibitio; ideo scilicet, quod purgatio Iacobi T. Francisci VV. & aliorum sit super delictis, & excessibus speciem seditionis continentibus; inquirendum est, an in ea consideratione dicti Concilij potestas amplietur, aut vsus scriptarum consuetudinum restringatur. † Et 5
sane cum per dictas nunc in scriptum redactas consuetudines, Curiæ omnium criminum cognitio permittatur, & in vsu, ac exercitio illarum consuetudinum, Curia de hæresi, raptu, seditione, alijsque similibus publicorum iudiciorum delictis cognouerit, & executionem hactenus semper fecerit; nulla est ratio, cur prætextu seditionis, limitatio aut restrictio aliqua inijciatur: cum generaliter verum sit cognitionem criminalium causarum pertinere ad Iudicem loci, vbi delictum perpetratum est[f]. † Et quamuis ex vsu 6
in plerisque Prouincijs quædam crimina habeantur pro priuilegiatis, & exceptis; quorum cognitio Principi, eiusque Concilio reseruatur; alia sint communia, relicta cognitioni inferiorum Iudicum; & inter excepta seu priuilegiata numeretur crimen læsæ Maiestatis: seditionis tamen crimen, quatenus in speciem criminis læsæ Maiestatis non cadit, exceptum aut
7 priuilegiatum non inuenitur. † Quinimo in crimine seditionis peculiariter hoc obseruatur, vt de seditione in vno Oppido, aut territorio facta, alterius municipij magistratus, imo Præses Prouinciæ cognoscere non possit; sed facienda sit remissio ad locum vbi commissa est seditio[a]. Vnde cum hic quæratur tantum de illo genere seditionis quod ex crimine hæreseos oritur; secundum quod hæretici etiam seditiosi dicuntur: non potest huc applicari, quod crimini læsæ Maiestatis
8 attribuitur: † potissimum, quod hæc seditio non eo directe tendat, vt Ciuitas, Municipium, seu Territorium Principi, aut eius obedientiæ subtrahatur; sed tantum vt subditorum animi noua superstitione imbuantur: ita quod sit omnino separatum crimen à crimine læsæ Maiestatis[b]. Et cum hoc crimen læsæ Maiestatis, crimini hæreseos integatur; quemadmodum de crimine hæreseos, ita quoque de exoriente & concomitante delicto seditionis, dictã Curia cognoscere potest; vel per accusationem, vel per inquisitionem, vel per purgationem legalem. Quare nec respectu qualitatis ipsius delicti, coarctari potuit dicti delicti potestas, per prætactam declarationem, aut prohibitionem. Minus probabilis est altera pars dictarum literarum, per quam multo magis restringitur potestas dictæ legalis purgationis; quasi nunquam etiam respectu inferiorum Iudicum, seu Officiariorum liceat dictæ Curiæ absolutoriam, aut condemnatoriam sententiam in purgatorio iudicio proferre, nisi consultatione, vel relatione ad Concilium facta, & Cõcilij iudicio expectato. Aduersatur enim id iuri communi, quod præcipit[c], causam perfecte examinatam sententia per aditum Iudicem terminari. Aduersatur antecedenti, ac obtinenti consuetudini, & obseruationi, quæ nulli consultationi aut relationi hanc Curiam inuitam astrinxit: ideoque hæc relationis necessitas, si sequenda est, in effectu huic Curiæ præripit notionem, ac potestatem ius dicendi.
9 † Relatione enim aut consultatione facta, Iudex qui retulit, aut consultauit, conquiescere debet, donec superior consultus, opinionis suæ responsum remittat[d], quo misso sequendi quoque necessitas incumbit, adempta potestate à dicto consilio

a l. penult. in fin ff. naut. caup. stabul. c. de his de accusa.

b In Enchirid. re. criminalium cap. 41. de purgat. legalib.

c l. de quibus. D. de legibus.

d l. si cui. §. ijsdem de accusa.

e d. §. ijsdem Speculat. in tit. de absolutio. & purgat. n. 6.

f l. 1. cum Auth. qua in prouincia C. vbi de crimi. agi oport.

a Angel. in §. ... Auth. de mandat. princ. Nicola. Boerius ad consuet. Bituricenses tit. des coustumes § 14 & in tractat. de seditiosis in 6. praesupposito num. 3.

b eleganter Bald. cons. ... 19.

c In Auth. nouo iure. C. de Relatio.

d l. 1. C. de relat. l. ex illo tempore. C. de appell.

consilio recedendi : † nam inter voluntariam, ac necessariam relationem, seu consultationem hoc interest, quod vt illam inferior Iudex facere non cogitur; ita quoque non cogatur consulti Iudicis, seu superioris, opinionem vel consilium in iudicando sequi[a]; quod facere cogitur cum statuto, consuetudine, vel pacto litigatorum superiorem super causa consulit[b]; sic quod hoc nouum præceptum arctans ad inuoluntariam, seu necessariam relationem in effectu, imo aperte huic 10

a l. ad Principem ff. de appellat.
b Bald. cons. 170. ad euidentiam volum. 3.

Curiæ Casletensi eripiat omnem iurisdictionem, & notionem, quam immemoriali tempore obtentam, & exercitam, Caroli Quinti Imperatoris confirmatio sartam tectam conseruat. Merito igitur, & iure dicta Curia querelam hac de re proponere poterit apud Regiam Maiestatem, seu eius prædictum supremum Concilium, aduersus dicti Prouincialis Concilij declarationem, prohibitionem, ac mandatum.

SVMMARIVM.

Iurisdictio Territorium.

1. 11. *Nomen rei conuenire debet.*
2. *Iurisdictiones omnes originaliter à Principe sunt.*
3. *Iurisdictio ex præscriptione acquiritur.*
4. *Iurisdictiones quare introductæ.*
5. *Iurisdictio quo tempore præscribatur.*
6. *Iurisdictiones in commercio sunt.*
7. *Castrum & eius Iurisdictio præscribi potest.*
8. *Iurisdictio prorogabilis est.*
9. *Possessionis immemorialis potestas.*
10. *Restitutio integri non datur aduersus centenariam præscriptionem.*
12. *Castro plerumque adhæret Territorium.*
13. *Argumentum ab etymo.*
14. 17. *Iurisdictio rustica quæ sit.*
15. *Interpretationem certam quæ habent mutari non debent.*
16. *Constitutiones in vsum non receptæ quid possint.*
18. *Iurisdictio inferiori concessa excludit superiorem.*
19. *Consuetudo constitutiones abolet.*
20. *Testes valetudinarij parte non citata audiri non possunt.*
21. *Interruptionem non faciunt actus extraiudiciales.*
22. *Interruptio superueniens post præscriptionem nihil facit.*

CONSILIVM IV.

GRAVES plerumque solent esse controuersiæ quæ de Iurisdictionis superioritate, & seruitutibus excitantur in pari hominum studio ac contentione dominandi, & iugum seruitutis excutiendi; sed in ijs definiendis ac sopiendis plurimum valet vsus, & præteritorum temporum longius producta obseruatio. Quod cum nobilis ac validus Dominus Gosvvynus R. Illustrissimo Domino Duci Cliuensi eiusque amplissimo Concilio, pro auertendo ac deprecando edicto Anno 1565. in Schermbeke publicato, & asserenda iustitia contentorum in libello supplice Illustrissimæ suæ Gratiæ eo fine exhibendo, cum omni modestia per iuris rationes demonstrari ac deduci cupiat; paucis propositæ consultationis materiam pro iudicij nostri tenuitate, & quantum illa extra iudicij figuram cum gratiosa ac clementi tractatione postulat, expendemus. Et quoniam dicti edicti principalis scopus est, vt quicunque in dicto Dominio de R. illiusque appendicibus homines iuris Cliuensis ac Xantensis resident, de cætero ordinario iudicio eiusdem Dominij de R. etiam in ciuilibus causis, impune non parcant (exceptis causis rusticis, quæ de sepibus, fossis, finibus agrorum, vijs, pauperie, seu damno in fructibus dato exoriuntur) inde tractationis initum faciemus. † In quo
1 articulo hoc inprimis intentioni Illustrissimi Domini Ducis plurimum suffragari videtur, quod iurisdictio de R. rusticum iudicium appelletur: hoc est in vulgari & vernacula voce Burichte / quasi rurale, & ad rura ruralesque causas pertinens: vt nomen rei conueniat, & nomen ex re definiatur ac circumscribatur[a]. Quæ ex nomine consideratio adiuuari videtur ex constitutionibus Frederici tertij[b], & Maximiliani[c] primi Imperatorum, iurisdictiones liberorum & clanculariorum Iudicum ac iudiciorum potestatem & vsum restringentibus. Verum non parum firma & inconuincibilia hæc sunt, vt iurisdictionem, quam Dominus Gosvvynus sibi sartam

a §. Est & aliud Instit. de donat.
b De anno 1442. Franckfordiæ.
c De anno 1495. VVormatiæ.

sartam tectam cupit, aliquo modo pro-
sternant vel debilitent[a]. † hoc enim in 2
iurisdictionis acquisitione, continuatio-
ne, & retentione receptum est, vt quam-
uis omnes iurisdictiones originaliter à
Principe, qui αὐτοκράτωρ est, hoc est, Im-
peratore, profluant, & ab eo per varios
Magistratus ac Officiales pro vsu & com-
moditate subditorum diffundatur[b] eaque
ratione iurisdictio publici Iuris esse dica-
tur[c], vt nemo iure subiectionis iurisdi-
ctionem, & minus merum vel mixtum
imperium generaliter vsurpare vel præ-
tendere possit: † hoc tamen receptum 3
ac perpetuo obseruatum est, vt iurisdictio
non tantum ex speciali concessione Prin-
cipis; sed etiam ex consuetudine ac lon-
gissimi temporis præscriptione, etiam ad-
uersus ipsum Principem, acquiratur[d].
Consuetudo enim & Principis non tan-
tum supremi, verum etiam mediati taci-
turnitas ac tolerantia circa iurisdictionis
distributionem & adiectionem seu trans-
lationem, parem vim habent; cum con-
suetudo vincat legem[e]. † Cum enim iu- 4
risdictio & superioritas non tam ipsorum
Principum gratia, quam ob propriam sub-
ditorum vtilitatem introductæ sint[f]; non
tantum quoad ciuiles, verum etiam cri-
minales causas[g]; † cur non licebit illam 5
per longissimum vsum & præscriptionem
acquirere, & quidem communi & ordi-
nario tempore triginta annorum? Imo vt
plerique volunt decem vel viginti aduer-
sus Principem seu superiorem, inferiorem
tamen à summo, hoc est Imperatore[g]: nam
aduersus hunc communiter omnes requi-
runt tanti temporis decursum, vt de illius
initio & origine nulla extet hominum
memoria: idque eo casu tantum vbi in
ignorantia vsurpati huiusmodi Iuris su-
premus Princeps versatur; sic vt data
Principis etiam supremi scientia ac tole-
rantia, ordinarium tempus præscriptionis
sufficere communius receptum sit[h]. Mul-
to ergo magis aduersus Principem infe-
riorem, quamuis ipsius præscribentis su-
periorem. Hi enim inter se comparati,
priuatorum loco constituuntur; vt nulla
sit ratio, cur maius tempus exigatur in
præscribenda iurisdictione aduersus aliū
priuatum, & vni supremo Imperatori sub-
ditum; quam in alijs quibuscunque priua-
torum rebus[i]: quorum conditionem &
naturam inter has personas etiam habet
iurisdictio. † Quæ hodie vt aliæ quæ- 6
cunque res in commercio est, & vendi, a-
lienari, ac ad quoscunque etiam priuatos
transferri, & per hos retineri[k]; & deni-
que per actus iurisdictionales illius pos-
sessio seu quasi acquiri potest[l]. † Nec mi- 7

a l. 1. C. de off. præfect. Vrb. & l. 1. §. Cum Vrbem. ff eod.
b C. l. ff. eod. l. 1. de iurisdict. omn. iud.
c Bald. in l. 1. C. de emancip. lib. Bart. in l. 1. §. deinde de aqua quot. & æst. ubi Iason in l. imperium n. 20. ff. de iurisd. omn. iudic.
d l. de quibus de legib. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.
e l. 2. §. nouissime de origine iuris.
f Bart. in d. §. deinde late Io. Fran. Balbus de præscript. 2. parte quinta partis princip. q. 3.
g l. Viros & ibi gloss. C. de diuers. offic. lib. 12. Doct. in d. l. imperium Bal. cons. 439. vol. 3. Anchora cons. 142. Alex. cons. 16. nu. 21. vol. 5.
h Balbus in d. 2. parte qu. 3. vers. circa primum Dida. Couarr. ad c. possessor in 2. parte §. 3. nu. 5.
i Did. Couar. d. nu. 5.
k Bald. & Angel. in l. Si ut furere de statu hominum.
l Angel. in l. Sed et si hac lege §. qui manumittitur de in ius voc. Bar. in l. 2. C. de seruit. & aqua. Anthon. de Butrio in c. in literis de

rum si cum castrum præscribi possit[a], illi
quoq; cohærens imperium & iurisdictio,
præscriptioni subiacere dicatur[b], etiamsi
iure vasallitio seu beneficiario castrum
seu dominium habeatur[c]. Quæ quoad
iurisdictionem, quam bassam Iustitiam
vocant, consistentem in ciuilium causa-
rum cognitione, nullam dubitationem
habent: cum hæc præscribi possit, etiam
ab eo qui alioqui nullam iurisdictionem
habet[d]; quanto magis ex vsu & longa pos-
sessione extendi ac ampliari ad plura ge-
nera causarum, quam prima iurisdictionis
8 huiusmodi origo continet. † Vt facilior
semper est iurisdictionis prorogatio tam
quoad personas, quam causas; quam est
iurisdictionis prima acquisitio[e]. Cum er-
go D. Gosvvynus nunc supplicans, eius-
que maiores non tantum 30. aut 40. an-
nis; sed vltra hominum memoriam hanc
ciuilem iurisdictionem in omnes omni-
no qui sub eodem Dominio, de X. exti-
terunt, atque etiam eos, qui iuris Cliuen-
sis aut Xantensis fuerunt, in ciuilibus cau-
sis atque etiam mulctis dicendis ex certis
causis per suos Scabinos seu Iudices ex-
ercuerit, & exercitæ huiusmodi iurisdi-
ctionis tam quoad mulctas, quam om-
nium ciuilium causarum, realium, & per-
sonalium cognitiones, plurima exempla
antiquitatis veneratione illustria profe-
rat, nulla legitima aut effectuali interru-
ptione interueniente; æquumque bonumque
esse videtur, vt quemadmodum Illustris-
simus Dominus Dux, propter præsentem
possessionem, in possessione huiusmodi iu-
risdictionis clementer illum relinquit; ita
quoque litem super proprietate ad impe-
diendam aut auferendam hac præscriptio-
9 ne adquisitam iurisdictionem differat. †
Præsertim quod immemorialis possessio-
nis potestas tanta sit, vt pro constituto le-
gali & priuilegio accipiatur[f]: omniaque
non tantum priuata, sed etiam publica oc-
cupet & excludat[g]: ita vt Ius ex tanti
temporis decursu acquisitum, ne Impera-
tor quidem retro abolere vel tollere pos-
sit[h]; & in ea sustinenda ac defendenda ne-
cessarium non sit de titulo aliquo vel bo-
na fide præscribentis docere[i]; quia tam
diuturna possessio præsumptionem iusti
10 tituli ac priuilegij secum trahit[k]. † Sic
quod omnium concors & indubitata sen-
tentia sit aduersus centenariam seu imme-
morialem præscriptionem, nullam pror-
sus dari restitutionem integri etiam ex
capite iustæ ignorantiæ[l]. Et in tantum
fundata est ex huiusmodi præscriptioni-
bus possidentis ab antiquo intentio, vt
11 non cogatur ostendere titulum suum[m]. †
Vnde quæ ex nominis ratione ducitur ac
trahitur

...stit. §...
a l. quicunq; §. illorum C. de fundis Limitrophis lib. 11.
b d. l. Viros C. de diuers. offic. lib. 12.
c §. Item si vasallus tit. Si de inuestitura feud. controuers. fuerit.
d c. Cum contingat de foro compet.
e l. 1. & 2. de Iud.
f l. Hoc iure §. ductus aq. de aqua quot. & æstiua.
g Bald. in l. 1. C. de annali exceptio. & in l. data opera C. qui accusa. non poss.
h Carol. Molin. cons. 18. visis & diligenter n. 28.
i Cardinal. cons. 114. Dico Petrum ludo gezad. cons. 8 in hac causa Illustrissimi. Zasius cons. 6. Illustrissime n. 23. vol. 2.
k d. §. Ductus aquæ Alex. cons. 24. ponderatis his vol. 5.
l Alexand. cons. 111. viso themate & 163. viso processu vol. 2. Decius in l. 2. C. Qui admitti ad bonor. poss. possint. & cons. 29.
m Ioannes Andr. post Hostien. in c. dilectus de offic. ordi.

trahitur obiectio, parum in proposito obstat: cum nihil vetet iurisdictionem angustius ab initio concessam, ex vsu & tempore dilatari; cum vt dictum est, illius prorogatio in procliui sit[a]; in qua consideratur non tam superioris, quam partium sese submittentium ac subijcientium consensus[b]; non tantum in temporali seu singulari ac personali singularis personæ; verum etiam perpetua ac vniuersali prorogatione totius populi, seu certi generis hominum; præsertim cum prorogationis & extensionis causa non habet ortum ex sola voluntate prorogantium, sed aliunde ex alia qualitate subiectionis. † Vel- 12
uti, vt in proposito contingit, ratione castri, seu dominij quod in loco habetur, cuius iurisdictio prorogata est, ab his qui sub territorio castri vel in locis vicinis habitant. Castro enim cum adhæreat territorium[c], & plerumque per quatuor elementa ei sit conglutinatum, facilis debet aut saltem potest esse omnium eidem castro quacunque ratione subiectorum aut etiam vicinorum partim inuoluntaria, partim voluntaria in iurisdictione subiectio & protogatio; exigente id ac suadente ibidem habitantium vtilitate & necessitate. † Sic quod ab etymo deducta ar- 13
gumentatio, parum hic efficiat. Vt etiam plerumque illa in iure infirma, ac fragilis est[d]. Exemplo sunt in iure nostro multa huiusmodi rerum vocabula, quæ ad suum etymum relata, per omnia non correspondent, nec intra etymi potestatem concluduntur. Vt testamentum, matrimonium, possessio, & alia huiusmodi multa[e]. † Deinde vt à nominis etymo non 14
recedatur, nihil vetat ex potestate huius vocis Burrecht contineri iurisdictionem & cognitionem omnium causarum, quæ inter rusticos incidunt, & ex antiquis legibus Saxonum (quorum est pars VVestphalia, aliæque vicinæ regiones vsque ad Rhenum) compertum est rustica iudicia fuisse erecta; quæ Bawrgerichten appellata sunt; & huiusmodi iudiciorum cognitores Bawrmeesters quorum iurisdictionem constat ab initio latius fuisse extensam etiam aliqua ex parte ad criminalẽ iurisdictionem[f]. Cuius rei argumentum Domino supplicanti exhibet antiquum illud instrumentum, quo olim D. Adam Dominus de Berge hanc Curiam de R. cum iure ciuili vulgariter Burrecht dicto, eidem Curiæ (vt habent verba dictarum litterarum) attinente; transfert. Ita vt si in retro præterita temporis antiquitate hæc vox aliter fuit accepta, & vel verosimile est, ex vsu ampliata & extensa, vt pertineret ad ius ciuile; hoc est omnes

a d. l. 1. & 2. de iudic. Eur. in l. 1. §. & post operis de noui oper. nũtia. Andr. de Isernia in c. Imperialem §. prin. in a fi inter alios de prohib. feud. alienatione per Frederic.
b Iason in d. §. & post operis.
c Bald. conf. 360. volu. 2.
d Preses in loco ab Etymologia.
e Bal. in l. 1. ff. de acquir. poss. ff. & in. stitut. de test. in princ.
f Speculum Saxonicum lib. 3. cap. 13.

ciuiles causas omnium subditorum, & quacunque ratione ad hoc iudicium pertinentium, merito nunc quoque ita accipi
15 debeat. † Quæ enim interpretationem certam acceperunt, mutari non debent[a]: cum vsus ne dum vocum, sed omnium rerum controuersarum vel dubiarum opti-
16 mus sit interpres[b]. † Simili ratione, deprecationi, ac defensioni Domini Gosuini non obstant præfatorum Imperatorum constitutiones. Tum primò quod illæ dicantur nunquam in vsum receptæ. Et si enim leges seu constitutiones Imperatoriæ semper viuere, ac in viridi obseruantia esse dicantur[c]; id tamen obtinet postea quam semel in vsu receptæ sunt[d]. Vnde etiam est quod generaliter constitutum sit, vt nouæ constitutiones ab ipsa prima conceptione & Principis promulgatione subditos non ligent[e]. Secundò quod dictarum constitutionum verba ad hoc iudicium pertinere non videantur; sed tantum ad illa iudicia, quæ D. Carolus Magnus in magna Saxonum adiacentiumque populorum ruditate, & in assumenda fide Christiana duritie ac peruicacia, eaque retinenda lubricitate, & commutanda seu deserenda facilitate, constituit & erexit: constitutis clancularijs latrunculatoribus seu Iudicibus, qui sine strepitu & figura iudicij in male viuentes aut à religione Catholica quoquo modo recedentes extra ordinem cognoscerent & animaduerterent. Quorum iudiciorum & Iudicum vsus in successu temporum & abusu, quibus huiusmodi potestas data erat, grauis & perniciosa esse inceperat; vt merito huiusmodi Principum constitutionibus, vti etiam priuilegia, constringi & in ordinem
17 reduci debuerint. † Sed hoc iudicium seu iurisdictio ista, quam Dominus Gosuinus tuetur, eius generis nõ est: sed est ordinarium iudicium sui dominij ac territorij de R. in causis ciuilibus, Castro & Curiæ suæ (vt habent dictæ antiquæ litteræ) attinens eique annexum; quod dictis constitutionibus non continetur nec
18 subijcitur. † Quod siue competat ex cõcessione seu priuilegio; siue ex consuetudinis ac temporis præscriptione, sic competit, vt quicunque alius superior, multò magis qui superioritetem quoad attinens huiusmodi iudicium nullam habet, excludatur. Nam cum alicui inferior, vel à Principe, vel ex consuetudine ac consensu subditorum, datur iurisdictio, ita illa datur vt superior & maior excludatur[f]. Præterea si aliquo modo hæc controuersa iurisdictio prætactis constitutionibus ab initio subiecta esse dici posset; attendenda nihilominus est sequentis temporis

a l. minime. de legib.
b l. Si de interpretatione de legib.
c l. Arriani C. de haret.
d Glossa in c. 1. de treuga & pace. bald. in authent. Omnes peregrini C. com. de success. Alexand. cõs. 39. vis. & consid. ratis vol. 5.
e In authen. vt factæ nouæ constitutiones.
f c. Cum contingat. & ibi Anto. de Butrio de foro. compet. gloss. in c Pastoralis de officio ordinarij.

poris ratio & conditio: hec est huiusmo-
di iurisdictionis, non obstantibus his cō-
stitutionibus, continuatio, vel saltem re-
nouatio. † Neque cum ita ligant Princi- 19
pum constitutiones, quin noua consuetu-
dine legitime præscripta aboleri possint:
præsertim cum consuetudo ratione non
caret [a]; prout hæc in ea parte, qua nunc
oppugnatur, videlicet quoad homines
Cliuenses & Xantenses, ratione non ca-
ret, propter commoditatem habitantium,
quorum interest longius extra locum do-
micilij aliò in ius non vocari. † Cum 20
itaque exercitæ per tanta tempora huius
iurisdictionis exempla à supplicante pro-
ferantur, & ex prædictis nullum impedi-
mentum injiciatur, nec contrariæ posses-
sionis aut contrarij exercitij exempla ex
parte Illustrissimi Domini Ducis profe-
rantur; non admodum commouere debet
recordium seu certificatio Scabinorum de
Schermbeke abhinc paucis annis data [b].
nam cum illa sit confecta à proprijs Iudi-
cibus Illustrissimi Domini Ducis quos
propensis animis esse constat ad iurisdi-
ctionem suam ampliandam; & quod testi-
monia in huiusmodi certificatione com-
prehensa sint audita, parte aduersa & cuius
interest absente, & non vocata, quod iu-
re etiam in valetudinarijs aut absuturis
ad perpetuam rei memoriam testimonijs
vetitum est [c]; aduersus illa quæ liquidio-
ribus magisque indubitatis rationibus ac
modis ex parte Domini supplicantis pro-
feruntur, vires habere non debent: præ-
sertim quod de particularibus tantū qui-
busdam actibus atque articulis & non v-
niuersaliter de tota hac iurisdictione Do-
mini de R. loquatur; & quorum actuum
ius aut possessionem idem Dominus sup-
plicans non prætendit, videlicet in cri-
minalibus causis criminaliter mouendis.
Deinde minus huic posteriori certifica-
tioni tribuendum videtur, tum quod aliæ
de hac Illustrissimi Domini Ducis iuris-
dictione tam liberaliter non loquantur;
tum quod non obstātibus huiusmodi cer-
tificationibus ac testimonijs, vsus præta-
ctæ iurisdictionis Dominis de R. semper
integer permanserit. † Sic quod iure con- 21
suetudinis & immemorialis possessionis,
de quibus superius multa in medium ad-
ducta sunt, Dominus supplicans omnino
in tutò versetur præsertim quod hæc pos-
sessio huiusmodi extraiudicialibus acti-
bus, & ad quos Domini de R. vocati non
sunt, minime interrumpatur ciuiliter aut
naturaliter [a] & quod à tempore præceden-
tium certificationum seu recordiorum [b]
Domini de R. hanc possessionem, quam
Illustrissimus Dominus Dux agnoscere
videtur, hucusque aut saltem vsque ad an-
num 1549. quo dicta posterior certifica-
tio, & testimoniorum receptio facta est,
tēpora longissimæ ac plenissimæ præscri-
ptionis decursa & lapsa sint: sic vt etiam
noua præscriptione, cessante anteceden-
tis temporis consideratione, eaque ante
annum 1549. absolute completa D. Sup-
plicans munitus sit; & ita quidem vt si in
recordio anni 1549. aliqua interruptio
constitui posset (quod admittendum non
22 est) nihil noceret: † non enim debet tol-
lere ius præscriptione acquisitum super-
ueniens interruptio [c]. Quæ omnia cum
applicari quoque possint iurisdictioni pu-
niendi ac mulctandi eos, qui in syluis sub
territorio de R. sitis caedendo peccant,
alijsq; plurimis quæ ex instigatione Of-
ficialium Illustrissimus Dominus Dux
controuersa partim iam nunc fecit, par-
tim facturus videtur, & in quorum lon-
gæua ac immemoriali possessione D. Sup-
plicans, eiusque prædecessores Domini in
R. fuerunt; minime necessarium videtur
de ijs quoque seorsum hic agere. Quam-
uis lite instituta, & præfato Illustrissimo
Domino Duce actoris partes sustinente
(vt in omnem euentum propter indubi-
tatam possessionem D. Supplicantis susti-
nere debebit) multa particulatim ad sin-
gula controuersiarum capita pro sustinen-
do bono iure D. Supplicantis proferri
poterunt: à quibus prolixitatis vitandæ
causa in hoc articulo deprecationis, con-
sultò abstinemus; firma spe & fiducia,
quod D. Supplicans apud Principem cle-
mentissimum Iustitiæ & æquitatis ama-
torem supplex factus impetrabit, quod ra-
tionabiliter postulabit.

a Ant. de Bui. in c. fin. de consuetud. Gemma in c. 1. de consti. lib. 6.

b An. 1459. ipso die s. Seuerini.

c Authent. sed & si quis C. de testibus, c. 2. & c. significauit: & ibi Felin. & alij. de testib.

a Io. Franc. Balbus in tract. de praescrip. 6. partis principalis parte 2. q. 4.

b videlicet anno 1478. & 1482.

c c. Auditis vers. Si tamen: & ibi Panor. de praescript.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Euocatio causarum Principi permissa.

1. Princeps etiamsi amplam potestatem habeat, non præsumitur tamen alterius iuri velle derogare.
2. Vagari nemo debet in perniciem alterius.
3 Princeps variare non debet.
4 6 Decretum reuocari potest.
5. Euocatio causarum Principi permissa est.
7. Euocatio quando sit permissa

CONSILIVM V.

NON omnino certam vel indubitatam Iuris resolutionem habere videtur, quod pro parte Illustrium Dominorum Hermanni Comitis de Nuenar; & Philippi Comitis de Horne mariti nobilis Dominæ VValpurgis à Nuenar; contra Marchionem Badensem, aut eius legitimos hæredes proponitur. An videlicet omnibus vltro citroque inter dictas partes actis abolitis, & cassatis, in eum statū causa reduci possit, quo tempore sententiæ per Iudices Ducatus Lutzenburgensis anno Dom. millesimo quingentesimo vicesimo-sexto in fauorem dictorum Impetrantium latæ fuerant: & si illius obtinendi nulla superest spes, an saltem ad dictos Ducatus Lutzenburgensis Iudices per euocationem à Principe causa remitti possit? Si ne hoc quidem, num simplex, minimeque ad certum auditorium limitata euocatio obtineri possit? 1 † Et sane ad retroactorum abolitionem quod attinet, etsi Principis plenitudine potestatis suæ vti, & abuti volentis, summa sit authoritas; nobis tamen, qui non tam in potestatem Principis inquirere, quā quid eum facere conueniat, & velle præsumatur[a], exponere constituimus, saluo semper in omnibus meliore iudicio, triplicis generis impedimenta occurrunt, quæ Principem hoc casu a retroactorum abolitione, cassatione, & reuocatione auersiorem & alienum factura videntur. Quæ primi generis sunt, ab ipsis Actoribus sumunt originem; alia ab ipso Principe; denique ac tertio, quædam cum ipso genere causæ sunt coniuncta. Etenim inter alia primi generis impedimēta est illud, quod Actores seu Impetrantes omnia retroacta inde à definitiua per Iudices Ducatus Lutzenburgensis anno millesimo quingentesimo vicesimo-sexto, lata, vsque ad initia rescindentis iudicij coram Senatu Mechliniensi, anno millesimo quingentesimo quadragesimo-nono inchoata, olim euidenter approbauerint[b]. petita videlicet aduersus ea omnia in integrum restitutione; quæ non potest non eorum omnium, vnde & aduersus quæ restitutio petitur approbationem continere[a]. 2 † Quemadmodum vero Princeps non facile permissurus præsumitur, vt suæ quisque voluntatis inconstantia, in alterius perniciē, & detrimentum vagetur; quodque modo approbauit, mox aut quandocunque velit, iterum reprobet[b]. Ita valde metuendum est, ne Princeps Actoribus hoc casu omnium retroactorum abolitionem petentibus non acquiescet; eoque minus quod Reuisioni earundem actionum semel inchoatæ & institutæ, tanquam iure deficiente sponte & vltro renuntiauerint; & renuntiando rebus in dicto Concilio iudicatis indubitatam irretractabilemq́; confirmationem, approbationem, & authoritatē adiecerint[c]. 3 † Ad cætera quod attinet, quæ inter partes litigantes in iudicio rescindente, coram senatu Parlamenti Mechliniensis hactenus sunt habita, qua ratione sperant Impetrantes Principem induci posse, vt aboleat, & in nihilum reuocet, quod Princeps ad eorundem Impetrantium fauorem& instantiam eis vnice & obnixe id petentibus, ægre tamen, nec sine magno & singulari beneficio permiserit, vt idem senatus, restitutis in integrum Impetrantibus, merita causæ principalis iterum ac de nouo cognoscenda susciperet. Neq; enim suis beneficijs, suæque potestatis plenitudine (vt aiunt) Principes temere vagari conuenit[d]; & quod semel æquum iudicarunt, id paulo post iudicent iniquum. Sunt alia quæ Principem contemplatione rerū à se prius in eadem hac causa gestarum à prædicta petita cassatione factura videbuntur alieniorem. Nam anno 1526. quando hæc lis à Iudicibus Ducatus Lutzenburgensis ex vna; & auditorio Cameræ Imp. ex altera, partibus, ad senatum Parlamēti Mechliniensis per Principem plenitudine potestatis cum omnium retroactorū irritatione est translata; tū vtiq; Princeps hāc causam alio, & ad alium Iudicē transferri sub pœna prohibuit: omnib' modis videl. id agens, vt eadem causa semel vno tandē loco consistēs, nō amplius de alijs Iudicib' ad alios ambulādo vagaretur & partes diutis-

a DD. ad l. Quod Principi. De constitutionibus l. ex facto. de vulg. & pupil.

b l. Pomponius scribit de neget. gest.

a l. si mulier. § penult. De eo quod metus causa.

b l. 1. C. de petitio bon. sub'a. d. l. Pomponius scribit.

c Auth. ei qui. in fin C. de tempor. & reparatio. appellatio.

d l. Si quis aduersus C. De precib. Imp offe.

diutissime anxias in contentione detine-
ret[a]. Itaque cum hæc retro actorum abo-
litio, causam in fauorem Actorum alio
translatura esset; plurimum verendum est,
ne id nouas remoras inijciet, & inconsul-
tam Principis mobilitatem notabit. † 4
Adde quod sua quisque decreta minore
odio ac pudore reuocet, quam aliena[b]. Sed
nec sperandum est, Serenissimam Catho-
licam Maiestatem, sanctissimam Patris sui
memoriam, & authoritatem, tanquam re
per eum non benè gesta, decretorum abo-
litione conuulsuram. Vetuit enim Ca-
rolus V. nostri Principis Pater, hanc cau-
sam aliò transferri; sed eandem Mechli-
niæ decidi ac terminari voluit. Insuper
quæ causa Carolum V. mouit, vt hanc li-
tem tam ab Auditorio Cameræ Imperia-
lis, quam à Iudicibus Ducatus Lutzen-
burgensis, vtriusque consistorij actis cassa-
tis, ad se euocaret, eadem procul dubio se-
renissimum Regem modernum mouebit
& nunc, vt omnes occasiones, quibus præ-
dicta causa ad eadem incommoda, quibus
in prædictis Auditorijs agitabatur, rela-
bi posset, litigantibus hinc inde præscin-
dat. Quando itaq; prædicta retroactorum
omnium abolitio causam præsentem ad
Senatum Ducatus Lutzenburgensis tan-
quam ordinarium esset reductura, non est
præsumendum Principem, si id senserit,
petitioni subscripturum. Quarum quidem
rationum consideratio alterā illam quæ-
stionem, separatim quidē propositam, sed
re fere & materia sub præcedente quæ-
stione comprehensam decidit. Videlicet
num impetrari possit secundum priuilegia
patriæ Lutzenburgensis, rerum per Iudi-
ces nobilitatis eiusdem Ducatus iudica-
tarum executio? Neq; enim eo perueniri
potest, nisi abolitis & cassatis, non tantùm
his quæ in dicto Concilio acta sunt; verū
etiam sublata cassatione Badensibus per-
missa: quod authoritas & religio Principis
secundùm ea, quæ iam dicta sunt non pa-
titur. Hoc quoque considerato, quod ea-
dem ratione excitari possent Badenses ad
impetrandam retractationem cassationis
eorum, quæ in Camera Imperij sunt acta.
† Quod insuper de causa restitutionis in 5
integrum à senatu Parlamenti ad Princi-
pem euocanda quæsitum est, tantam dubi-
tationem non habet: cum illud nemo ne-
sciat penes Principem esse causarum vbiuis
pendentium ad suum Auditorium euoca-
tionem[c]. Et amplius quemadmodum in
manu & potestate Principis est causam se-
mel ad suum auditorium euocatā, cuiuis
mandare; ita nihil dubitamus, quin & hoc
à Principe peti possit, vt euocatam certo
alicui Iudici deleget. † Verum an id hoc 6
casu Principem facere conueniat, ex his
quæ paulo ante dicta sunt, non obscure po-
test intelligi. Neq; enim Princeps suis de-
cretis vagari debet; & qui eam certo loco
finiri voluit, non temere videtur, eadem
causa durāte, decretum mutaturus. Vnde
plurimum hoc casu refert, petantne Acto-
res causam euocatam Iudicibus Ducatus
Lutzenburgensis, an alijs ad arbitrium
Principis nominandis committi. Si Iudi-
cibus Lutzenburgensibus, frustra, vti di-
ctum est, laborant: si alijs, iam rursus &
illud referri, sit ne aliqua iusta causa, cur id
petant Actores? Si nulla, nihil quoq; pro-
ponitur, cur Principem conueniat, quic-
quam innouare; cum beneficijs Principum
ad sanitatem reip. vtendum, non pro arbi-
7 trio singulorum abutendum sit. † Itaque
videamus an nulla ex actis iusta causa ap-
pareat, vnde spes esse possit, Principem ad
euocationem faciendam inductum iri. Et
sane præter alias, illa pro parte Actorum
sufficere videbatur, cur & vnde Iudicium
Senatus Mechliniensis merito formidari
deberet; quod pars impetrans duabus sen-
tentijs per eundem Senatum hactenus in
hac causa grauatam se senserit: plurimum-
que verendum esse, ne in dictis sententijs
hoc iudicio (quo & ipso de eiusdem causæ
meritis disputatur) perseueret, & prioris
sententiæ præiudicio, impetrantes de iure
suo deijciat[a]: cum Actori nulla possit esse
spes obtinendi, nisi per rescissionem rerum
prius iudicatarum: ad quam licet iuris ne-
cessitas impellat; voluntas tamen non per-
inde semper propendet. Cæterum iustitia
& probabilitas petitionis huiusmodi euo-
cationis ad Principem ipsum quem seque-
tur delegatio in sacro suo auditorio, con-
iungi poterit petitio, vt euocata causa Iu-
dicibus nobilitatis Ducatus Lutzenbur-
gensis mandetur; subiecta per subordina-
tionē petitione, quam probabiliorem di-
cimus; aut saltem eis, quibus Maiestati
placebit. Nam, vt ante diximus, prius il-
lud solum petere satis probabilitatis non
habet; quod non sit verosimile Principem
ab amplissimo Vniuersaliq; Concilio cau-
sam ad aliud Prouinciale remissurū; præ-
sertim in quo iuste metui potest, ne cupidi-
tate tuendarum rerum prius iudicatarum,
illuc relabatur causa, vnde reuocata est.
Sane illud quod viua voce suggestit Illu-
stris D. Philippus Comes de Horne, Sere-
nissimam regiam Maiest. iureiurando nu-
per addixisse Statibus, & præsertim nobi-
litati Ducatus Lutzenburgensis se velut
Panolethriam, & abolitionem facturum
earum omnium, quæ hactenus aduersus
priuilegia Ducatus Lutzenburgensis fa-
cta, vel attentata essent; splendidiorem
habet

a l. Labeo. §. 1. de recep. arbitris.

b l. quod iussit de re iudicat. l. 1. C. Senten. rescindi non posse.

c l. Iudicium de iudic.

a Rebuff. ad constitut. reg. tit. de euocatio. in præfat. quæst. 6 num. 18.

habet rei pro præfatis Illustribus Dominis Comitibus bene gerēdæ occasionem: sed tamen nihil de ea non visis huiusmodi priuilegijs, seu promissionis literis definire volumus. Veremur enim ne angustius sonet huiusmodi promissionis tenor. Proinde sententiam nostram, donec instrumentum promissionis exhibebitur, ea in parte suspendemus, Illustrium Dominorum Comitum, & aliorum quorumcunque rectius sentientium, iudicio saniore semper saluo.

SVMMARIVM.

Superioritas, Subiectio.

1. 16. *Res eadem apud duos insolidum esse non potest.*
2. *Præsumitur res cuiusque libera.*
3. *Dominij intra fines quod est, præsumitur esse de eius Dominio.*
4. *Qualitatis diuersæ quæ sunt eodem iure, censeri non possunt.*
5. *Diuisa & separata, diuisam & separatam habent rationem.*
6. *Par in parem non habet imperium.*
7. *Monetam cudere cuius sit.*
8. *Principi supremo quæ reseruata sunt, non potest inferior exercere.*
9. *Allodialia bona non excludunt superioritatem.*
10. *Superiorem quilibet recognoscit.*
11. *Appellatio ad Superiorem deuoluitur.*
12. *Subditus quis dicatur.*
13. *Iustitiabilis qui est, talliabilis quoque est.*
14. *Resortus est ius primariarum appellationum, & differt à superioritate.*
15. *Relationes Iudicum sunt voluntariæ.*
17. *Augmentum quod est introductum non debet operari diminutionem.*
18. *Fama in probando imbecillis est.*
19. *Probationum imperfectarum coniunctio.*
20. *Fama in antiquis quid operetur.*
21. *Gabellas exigendi ius superioritatem arguit.*
22. *Subiectio superioritatem facit.*
23. *Liberalitas in necessitate non est.*
24. *Collatio temporanea in futurum non obligat.*
25. *Subditorum interest non mutare Dominum.*
26. *Præscriptio immemorialis temporis an exigat scientiam Domini.*

CONSILIVM VI.

ARDVA admodum & perplexa est causa, seu controuersia, quæ agitur inter Reuerendissimum Dominum Episcopum Leodiensem tanquam Comitem Lossensem; & generosum strenuumque virum Dominum Ioannem à Goer, Commendatorem Prouincialem Baliuiæ de Iuncis Ordinis Theutonici: de & super superioritate Dominij & loci de Gruytroede, in dicto Comitatu Lossensi sito; iureque, & potestate indicendi, superindicendi, ac à subditis dicti loci subsidia, oneraque alia dicto Comitatui superuenientia & imposita exigendi. Tam enim sunt vtrimque iuris, quod quisque prætendit probabilia argumenta, & rationes, vt seorsim inspecta apud vtrumque ius constituere videantur. Rursus inter se collata & composita, quod in rebus perplexis, ambiguisque interdum euenire solet [a], neutrius causam potiorem efficere dici possunt, & ideo vtrumque iure destitui. 1 † Cæterum cum fieri non possit, vt solidum ius apud vtrumque sit [a], credibile autem sit, apud alterutrum esse, inter se conferendæ sunt, quæ pro vtriusque iure faciunt, rationes, & quantum ponderis ac momenti singulæ habeant, expendendum: ita enim elucescet vtra pars pluribus rationibus, vtra paucioribus & infirmioribus subnixa, iustitiam & æquitatem non foueat. Quod quidem non admodum difficile forte esset, si quæ ad comprobationem iuris, quod vnaquæque pars se habere contendit, vtrimque allata sunt, vel in iure consisterent, aut in facto consistentia, indubitatam veritatem & certitudinem continerent; aut saltem consuleremur super causa in Iudicium deducta & peracta: Ita enim clare constaret, quid probatum esset, quid non. At nunc quia ex proposito nobis tractatu inter partes prædictas anno superiore ad concordiam ineundam citra iudicialem strepitum habito, deprehendimus aliqua esse quæ facti constitutionem continent;

[a] l. Si quis de plur bus de rebus dubijs.

[a] l. Si vt certo. §. Si duobus ff commod. l. 3. §. ex contrario de acquirend. poss. ff.

ſententiæ per Dominum Officialem latæ; vbi in exceptione de parte inueſtiti, adiungitur quoque exceptio partis fratrum ſcholarium, quos non eſt veroſimile Dominum de VV. admiſſurum eſſe ad participationem eius portionis, quam in dictis decimis habet. Pars igitur inueſtiti non eſt ad quotam aliquam omnium bonorum referenda, ſed ad portionem illam, quæ deſignato loco aliquo ſub decimagio Rectori Eccleſiæ Parochialis pro congrua portione, ad illius ſuſtentationem relinqui ſolet, & præſtari debet ab his, qui vel ex priuilegio, vel ex conſuetudine, vel ex præſcriptione contra iuris communis regulas, decimas Eccleſiarum
occupant[a]. † Illud quoque ad diminu- 14
tionem huius medietatis referri non poteſt, quod ex parte Rei allegatur, nouales decimas ſaltem ad Capitulum non pertinere; ex ea conſideratione, quod per ſententiam arbitralem omnis iuriſdictio ſeu ſuperioritas ſuperioris Villæ de VV. ad dominum temporalem, & non ad Capitulum pertineat: quodque eo reſpectu Dominus de VV. ſolus poteſtatem habeat concedendi, vt ex miricis nouales agri fiant. Etſi enim illud veriſſimum ſit; id quoque verum ſit quod Dominus de VV. huiuſmodi noualibus agris cenſum vel canonem id concedendo imponere poſſit ratione dictæ ſuperioritatis; id tamen iuri conſonum non eſt, quod de huiuſmodi noualibus [illegible] ſoluantur decimæ, cui illæ competunt ex iure commu-
ni, vel priuilegio, vel præſcriptione: † 15
quia decimæ dependentiam nullam habent à ſuperioritate, ſeu dominio temporali; neque à iure proprietatis ſeu dominij fundorum; ſed à iure diuino, quo fundi non tantum minorum ſeu inferiorum dominorum, ſed etiam Regum & maiorum Principum ſeruituti decimarum ſubijciuntur[b]: & perinde ex feudalibus, cenſualibus, & emphyteuticis prædijs, vt ex allodijs decimæ debentur: nec in poteſtate cuiuſquam eſt, ſic alienare prædium, vt decima non præſtetur, & qui prædium optimum maximum alienat, hoc eſt, liberum ab omni ſeruitute, non cenſetur id quoque promiſiſſe, quod à decimis liberum ſit: nam decima afficit fundum, ſi fructus ex eo prouenient[c]. Et ſane tantum abeſt, vt in hac parte potiore aliquo iure nitatur Dominus de VV. vt etiam minus iuris habeat in noualibus fundis, quam Capitulum, ad quod tanquam Eccleſiaſticum membrum ex iuris diſpoſitione etiam nouales decimæ pertinere poſſunt; & in propoſito vere competunt ex priuilegio, & indulto Apoſtolico Innocentij Papæ IV. non autem perinde, præſertim poſt Concilium Lateranenſe, ad Dominum de VV. tanquam Laicum. Nam vt indultum, ſeu priuilegium, ita etiam præſcriptio decimarum in Laico ad præſens & præteritum tempus refertur; non etiam ad futurum: ideoque virtute illius, Laicus in noualibus ius non habet. Non quod tota decima noualium eo reſpectu ad Capitulum pertineat: nam cum & illud ius decimandi in hoc decimagio contra regulas iuris pro media duntaxat Capitulum habeat, pro maiore quoque parte nouales vſurpare non poteſt, ſed ex rigore iuris communis ad hanc alteram mediam noualium decimam, fundatam intentionem habet inueſtitus, ſeu Paſtor Eccleſiæ parochialis. Sed nec illud ad diminuendum ius ſiue poſſeſſionis, ſiue proprietatis dicti Capituli facit, quod vlterius ex parte Domini Rei allegatur, quod Capitulum quoque prætaxat ius poſſeſſionis, & proprietatis decimarum, quæ ſub Tongelrœde, & Svvaertzbroeck cadunt: quorum locorum mentio nulla in dictis ſententijs, ſed duntaxat ſuperioris Villæ de VV. & quod ex diuerſitate nominum, ſeu locorum, iuris quoque diuerſitas non identitas conſtitui poſſit, & debeat; præſertim in ſententijs Iudicum, quæ ſtrictiorem tantum interpretationem admittunt[a]. Nam ad hoc auertendum ſufficit, quod ex teſtimonijs interpretantium, atque etiam aliqua ex parte Domini Rei conſtet, quod hæc duo loca non tantum quoad temporalem ſuperioritatem, ſed etiam quoad ius parochiale, reſpondeant prætactæ Villæ de VV. vt plerumque vici ſuperiori vicino loco reſpondent[b]. In propoſito itaque ad aſſertionem iuris, quod Capitulum ea in parte prætendit, ſufficere videtur, quod prædicta duo loca ſint appendices, non ſeparatæ Villæ à Dominio ſuperiore de VV. & quod non probetur alium aliquem, alterius vicini loci Paſtorem ius decimarum ſub iiſdem locis habere: cum alioqui in decimarum quæſtione non fines Dominij temporalis inſpici debeant; ſed ipſius Parochiæ; quam nihil prohibet per diuerſorum etiam Dominorum temporalia Dominia diffundi. Ad quam conſiderationem auertendam parum facere videtur, quod vlterius adducitur de ſeparatim factis per Dominum de VV. locationibus decimarum ſub prætactis locis: nam id referendum eſt non ad diminutionem iuris dicti Capituli; ſed tantum ad commoditatem ipſarum locationum, præſertim ijs temporibus, quibus Domini de VV. à Capitu-

[a] c. 2. §. Vbi autem de decimis. lib 6. Rebuf. in tractat. de congru. port. nu. 48. & 49.

[b] gloſſ. in c. omnes Principes, de maior. & obed. Rebuf. in tractat. de decimis. quæſt. 5. nu. 25.

[c] c. Tua. de decimis. Alciat. conſil. 40.

[a] l. 1. C. ſi plures vna ſententia. Bart. in l. ſi expreſſim n. 2. ff de appel. & relatio.

[b] l. qui ex Vico. ff ad municipal.

Capitulo in conductum habuerunt illius quoque partem; & ex rationibus pro parte Domini Rei exhibitis constet vniformes semper non fuisse huiuscemodi locationes, & sæpe particulatim per separationem locorum etiam immediate dictæ superiori Villæ de VV. adiacentium locatas fuisse decimas: vnde commoditatis duntaxat ratio habita est, non etiam iuris diuersitas inducta. † At nec illud huic 16 considerationi obstare videtur, (quod proponitur de exiguitate pensionis, seu mercedis, qua Domini de VV. prætactarum harum decimarum partem a Capitulo conduxerunt; quæ nullo modo respondet vero valori annui emolumenti mediæ partis harum decimarum, si illis quoque annumerentur decimæ sub Tongelrœde, & Svvaertzbroeck: Nam etsi id facere possit ad detegendam iniustitiam, seu læsionē in huiusmodi a Capitulo obtentis locationibus, & manifeste detegat probabilitatem, cur Capitulum huiusmodi locationem amplius continuare nolit: concludenter tamen non arguit talem diminutionem iuris quoad dimidietatem decimarum Capitulo competentem; cum vt in emptione, in pretio; ita in locatione in mercede contrahentes se inuicem moderate in foro fori circumuenire possint[a]; relicto duntaxat remedio rescissionis, si læsio dimidium excedat, & læsus eo vti velit[b]. Illud denique in proposito non videtur arguere ad diminutionem seu restrictionem partis, quam Capitulum in his decimis prætendit, quod in locatione Gerardi van VVincken conuentum fuit, quod conductor ad describendos fines, & limites decimagij obligatus fuerit: nam id referri non potest ad limitationem, & diminutionem iuris dicti Capituli, sed ad illius conseruationem, & augmentum: vt inde constare posset, quam late fines totius decimagij patuerint, qui sane huiuscemodi annotatione, & descriptione in decursu temporum obscurari poterant. Quin imo instrumentum dictæ eiusdem locationis arguit tantundem iuris Capitulo, quantum Domino de VV. competijsse; quod in ea narretur indefinitis verbis decimas de VV. mediatim, & indiuisim ad Dominum de VV. & ad Capitulum pertinere; vt merito etiam illarum fines & limites communes dici debeant. Sic quidem omnibus expensis nihil solidi inueniam in quo possit fundari tam late patens ius Domini de VV. in his decimis; aut restringi ius Capituli, quatenus decimæ sunt sub decimagio Parochiæ superioris Villæ de VV. In quo, cum in genere Capitulum ex priuilegio, & præscriptione habeat fundatam intentionem; partes Rei esse deberent, demonstrare, quicquid pro exceptione, vel restrictione proponitur[c]. Ex quibus quoque manifestum sit intentionem Illustris domini Comitis reconuentionalem non satis firmo stabilique iure subnixam esse, quoad repetendum illa, quæ Capitulum, tam virtute executionis dictæ sententiæ recredentiæ, quam vigore sententiæ in anno 1574. latæ percepit. Causa enim indebitæ perceptionis, quatenus adscribitur decimis in Tongelrœde, & Svvaertzbroeck, non satis concludens videtur, ob id quod superius dictum est de iure Capituli, perinde in his appendicibus, vt in principali superiori Villa de VV. & sententia tam illa prior, quam hæc posterior recredentiæ indeterminate loquatur de omnibus decimis, quas Illustris quondam Domina Anna ab Egmondt, in conductum habuit: hoc est, vniuersis quæ sunt sub decimagio dictæ superioris Villæ de VV. vt quatenus adscribitur Septingentorum maldrorum siliginis venditioni, pro parte est defectus probationis; cum pro parte Capituli negatum sit tantam summam maldrorum sic venditam fuisse; & assertum nihilo plus, imo multo minus venditum fuisse, quam Capitulo competebat ex fructibus decimalibus pro illo anno. Probationes autem Domini Rei de occupatis, & translatis tot maldris ex iussu, & mandato Capitanei Sayas duntaxat loquuntur, non etiam de tanta impetrantium venditione. Præterea quatenus huiusmodi reconuentio, & repetitio fundatur in nullitate, & exorbitantia executionis, quam Cornelius Ioris ostiarius vigore dictæ sententiæ recredentiæ fecit, minus probabilitatis habet. Nam in primis quod objicitur de inidonea qualitate dicti Cornelij, quod videlicet non fuerit executor secreti Concilij, sed Cancellariæ Brabantiæ, ideoque sententiam secreti Concilij executioni mandare non potuerit, nihil momenti habet: ob id quod per literas executorias dicti Concilij ad hoc qualificatus, & vt dicunt, auctorizatus fuerit, cuius potestatem dictum Concilium habuisse dubium non est. Secundo satis ponderis quoque non habet, quod objicitur, dictum executorem in exequendo modum sententiæ excessisse; cum pro causa prætexatur defectus iuris in decimis sub Tongelroede, & Svvaertzbroeck, quod non satis probabile esse superius deduximus. Cum alioqui si vere modus excessus fuisset, ab executione ad dictum secretum

a l. In causa. §. idem Pomponius de minori. l. item si pretio §. quemadmodum. ff. locat.
b l. 2. C. De rescind. vendit.

Concilium appellari debuisset [a]; quod pro parte Domini Rei factum esse non constat. Tertio momenti quoque satis non habet, quod obijcitur præmature factam esse hanc executionem, non præstita, nec probata cautione, sub qua recredentia adiudicata fuit: Nam ex relatione executoris, cui in hac parte fides adhibetur [b], constat defectum nullum fuisse; præsertim ex eo, quod pro parte Domini Rei, cum illa fieret, declaratum fuerit, quod prætactæ sententiæ pareretur, si per certificationem Magistratus probaretur nominatos & constitutos fideiussores idoneos esse pro mille florenis Brabanticis; & quod talis certificatio dicti Magistratus ante executionem realem exhibita fuerit; eaque exhibita Officiarij dicti Domini Rei declarauerint se paratos esse sententiæ parere, & executioni assistere. Ita vt quamuis alias ob omissam cautionem huiusmodi, executio nulla dici posset; etiamsi post illam factam cautio idonea præstetur [c]: In proposito tamen propter præmissa, id ad oppugnandam executionem non recte adducitur: Vt nec illud quod manu militari, & rigorosius hæc executio facta fuerit: Nam à iure permissum est adhibita manu militari executionem fieri posse [a]. Obiter hæc omnia perstrinxi, quæ per scripturas partis aduersæ latius deducta sunt; quæ si tam ex re, & voluntate Domini Rei essent, propius deduci possent: interim me mouent, cur minus de iure pro Illustri Domino Comite in hac causa respondere possim: idque sine vllo studio dissensionis aduersus ea, quæ subtiliter pro eius parte ab alijs deducta sunt. Quisque enim vt suis opinionibus ducitur, ita quoque facillime in ijs labitur, in incertitudine præsertim, & alea iudiciorum, ac iuris dispositione, quod non semper optime ius dicat, qui vel nouissime, vel supremus dicit [b]: & liberior potestas sit Aduocatorum quam Iudicum: Etsi enim iudicis sit in causa semper verum sequi, patronis tamen causarum (vt inquit Cicero [c]) nonnunquam verosimile, etiamsi minus verum sit, defendere licet. Cum etiam vt belli; ita quoque iudicij euentus plerumque sit dubius: & vt sub clypeo iustimulti pereunt, ita etiam (vt scribit Salicetus [d]) in iusto iudicio multi succumbunt.

a *l. ab executione. C. Quorum appell. non recipiuntur.*

b *Doct. in l. Si quis Decurio. C. ad leg. Cor. de falsis.*

c *Guido Pap. decis. 50.*

a *l. Qui restituere. ff de rei vindicat.*

b *l. 1. in princip. de appell.*

c *lib. 2 offic.*

d *In l. 1. C. mandat.*

SVMMARIVM.

Conciliorum supremorum potestas.

1. *Concilium Principis Prouincialibus sua priuilegia seruare debet.*
2. *Priuilegium habens vim contractus irreuocabile est.*
3. *Purgatio ciuilis ex* l. Diffamari. C. de ingenuis manumissis, *vbi proponi debeat?*
4. *Absolutus in purgatorio iudicio amplius accusari non potest.*
5. *Criminalium causarum cognitio ad quē pertineat?*
6. *Seditionis crimen an sit priuilegiatum?*
7. *Seditionis crimen ad cuius iudicium pertineat?*
8. *Seditio à crimine læsæ Maiestatis distat.*
9. *Relatione ad superiorem facta Iudex referens quiescere debet.*
10. *Relatio à consultatione quid differat?*

CONSILIVM III.

PRoponitur quod Oppidum ac territorium de Cassele in Flandria, Curiam Principalem cum mero & mixto Imperio, & præterea resortum seu ius primariarum appellationum in omnibus locis huic territorio Cassoletensi subiectis habeat, & Superiorem aliquem præter Comitem Flandriæ, & in appellationibus Prouinciale Concilium Flandriæ, non agnoscat. Proponitur quoque in ea Curia vltra hominum memoriam obseruatum esse, vt quicunque ex eius subditis de crimine aliquo diffamatus, & se vltro purgare velit, id possit in dicta Curia facere, citato etiam ad hoc procuratore generali dicti Concilij, vt si velit purgantem accusare, & delicti probationibus onerare possit. Quæ purgationis potestas dictæ Curiæ per specialia statuta, seu consuetudines in scriptum redactas anno 1534. permissa est [a], per Carolum Quintum Imperatorem Comitem Flandriæ. Proponitur denique dictam Curiam esse in immemoriali possessione cognoscendi de homicidijs, hæresi, sacrilegio, proditione, falsa moneta, seditione, & alijs similibus; & ex illis condemnandi, ac exequendi. His præmissis subiungitur, quod cum quidam Iacobus, & plerique alij ad purgationem ciuilem confugiendo,

a *tit.* van purge en decrete *articul. 141. & 143. & tit.* van iniurien/ crimen/ delicten. *artic. 145.*

giendo, propter diffamationem, ac suspicionem hæresis; per dictam Curiam procurassent huiusmodi purgationem denunciari prædicto Procuratori generali, ad finem & effectum solitum; prætactum Concilium ad Balliuum & alios Curiales dictæ Curiæ Cassetensis, literas scripsit; quibus declarauit, quod huiusmodi citatio, denuntiatio, seu intimatio licet efficax sit, & constringat omnes inferiores Officiarios; inefficax tamen sit, quoad procuratorem generalem; permittendo quod in cognitione huius purgationis procedant vsque ad sententiam exclusiue; & conclusa causa, ac transmissis actis, Concilium de meritis negotij informent. Et, quoniam dicta Curia, proposita simili purgatione pro parte Francisci V V. non obstantibus prætactis literis Procuratori generali iterum, & prius denuntiauerat; dictum Concilium per secundas literas mandauit dictæ Curiæ, ne huiusmodi citationes, aut denuntiationes amplius faceret; cum comminatione seuerioris prouisionis, ac renouatione mandati in dictis prioribus literis contenti. Dicta Curia quemadmodum se veteri suo iure deturbari videt, consulit, & quærit, num dicti Concilij prætacta mandata iuri, ac rationi sint consentanea; & annè iusta sit occasio apud Regiam Maiestatem, seu supremum eius Concilium Mechliniense de hac nouitate conquerendi? † 1
Ad quæ respondendo dicimus in primis prætactum Concilium sua Authoritate sine relatione ad Principem, aut sine speciali eius mandato id non posse. Ita enim iure constitutum ac receptum est, & mandatis Principum plerumque continetur, vt Præses ac Rector prouinciæ; multo magis Concilium, non tam ad regimen, quàm ad ius dicendum, & legis actionis exercendum in Prouincia constitutum, Prouincialibus priuilegia, & ab antiquo obtentas consuetudines. ac prærogatiuas seruent. Ita vt iusta sit Prouincialium querela, si vel Proconsul, vel Legatus, vel Præses, aut Moderator Prouinciæ, Prouincialibus priuilegia, vel ab antiquo obtentas prærogatiuas, & consuetudines non obseruet[a]: cum ea seruari humanitas, & moderata imperandi ratio postulet. Magni quippe faciunt Prouinciales huiusmodi consuetudines, ac prærogatiuas sibi seruari[b]. † Cuius quere- 2
læ iusta est occasio, vbi non tantum vsus, & exercitium huiusmodi consuetudinem, aut prærogatiuam inuexit; sed Principis priuilegiaria concessio vel primum constituit, vel ante constitutam & in vsum introductam corroborauit. Inde enim

a l. obseruare. § ingressu-rum & ibi Bald. de offic. Proconsu.
b d. § ingressurum. Bald. consil. 39. licet eleganter nu. 4 volum. 1.

fieri videtur, quod hæc consuetudo naturam contractus assumat, & irreuocabilitatem induat[a], Principemque perinde, vt quemuis alium, liget, ac deuinciat, siue sit Papa, siue Imperator[b]: præsertim (vti per totum Comitatum Flandriæ contingit) vbi Princeps Prouincialibus iureiurando obstrictus est, eis sua iura, priuilegia, & consuetudines obseruare. Proinde cum supradicta statuta, ius purgationis dictæ Curiæ attribuant; & in facto proponatur, & exempla illius multa proferri possint de vsu citationis, seu denuntiationis, & intimationis aduersus Procuratorem generalem, occurrente casu purgationis; iniustitiæ, & abusus alicuius speciem continent dictæ Concilij literæ; quibus ob id maioris Magistratus, seu Superioris Concilij auctoritate, occurrendum est ad supplicem dictæ Cu-
3 riæ petitionem. † Cuius petitionis, & iustæ querelæ occasionem amplificat iuris communis, & generalis obseruationis consideratio. Etenim manifestum est purgationem, quam super innocentia sua aduersus suspicionem, rumorem, famam, aut diffamationem Reus vltro assumit; proponi, tractari, ac definiri posse, non tantum coram Præside Prouinciæ, seu Concilio Prouinciali[c]: Verum etiam coram Iudice loci, vel in quo deliquisse dicitur, vel domicilij ipsius Rei[d]. Et quidem magis in loco domicilij, vel delicti, in quo inuitus accusari posset; & ad quem alibi conuentus remitti deberet[e]. Sic quod scripta consuetudo Cassetensium triplicem locum purgationis præscribens sit conformis iuri communi; cuius mutatio, aut transformatio Concilio Prouinciali permissa non est: cum id soli Principi reseruetur[f]. Absurda quoque est dicti iuris consuetudinarij restrictio; quam quoad Procuratorem generalem dictæ literæ inijciunt. Cum enim omnium criminum cognitio, & executio dictæ Curiæ permissa sit, & à sententijs in criminalibus causis latis, siue sint absolutariæ, siue condemnatoriæ, ex consuetudine, ac priuilegio nulla sit prouocatio, vel ad subalternum, vel supremum Iudicem; consequens quoque est purgatorium hoc iudicium in præiudicium Procuratoris generalis apud inferiorem institui, ac peragi posse. Sic quod absolutione sequuta, repetendæ causæ ius, aut potestas
4 illi non sit. † Effectus enim purgatorij & huius iudicij, cum sine causæ cognitione non fiat, & plerumque cum demonstratione, ac probatione innocentiæ; idem est[g], qui sententiæ absolutoriæ post solennem inquisitionem, aut accusationem institu-

a c. 1. de probat. Bald. ad l. Princeps. de legib. Ludou. roma consil. 352. glo. in c. ad Apostolicæ. de senten. & re iudic. lib. 6. Andr. Bart. consil. 2. nu. 3. vol. 4.
b c. quoniam. & ibi Dominicus de præben. lib. 6. Rebuff. ad concordata gall. tit. de collatio.
c l. diffamari. C. de ingen. manumis.
d Hieronym. Cagnolus & Bart. Blarerus, in d. l. diffamari. Alex. consil. 163. considerato vol. 5. Anto. Capit. decisio. Neapolita. 18. in causa Nobilis.
e Alex. d. consil. 163.
f l. 1. l. 2. in verb. nec ab aliquo retractentur. C. de legib. & constit.
g gloss. & Archidiac. in c. habet. 2. q. 1. Panor. in c. ex tuarum. de purgatio. Canon.

institutam: qui est, vt de eiusdem hominis delicto sæpius queri non possit[a]. Ita vt ciuilitatis magis, quam necessitatis sit denuntiatio, quæ Procuratori generali fit, ad synceriorem huius iudicij progressum. Vnde est quod Iodocus Damhouderius Flandriæ praxeos peritissimus, vsum purgationis legalis explicando, ad purgantis curam ac sollicitudinem refe-rat[b]: vt siue in loco delicti, siue in loco domicilij, ac fori sui, siue in Concilijs purgationem proponat; curet citari singulos Officiarios, qui illum accusare possent; nulla facta exceptione Procuratoris generalis. Quam exceptionem indubitate auertit dicta consuetudo (quæ optima est legum & statutorum interpres[c]) & cōsuetudinis exercitium; quod per multa exempla probari posse dicitur ex purgationibus antecedentibus, quæ in dicta curia proposita, & peracta sunt, Procuratoris generalis citationem, & intimationem semper vsitatam, & sine contradictione admissam fuisse. Atque ita cum ad officium Præsidis Prouinciæ reijciatur[d], ne patiatur ijsdem criminibus, quibus quis liberatus est, eundem iterum accusari, nec in eo excipiatur Fiscus aut Officiarius Principis; ferenda, imo collaudanda est intimatio, ac denunciatio, quæ specialiter fit Fisco, seu Procuratori generali; qui publica, & per edictum generali citatione facta, excusari non posset; neque ad iterum accusandum restitui ex capite ignoratæ purgationis; cum suum propriū dolorem, & causam non prosequatur[e]. Sed quoniam dictæ literæ non obscurā significationem facere videntur, quod ex genere, & qualitate delicti facta sit hæc declaratio, & prohibitio; ideo scilicet, quod purgatio Iacobi T. Francisci VV. & aliorum sit super delictis, & excessibus speciem seditionis continentibus; inquirendum est, an in ea consideratione dicti Concilij potestas amplietur, aut vsus scriptarum consuetudinum restringatur. † Et 5
sane cum per dictas nunc in scriptum redactas consuetudines, Curiæ omnium criminum cognitio permittatur, & in vsu, ac exercitio illarum consuetudinum, Curia de hæresi, raptu, seditione, alijsque similibus publicorum iudiciorum delictis cognouerit, & executionem hactenus semper fecerit; nulla est ratio, cur prætextu seditionis, limitatio aut restrictio aliqua injiciatur: cum generaliter verum sit cognitionem criminalium causarum pertinere ad Iudicem loci, vbi delictum perpetratum est[f]. † Et quamuis ex vsu 6
in plerisque Prouincijs quædam crimina habeantur pro priuilegiatis, & exceptis; quorum cognitio Principi, eiusque Concilio reseruatur; alia sint communia, relicta cognitioni inferiorum Iudicum; & inter excepta seu priuilegiata numeretur crimen læsæ Maiestatis: seditionis tamen crimen, quatenus in speciem criminis læsæ Maiestatis non cadit, exceptum aut
7 priuilegiatum non inuenitur. † Quinimo in crimine seditionis peculiariter hoc obseruatur, vt de seditione in vno Oppido, aut territorio facta, alterius municipij magistratus, imo Præses Prouinciæ cognoscere non possit; sed facienda sit remissio ad locum vbi commissa est seditio[a]. Vnde cum hic quæratur tantum de illo genere seditionis quod ex crimine hæreseos oritur; secundum quod hæretici etiam seditiosi dicuntur: non potest huc applicari, quod crimini læsæ Maiestatis
8 attribuitur: † potissimum, quod hæc seditio non eo directe tendat, vt Ciuitas, Municipium, seu Territorium Principi, aut eius obedientiæ subtrahatur; sed tantum vt subditorum animi noua superstitione imbuantur: ita quod sit omnino separatum crimen à crimine læsæ Maiestatis[b]. Et cum hoc crimen læsæ Maiestatis, crimini hæreseos integatur; quemadmodum de crimine hæreseos, ita quoque de exoriente & concomitante delicto seditionis, dicta Curia cognoscere potest; vel per accusationem, vel per inquisitionem, vel per purgationem legalem. Quare nec respectu qualitatis ipsius delicti, coarctari potuit dicti delicti potestas, per prætactam declarationem, aut prohibitionem. Minus probabilis est altera pars dictarum literarum, per quam multo magis restringitur potestas dictæ legalis purgationis; quasi nunquam etiam respectu inferiorum Iudicum, seu Officiariorum liceat dictæ Curiæ absolutoriam, aut condemnatoriam sententiam in purgatorio iudicio proferre, nisi consultatione, vel relatione ad Concilium facta, & Cōcilij iudicio expectato. Aduersatur enim id iuri communi, quod præcipit[c], causam perfecte examinatam sententia per aditum Iudicem terminari. Aduersatur antecedenti, ac obtinenti consuetudini, & obseruationi, quæ nulli consultationi aut relationi hanc Curiam inuitam astrinxit: ideoque hæc relationis necessitas, si sequenda est, in effectu huic Curiæ præripit notionem, ac potestatem ius dicendi.
9 † Relatione enim aut consultatione facta, Iudex qui retulit, aut consultauit, conquiescere debet, donec superior consultus, opinionis suæ responsum remittat[d], quo misso sequendi quoque necessitas incumbit, adempta potestate à dicto consilio

[a] l. penult. in fin. ff. naut. caup. stabul. & de his qui accusa.
[b] In Enchrid. re. criminalis cap. 41. de purgat. legalib.
[c] l. de quibus. De legibus.
[d] l. si cui. §. iisdem de accusa.
[e] d. §. iisdem Speculat. in tit. de absolutio. & purgat. n. 6.
[f] l. 1. cum Auth. qua in prouincia C. vbi de crimi. agi oport.

[a] Angel. in Auth. de mandat. princ. Nicola. Boerius ad consuet. titulo. confiscat. des costumes § 14 & in tractat. de seditiosis n. 6. presuppositis num. 3.
[b] eleganter Bald. in consil. 39.
[c] In Auth. nouo iure. C. de Relatio.
[d] l. 1. C. de relat. l. ex illo tempore. C. de appell.

consilio recedendi: † nam inter volun- 10
tariam, ac necessariam relationem, seu consultationem hoc interest, quod vt illam inferior Iudex facere non cogitur; ita quoque non cogatur consulti Iudicis, seu superioris, opinionem vel consilium in iudicando sequi[a]; quod facere cogitur cum statuto, consuetudine, vel pacto litigatorum superiorem super causa consulit[b]; sic quod hoc nouum præceptum arctans ad inuoluntariam, seu necessariam relationem in effectu, imo aperte huic Curiæ Casletensi eripiat omnem iurisdictionem, & notionem, quam immemoriali tempore obtentam, & exercitam, Caroli Quinti Imperatoris confirmatio sartam tectam conseruat. Merito igitur, & iure dicta Curia querelam hac de re proponere poterit apud Regiam Maiestatem, seu eius prædictum supremum Concilium, aduersus dicti Prouincialis Concilij declarationem, prohibitionem, ac mandatum.

a l. ad Principem ff. de appellat.
b Bald. cons. 170. ad euidentiam volum. 3.

SVMMARIVM.

Iurisdictio Territorium.

1. 11. Nomen rei conuenire debet.
2. Iurisdictiones omnes originaliter à Principe sunt.
3. Iurisdictio ex præscriptione acquiritur.
4. Iurisdictiones quare introductæ.
5. Iurisdictio quo tempore præscribatur.
6. Iurisdictiones in commercio sunt.
7. Castrum & eius Iurisdictio præscribi potest.
8. Iurisdictio prorogabilis est.
9. Possessionis immemorialis potestas.
10. Restitutio integri non datur aduersus centenariam præscriptionem.
12. Castro plerumque adhæret Territorium.
13. Argumentum ab etymo.
14. 17. Iurisdictio rustica quæ sit.
15. Interpretationem certam quæ habent mutari non debent.
16. Constitutiones in vsum non receptæ quid possint.
18. Iurisdictio inferiori concessa excludit superiorem.
19. Consuetudo constitutiones abolet.
20. Testes valetudinarij parte non citata audiri non possunt.
21. Interruptionem non faciunt actus extraiudiciales.
22. Interruptio superueniens post præscriptionem nihil facit.

CONSILIVM IV.

GRAVES plerumque solent esse controuersiæ quæ de Iurisdictionis superioritate, & seruitutibus excitantur in pari hominum studio ac contentione dominandi, & iugum seruitutis excutiendi; sed in ijs definiendis ac sopiendis plurimum valet vsus, & præteritorum temporum longius producta obseruatio. Quod cum nobilis ac validus Dominus Gosvvynus R. Illustrissimo Domino Duci Cliuensi eiusque amplissimo Concilio, pro auertendo ac deprecando edicto Anno 1565. in Schermbeke publicato, & asserenda iustitia contentorum in libello supplice Illustrissimæ suæ Gratiæ eo fine exhibendo, cum omni modestia per iuris rationes demonstrari ac deduci cupiat; paucis propositæ consultationis materiam pro iudicij nostri tenuitate, & quantum illa extra iudicij figuram cum gratiosa ac clementi tractatione postulat, expendemus. Et quoniam dicti edicti principalis scopus est, vt quicunque in dicto Dominio de R. illiusque appendicibus homines iuris Cliuensis ac Xantensis resident, de cætero ordinario iudicio eiusdem Dominij de R. etiam in ciuilibus causis, impune non pareant (exceptis causis rusticis, quæ de sepibus, fossis, finibus agrorum, vijs, pauperie, seu damno in fructibus dato exoriuntur) inde tractationis initum faciemus. † In quo
1 articulo hoc inprimis intentioni Illustrissimi Domini Ducis plurimum suffragari videtur, quod iurisdictio de R. rusticum iudicium appelletur: hoc est in vulgari & vernacula voce **Burichte**/ quasi rurale, & ad rura ruralesque causas pertinens: vt nomen rei conueniat, & nomen ex re definiatur ac circumscribatur[a]. Quæ ex nomine consideratio adiuuari videtur ex constitutionibus Frederici tertij[b], & Maximiliani[c] primi Imperatorum, iurisdictiones liberorum & clanculariorum Iudicum ac iudiciorum potestatem & vsum restringentibus. Verum non parum firma & inconuincibilia hæc sunt, vt iurisdictionem, quam Dominus Gosvvynus sibi sartam

a §. Est & aliud Instit. de donat.
b De anno 1442. Franckfordiæ.
c De anno 1495. VVormatiæ.

fartam tectam cupit, aliquo modo prosternant vel debilitent. † hoc enim in 2
iurisdictionis acquisitione, continuatione, & retentione receptum est, vt quamuis omnes iurisdictiones originaliter à Principe, qui Αὐτοκράτωρ est, hoc est, Imperatore, profluant, & ab eo per varios Magistratus ac Officiales pro vsu & commoditate subditorum diffundatur[a] eaque ratione iurisdictio publici Iuris esse dicatur[b], vt nemo iure subiectionis iurisdictionem, & minus merum vel mixtum imperium generaliter vsurpare vel praetendere possit: † hoc tamen receptum 3
ac perpetuo obseruatum est, vt iurisdictio non tantum ex speciali concessione Principis; sed etiam ex consuetudine ac longissimi temporis praescriptione, etiam aduersus ipsum Principem, acquiratur[c]. Consuetudo enim & Principis non tantum supremi, verum etiam mediati taciturnitas ac tolerantia circa iurisdictionis distributionem & adiectionem seu translationem, parem vim habent; cum consuetudo vincat legem[d]. † Cum enim iu- 4
risdictio & superioritas non tam ipsorum Principum gratia, quam ob propriam subditorum vtilitatem introductae sint[e]; non tantum quoad ciuiles, verum etiam criminales causas[f]; † cur non licebit illam 5
per longissimum vsum & praescriptionem acquirere, & quidem communi & ordinario tempore triginta annorum? Imo vt plerique volunt decem vel viginti aduersus Principem seu superiorem, inferiorem tamen à summo, hoc est Imperatore[g]: nam aduersus hunc communiter omnes requirunt tanti temporis decursum, vt de illius initio & origine nulla extet hominum memoria: idque eo casu tantum vbi in ignorantia vsurpati huiusmodi Iuris supremus Princeps versatur; sic vt data Principis etiam supremi scientia ac tolerantia, ordinarium tempus praescriptionis sufficere communius receptum sit[h]. Multo ergo magis aduersus Principem inferiorem, quamuis ipsius praescribentis superiorem. Hi enim inter se comparati, priuatorum loco constituuntur; vt nulla sit ratio, cur maius tempus exigatur in praescribenda iurisdictione aduersus aliu priuatum, & vni supremo Imperatori subditum; quam in alijs quibuscunque priuatorum rebus[i]: quorum conditionem & naturam inter has personas etiam habet iurisdictio. † Quae hodie vt aliae quae- 6
cunque res in commercio est, & vendi, alienari, ac ad quoscunque etiam priuatos transferri, & per hos retineri[k]; & denique per actus iurisdictionales illius possessio seu quasi acquiri potest[l]. † Nec mi- 7
rum si cum castrum praescribi possit[a], illi quoq; cohaerens imperium & iurisdictio, praescriptioni subiacere dicatur[b], etiamsi iure vasallitio seu beneficiario castrum seu dominium habeatur[c]. Quae quoad iurisdictionem, quam bassam Iustitiam vocant, consistentem in ciuilium causarum cognitione, nullam dubitationem habent: cum haec praescribi possit, etiam ab eo qui alioqui nullam iurisdictionem habet[d]; quanto magis ex vsu & longa possessione extendi ac ampliari ad plura genera causarum, quam prima iurisdictionis
8 huiusmodi origo continet. † Vt facilior semper est iurisdictionis prorogatio tam quoad personas, quam causas; quam est iurisdictionis prima acquisitio[e]. Cum ergo D. Gosvvynus nunc supplicans, eiusque maiores non tantum 30. aut 40. annis; sed vltra hominum memoriam hanc ciuilem iurisdictionem in omnes omnino qui sub eodem Dominio, de X. extiterunt, atque etiam eos, qui iuris Cliuensis aut Xantensis fuerunt, in ciuilibus causis atque etiam mulctis dicendis ex certis causis per suos Scabinos seu Iudices exercuerit, & exercitae huiusmodi iurisdictionis tam quoad mulctas, quam omnium ciuilium causarum, realium, & personalium cognitiones, plurima exempla antiquitatis veneratione illustria proferat, nulla legitima aut effectuali interruptione interueniente; aequum bonumque esse videtur, vt quemadmodum Illustrissimus Dominus Dux, propter praesentem possessionem, in possessione huiusmodi iurisdictionis clementer illum relinquit; ita quoque litem super proprietate ad impediendam aut auferendam hac praescriptio-
9 ne adquisitam iurisdictionem differat. † Praesertim quod immemorialis possessionis potestas tanta sit, vt pro constituto legali & priuilegio accipiatur[f]: omniaque non tantum priuata, sed etiam publica occupet & excludat[g]: ita vt Ius ex tanti temporis decursu acquisitum, ne Imperator quidem retro abolere vel tollere possit[h]; & in ea sustinenda ac defendenda necessarium non sit de titulo aliquo vel bona fide praescribentis docere[i]; quia tam diuturna possessio praesumptionem iusti
10 tituli ac priuilegij secum trahit[k]. † Sic quod omnium concors & indubitata sententia sit aduersus centenariam seu immemorialem praescriptionem, nullam prorsus dari restitutionem integri etiam ex capite iustae ignorantiae[l]. Et in tantum fundata est ex huiusmodi praescriptionibus possidentis ab antiquo intentio, vt
11 non cogatur ostendere titulum suum[m]. † Vnde quae ex nominis ratione ducitur ac

trahitur

a l. 1. C. de off. Praef. Vrbis l. 1. §. Cum Vrbem. ff. eod.
b Cl. ff. in l. 1. de iuris. dict. om. iud.
c Bald. in l. 1. C. de eman. cip. lib. Bart. in l. 1. §. deinde de aqua quot. & aest. Iason in l. imperium n. 20. ff. de iurisd. omn. iudic.
d l. de quibus de legib. l. 2. C. quae sit longa consuetudo.
e l. 2. §. nouissime de orig. iuris.
f Bart. in d. §. deinde Late Io. Fran. Balbus de praescript. 2. parte quintae partis princip. q. 3.
g l. Vnic. & ibi gloss. C. de diuers. offic. lib. 12. Doct. in d. l. imperium Bal. cons. 439. vol. 3. in clhora cons. 142. Alex. cons. 16. nu. 27. vol. 5.
h Balbus in d. 2. parte qu. 3 vers. circa primum Did. Couarr. ad c. possessor in 2. parte §. 3. nu. 5.
i Did. Couar. d. nu. 5.
k Bald. & Angel. in l. Si ui furere de statu hominum.
l Angel. in l. Sed etsi hac lege § qui manumittitur de in ius voc. Bar. in l. 2. C. de seruit. & aqua. Anthon. de Butrio in c. in literis de

a Sic. ff. Bal. l. quicunq; ass. libertatum C. de fundis Limitrophis lib. 11.
b d. l. Vnic C. de diuers. offic. lib. 12.
c §. Item si vasallus tit. Si de inuestiganda feud. controuersi fuerit.
d c. Cum contingat de foro compet.
e l. 1. & 2. de Iud.
f l. hoc iure §. ductus aq. de aqua quot. & aestiua.
g Bald. in l. 1. C de annali exceptio. & in l. data opera C. qui accusa. non poss.
h Carol. Molin. cons. 18. visis & dili-genter n. 28.
i Cardinal. cons. 114. Dico Petrum ludo gezad. cons. 8 in hac causa Illustrissimi. Zasius cons. 6. Illustrissime n. 23. vol. 2.
k d. §. ductus aqua Alex. cons. 24. ponderatis his vol. 5.
l Alexand. cons. 111. viso themate & 163. viso processu vol. 2. Decius in l. 2. C. Qui admitti ad bonor. poss. poss. & cons. 29.
m Ioannes And. post. Hostien. in c. dilectus de offic. ord.

trahitur obiectio, parum in proposito ob-
stat: cum nihil vetet iurisdictionem an-
gustius ab initio concessam, ex vsu & tem-
pore, dilatari; cum vt dictum est, illius
prorogatio in procliui sit[a]; in qua consi-
deratur non tam superioris, quam partium
sese submittentium ac subijcientium con-
sensus[b]; non tantum in temporali seu sin-
gulari ac personali singularis personæ;
verum etiam perpetua ac vniuersali pro-
rogatione totius populi, seu certi generis
hominum; præsertim cum prorogationis
& extensionis causa non habet ortum ex
sola voluntate prorogantium, sed aliun-
de ex alia qualitate subiectionis. † Vel- 12
uti, vt in proposito contingit, ratione ca-
stri, seu dominij quod in loco habet is,
cuius iurisdictio prorogata est, ab his qui
sub territorio castri vel in locis vicinis
habitant. Castro enim cum adhæreat ter-
ritorium[c], & plerumque per quatuor ele-
menta ei sit conglutinatum, tacitis debet
aut saltem potest esse omnium eidem ca-
stro quacunque ratione subiectorum aut
etiam viciuorum partim inuoluntaria,
partim voluntaria in iurisdictione subie-
ctio & prorogatio; exigente id ac suaden-
te ibidem habitantium vtilitate & neces-
sitate. † Sic quod ab etymo deducta ar- 13
gumentatio, parum hic efficiat. Vt etiam
plerumque illa in iure infirma, ac fragilis
est[d]. Exemplo sunt in iure nostro multa
huiusmodi rerum vocabula, quæ ad suum
etymum relata, per omnia non corre-
spondent, nec intra etymi potestatem
concluduntur. Vt testamentum, matri-
monium, possessio, & alia huiusmodi mul-
ta[e]. † Deinde vt à nominis etymo non 14
recedatur, nihil vetat ex potestate huius
vocis Burricht contineri iurisdictionem
& cognitionem omnium causarum, quæ
inter rusticos incidunt, & ex antiquis le-
gibus Saxonum (quorum est pars VVest-
phalia, aliæque vicinæ regiones vsque ad
Rhenum) compertum est rustica iudicia
fuisse erecta, quæ Bawrgerichten appel-
lata sunt; & huiusmodi iudiciorum cogni-
tores Bawrmeesters quorum iurisdi-
ctionem constat ab initio latius fuisse ex-
tensam etiam aliqua ex parte ad criminalē
iurisdictionem[f]. Cuius rei argumentum
Domino supplicanti exhibet antiquum
illud instrumentum, quo olim D. Adam
Dominus de Berge hanc Curiam de R.
cum iure ciuili vulgariter Burricht di-
cto, eidem Curiæ (vt habent verba di-
ctarum litterarum) attinente; transfert.
Ita vt si in retro præterita temporis anti-
quitate hæc vox aliter fuit accepta, & vti
verosimile est, ex vsu ampliata & extensa,
vt pertineret ad ius ciuile; hoc est omnes

a d. l. 1. & 2. de iudic. Petr. in l. 1. §. & post operis de noui oper. nũtia. Andr. de Isernia in c. Imperialem §. præterea si inter duos de prohib. feud. alienatione per Frideric.
b Iason in d. § & post operis.
c Bald. cons. 360. vol. 2.
d Præses in loco ab Etymologia.
e Bal. in l. 1. ff. de acquir. poss. ff. & instit. de test. in princ.
f Speculum Saxonicum lib. 3. cap. 13.

ciuiles causas omnium subditorum, &
quacunque ratione ad hoc iudicium per-
tinentium, merito nunc quoque ita accipi
15 debeat. † Quæ enim interpretationem
certam acceperunt, mutari non debent[a]:
cum vsus ne dum vocum, sed omnium re-
rum controuersarum vel dubiarum opti-
16 mus sit interpres[b]. † Simili ratione, de-
precationi, ac defensioni Domini Gosui-
ni non obstant præfatorum Imperatorum
constitutiones. Tum primò quod illæ
dicantur nunquam in vsum receptæ. Et si
enim leges seu constitutiones Imperato-
riæ semper viuere, ac in viridi obseruan-
tia esse dicantur[c]; id tamen obtinet post-
eaquam semel in vsu receptæ sunt[d]. Vnde
etiam est quod generaliter constitutum
sit, vt nouæ constitutiones ab ipsa prima
conceptione & Principis promulgatione
subditos non ligent[e]. Secundò quod di-
ctarum constitutionum verba ad hoc iu-
dicium pertinere non videantur; sed tan-
tum ad illa iudicia, quæ D. Carolus Ma-
gnus in magna Saxonum adiacentiumque
populorum ruditate, & in assumenda fide
Christiana duritie ac peruicacia, eaque
retinenda lubricitate, & commutanda seu
deserenda facilitate, constituit & erexit:
constitutis clancularijs latrunculatoribus
seu Iudicibus, qui sine strepitu & figura
iudicij in male viuentes aut à religione
Catholica quoquo modo recedentes ex-
tra ordinem cognoscerent & animaduer-
terent. Quorum iudiciorum & Iudicum
vsus in successu temporum & abusu, qui-
bus huiusmodi potestas data erat, grauis
& perniciosa esse inceperat; vt merito hu-
iusmodi Principum constitutionibus, vti
etiam priuilegia, constringi & in ordinem
17 reduci debuerint. † Sed hoc iudicium
seu iurisdictio ista, quam Dominus Go-
suinus tuetur, eius generis nōn est: sed est
ordinarium iudicium sui dominij ac ter-
ritorij de R. in causis ciuilibus, Castro &
Curiæ suæ (vt habent dictæ antiquæ lit-
teræ) attinens eique annexum; quod di-
ctis constitutionibus non continetur nec
18 subijcitur. † Quod siue competat ex cō-
cessione seu priuilegio; siue ex consuetu-
dinis ac temporis præscriptione, sic com-
petit, vt quicunque alius superior, multò
magis qui superioritetem quoad attinens
huiusmodi iudicium nullam habet, ex-
cludatur. Nam cum alicui inferior, vel à
Principe, vel ex consuetudine ac consen-
su subditorum, datur iurisdictio, ita illa
datur vt superior & maior excludatur[f].
Præterea si aliquo modo hæc contro-
uersa iurisdictio prætactis constitutioni-
bus ab initio subiecta esse dici posset; at-
tendenda nihilominus est sequentis tem-
poris

a l. minime. de legib.
b l. Si de interpretatione de legib.
c l. Arriani C. de hæret.
d Gigas in c. 1. de treuga & pace. Bald. in authent. Omnes peregrini C. com. de success.
Alexand. cons. 39. vis & considerans vol. 5.
e In authen. vt factæ nouæ constitutiones.
f c. Cum contingat. & ibi Anto. de Butrio. de foro compet. gloss. in c. Pastoralis de officio ordinarij.

poris ratio & conditio: hec est huiusmodi iurisdictionis, non obstantibus his cōstitutionibus, continuatio, vel saltem renouatio. † Neque eum ita ligant Princi- 19
pum constitutiones, quin noua consuetudine legitime præscripta aboleri possint: præsertim cum consuetudo ratione non caret[a]; prout hæc in ea parte, qua nunc oppugnatur, videlicet quoad homines Cliuenses & Xantenses, ratione non caret, propter commoditatem habitantium, quorum interest longius extra locum domicilij aliò in ius non vocari. † Cum 20
itaque exercitæ per tanta tempora huius iurisdictionis exempla à supplicante proferantur, & ex prædictis nullum impedimentum inijciatur, nec contrariæ possessionis aut contrarij exercitij exempla ex parte Illustrissimi Domini Ducis proferantur; non admodum commouere debet recordium seu certificatio Scabinorum de Schermbeke abhinc paucis annis data[b]. nam cum illa sit confecta à proprijs Iudicibus Illustrissimi Domini Ducis quos propensis animis esse constat ad iurisdictionem suam ampliandam; & quod testimonia in huiusmodi certificatione comprehensa sint audita, parte aduersa & cuius interest absente, & non vocata, quod iure etiam in valetudinarijs aut absuturis ad perpetuam rei memoriam testimonijs vetitum est[c]; aduersus illa quæ liquidioribus magisque indubitatis rationibus ac modis ex parte Domini supplicantis proferuntur, vires habere non debent: præsertim quod de particularibus tantū quibusdam actibus atque articulis & non vniuersaliter de tota hac iurisdictione Domini de R. loquatur; & quorum actuum ius aut possessionem idem Dominus supplicans non prætendit, videlicet in criminalibus causis criminaliter mouendis. Deinde minus huic posteriori certificationi tribuendum videtur, tum quod aliæ de hac Illustrissimi Domini Ducis iurisdictione tam liberaliter non loquantur; tum quod non obstātibus huiusmodi certificationibus ac testimonijs, vsus prætactæ iurisdictionis Dominis de R. semper integer permanserit. † Sic quod iure con- 21
suetudinis & immemorialis possessionis, de quibus superius multa in medium adducta sunt, Dominus supplicans omnino in tutò versetur præsertim quod hæc possessio huiusmodi extraiudicialibus actibus, & ad quos Domini de R. vocati non sunt, minime interrumpatur ciuiliter aut naturaliter[a] & quod à tempore præcedentium certificationum seu recordiorum[b] Domini de R. hanc possessionem, quam Illustrissimus Dominus Dux agnoscere videtur, hucusque aut saltem vsque ad annum 1549. quo dicta posterior certificatio, & testimoniorum receptio facta est, tēpora longissimæ ac plenissimæ præscriptionis decursa & lapsa sint: sic vt etiam noua præscriptione, cessante antecedentis temporis consideratione, eaque ante annum 1549. absolute completa D. Supplicans munitus sit; & ita quidem vt si in recordio anni 1549. aliqua interruptio constitui posset (quod admittendum non
22 est) nihil noceret: † non enim debet tollere ius præscriptione acquisitum superueniens interruptio[c]. Quæ omnia cum applicari quoque possint iurisdictioni puniendi ac mulctandi eos, qui in syluis sub territorio de R. sitis cedendo peccant, alijsq; plurimis quæ ex instigatione Officialium Illustrissimus Dominus Dux controuersa partim iam nunc fecit, partim facturus videtur, & in quorum longæua ac immemoriali possessione D. Supplicans, eiusque prædecessores Domini in R. fuerunt; minime necessarium videtur de ijs quoque seorsum hic agere. Quamuis lite instituta, & præfato Illustrissimo Domino Duce actoris partes sustinente (vt in omnem euentum propter indubitatam possessionem D. Supplicantis sustinere debebit) multa particulatim ad singula controuersiarum capita pro sustinendo bono iure D. Supplicantis proferri poterunt: à quibus prolixitatis vitandæ causa in hoc articulo deprecationis, consultò abstinemus; firma spe & fiducia, quod D. Supplicans apud Principem clementissimum Iustitiæ & æquitatis amatorem supplex factus impetrabit, quod rationabiliter postulabit.

a *Ant. de Butr. in c. fin. de consuetud Gemina in c. 1. de consti. lib 6.*

b *An. 1459. ipso die s. Seuerini.*

c *Authent. sed & si quis C. de testibus. c. 2. & c. significauit: & ibi Felin. & alij. de testib.*

a *Io. Franc. Balbus in tract. de præscrip. 6. partis principalis parte 2. q. 4.*

b *videlicet anno 1478. & 1452.*

c *c. Auditis vers. Si tamen: & ibi Panor. de præscript.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

Euocatio causarum Principi permissa.

1. Princeps etiamsi amplam potestatem habeat, non præsumitur tamen alterius iuri velle derogare.
2. Vagari nemo debet in perniciem alterius.
3 Princeps variare non debet.
4 6 Decretum reuocari potest.
5. Euocatio causarum Principi permissa est.
7. Euocatio quando sit permissa

CONSILIVM V.

NON omnino certam vel indubitatam Iuris resolutionem habere videtur, quod pro parte Illustrium Dominorum Hermanni Comitis de Nuenar; & Philippi Comitis de Horne mariti nobilis Dominæ VValpurgis à Nuenar; contra Marchionem Badensem, aut eius legitimos hæredes proponitur. An videlicet omnibus vltro citroque inter dictas partes actis abolitis, & cassatis, in eum statũ causa reduci possit, quo tempore sententiæ per Iudices Ducatus Lutzenburgensis anno Dom. millesimo quingentesimo vicesimo-sexto in fauorem dictorum Impetrantium latæ fuerant: & si illius obtinendi nulla superest spes, an saltem ad dictos Ducatus Lutzenburgensis Iudices per euocationem à Principe causa remitti possit? Si ne hoc quidem, num simplex, minimeque ad certum auditorium limitata euocatio obtineri possit? † Et sane ad retroactorum abolitionem quod attinet, etsi Principis plenitudine potestatis suæ vti, & abuti volentis, summa sit authoritas; nobis tamen, qui non tam in potestatem Principis inquirere, quã quid eum facere conueniat, & velle præsumatur[a], exponere constituimus, saluo semper in omnibus meliore iudicio, triplicis generis impedimenta occurrunt, quæ Principem hoc casu a retroactorum abolitione, cassatione, & reuocatione auersiorem & alienum factura videntur. Quæ primi generis sunt, ab ipsis Actoribus sumunt originem; alia ab ipso Principe; denique ac tertio, quædam cum ipso genere causæ sunt coniuncta. Etenim inter alia primi generis impedimẽta est illud, quod Actores seu Impetrantes omnia retroacta inde à definitiua per Iudices Ducatus Lutzenburgensis anno millesimo quingentesimo vicesimo-sexto, lata, vsque ad initia rescindentis iudicij coram Senatu Mechliniensi, anno millesimo quingentesimo quadragesimo-nono inchoata, olim euidenter approbauerint[b]. petita videlicet aduersus ea omnia in integrum restitutione; quæ non potest non eorum omnium, vnde & aduersus quæ restitutio petitur approbationem continere[a]. † Quemadmodum vero Princeps non facile permissurus præsumitur, vt suæ quisque voluntatis inconstantia, in alterius perniciẽ, & detrimentum vagetur; quodque modo approbauit, mox aut quandocunque velit, iterum reprobet[b]. Ita valde metuendum est, ne Princeps Actoribus hoc casu omnium retroactorum abolitionem petentibus non acquiescet; eoque minus quod Reuisioni earundem actionum semel inchoatæ & institutæ, tanquam iure deficiente sponte & vltro renuntiauerint; & renuntiando rebus in dicto Concilio iudicatis indubitatam irretractabilemq; confirmationem, approbationem, & authoritatẽ adiecerint[c]. † Ad cætera quod attinet, quæ inter partes litigantes in iudicio rescindente, coram senatu Parlamenti Mechliniensis hactenus sunt habita, qua ratione sperant Impetrantes Principem induci posse, vt aboleat, & in nihilum reuocet, quod Princeps ad eorundem Impetrantium fauorem & instantiam eis vnice & obnixe id petentibus, ægre tamen, nec sine magno & singulari beneficio permiserit, vt idem senatus, restitutis in integrum Impetrantibus, merita causæ principalis iterum ac de nouo cognoscenda susciperet. Neq; enim suis beneficijs, suæque potestatis plenitudine (vt aiunt) Principes temere vagari conuenit[d]; & quod semel æquum iudicarunt, id paulo post indicent iniquum. Sunt alia quæ Principem contemplatione rerũ à se prius in eadem hac causa gestarum à prædicta petita cassatione factura videbuntur alieniorem. Nam anno 1526. quando hæc lis à Iudicibus Ducatus Lutzenburgensis ex vna; & auditorio Cameræ Imp. ex altera, partibus, ad senatum Parlamẽti Mechliniensis per Principem plenitudine potestatis cum omnium retroactorũ irritatione est translata; tũ vtiq; Princeps hãc causam alio, & ad alium Iudicẽ transferri sub pœna prohibuit: omnib' modis videl. id agens, vt eadem causa semel vno tandẽ loco consistẽs, nõ amplius de alijs Iudicib' ad alios ambulãdo vagaretur & partes diutis-

Margin notes (left column): a DD. ad l. Quod Principi. De constitutionibus l. ex facto. de vulg. & pupil. — b l. Pomponius scribit de neget. gest.

Margin notes (right column): a l. si mulier. §. penult. De eo quod metus causa. — b l. 1. C. de petitio. bon. sublat. & l. Pomponius scribit. — c Auth. et qui. in fin. C. de tempor. & reparatio. appellatio. — d l. Si quis aduersus C. De precib. Imp. offe.

diutissime anxias in contentione detineret[a]. Itaque cum hæc retro actorum abolitio, causam in fauorem Actorum alio translatura esset; plurimum verendum est, ne id nouas remoras injiciet, & inconsultam Principis mobilitatem notabit. † 4
Adde quod sua quisque decreta minore odio ac pudore reuocet, quam aliena[b]. Sed nec sperandum est, Serenissimam Catholicam Maiestatem, sanctissimam Patris sui memoriam, & authoritatem, tanquam re per eum non bene gesta, decretorum abolitione conuulsuram. Vetuit enim Carolus V. nostri Principis Pater, hanc causam aliò transferri; sed eandem Mechliniæ decidi ac terminari voluit. Insuper quæ causa Carolum V. mouit, vt hanc litem tam ab Auditorio Cameræ Imperialis, quam à Iudicibus Ducatus Lutzenburgensis, vtriusque consistorij actis cassatis, ad se euocaret, eadem procul dubio serenissimum Regem modernum mouebit & nunc, vt omnes occasiones, quibus prædicta causa ad eadem incommoda, quibus in prædictis Auditorijs agitabatur, relabi posset, litigantibus hinc inde præscindat. Quando itaq; prædicta retroactorum omnium abolitio causam præsentem ad Senatum Ducatus Lutzenburgensis tanquam ordinarium esset reductura, non est præsumendum Principem, si id senserit, petitioni subscripturum. Quarum quidem rationum consideratio alterã illam quæstionem, separatim quidẽ propositam, sed re fere & materia sub præcedente quæstione comprehensam decidit. Videlicet num impetrari possit secundum priuilegia patriæ Lutzenburgensis, rerum per Iudices nobilitatis eiusdem Ducatus iudicatarum executio? Neq; enim eo perueniri potest, nisi abolitis & cassatis, non tantùm his quæ in dicto Concilio acta sunt; verũ etiam sublata cassatione Badensibus permissa: quod authoritas & religio Principis secundum ea, quæ iam dicta sunt non patitur. Hoc quoque considerato, quod eadem ratione excitari possent Badenses ad impetrandam retractationem cassationis eorum, quæ in Camera Imperij sunt acta.
† Quod insuper de causa restitutionis in 5
integrum à senatu Parlamenti ad Principem euocanda quæsitum est, tantam dubitationem non habet: cum illud nemo nesciat penes Principem esse causarum vbiuis pendentium ad suum Auditorium euocationem[c]. Et amplius quemadmodum in manu & potestate Principis est causam semel ad suum auditorium euocatã, cuiuis mandare; ita nihil dubitamus, quin & hoc à Principe peti possit, vt euocatam certo locui Iudici deleget. † Verum an id hoc 6
casu Principem facere conueniat, ex his quæ paulo ante dicta sunt, non obscure potest intelligi. Neq; enim Princeps suis decretis vagari debet; & qui eam certo loco finiri voluit, non temere videtur, eadem causa durãte, decretum mutaturus. Vnde plurimum hoc casu refert, petantne Actores causam euocatam Iudicibus Ducatus Lutzenburgensis, an alijs ad arbitrium Principis nominandis committi. Si Iudicibus Lutzenburgensibus, frustra, vti dictum est, laborant: si alijs, iam rursus & illud referri, sit ne aliqua iusta causa, cur id petant Actores? Si nulla, nihil quoq; proponitur, cur Principem conueniat, quicquam innouare; cum beneficijs Principum ad sanitatem reip. vtendum, non pro arbi-
7 trio singulorum abutendum sit. † Itaque videamus an nulla ex actis iusta causa appareat, vnde spes esse possit, Principem ad euocationem faciendam inductum iri. Et sane præter alias, illa pro parte Actorum sufficere videbatur, cur & vnde Iudicium Senatus Mechliniensis merito formidari deberet; quod pars impetrans duabus sententijs per eundem Senatum hactenus in hac causa grauatam se senserit; plurimumque verendum esse, ne in dictis sententijs hoc iudicio (quo & ipso de eiusdem causæ meritis disputatur) perseueret, & prioris sententiæ præiudicio, impetrantes de iure suo deijciat[a]: cum Actori nulla possit esse spes obtinendi, nisi per rescissionem rerum prius iudicatarum: ad quam licet iuris necessitas impellat; voluntas tamen non perinde semper propendet. Cæterum iustitia & probabilitas petitionis huiusmodi euocationis ad Principem ipsum quem sequetur delegatio in sacro suo auditorio, coniungi poterit petitio, vt euocata causa Iudicibus nobilitatis Ducatus Lutzenburgensis mandetur; subiecta per subordinationẽ petitione, quam probabiliorem dicimus; aut saltem eis, quibus Maiestati placebit. Nam, vt ante diximus, prius illud solum petere satis probabilitatis non habet; quod non sit verosimile Principem ab amplissimo Vniuersaliq; Concilio causam ad aliud Prouinciale remissurũ; præsertim in quo iuste metui potest, ne cupiditate tuendarum rerum prius iudicatarum, illuc relabatur causa, vnde reuocata est. Sane illud quod viua voce suggestit Illustris D. Philippus Comes de Horne, Serenissimam regiam Maiest. iureiurando nuper addixisse Statibus, & præsertim nobilitati Ducatus Lutzenburgensis se velut Panolethriam, & abolitionem facturum earum omnium, quæ hactenus aduersus priuilegia Ducatus Lutzenburgensis facta, vel attentata essent; splendidiorem habet

a l. Labeo. § 1. de recep. arbitris.

b l. quod iussit de re iudicat. l. 1. C. Sent. n. rescindi non posse.

c l. Iudicium de iudic.

a Rebuff. ad constitut. reg. tit. de euocatio. in præfat. quæst. 6. num. 18.

habet rei pro præfatis Illustribus Dominis Comitibus bene gerēdæ occasionem: sed tamen nihil de ea non visis huiusmodi priuilegijs, seu promissionis literis definire volumus. Veremur enim ne angustius sonet huiusmodi promissionis tenor. Proinde sententiam nostram, donec instrumentum promissioni exhibebitur, ea in parte suspendemus, Illustrium Dominorum Comitum, & aliorum quorumcunque rectius sentientium, iudicio saniore semper saluo.

SVMMARIVM.

Superioritas, Subiectio.

1. 16. *Res eadem apud duos insolidum esse non potest.*
2. *Præsumitur res cuiusque libera.*
3. *Dominij intra fines quod est, præsumitur esse de eius Dominio.*
4. *Qualitatis diuersæ quæ sunt eodem iure, censeri non possunt.*
5. *Diuisa & separata, diuisam & separatam habent rationem.*
6. *Par in parem non habet imperium.*
7. *Monetam cudere cuius sit.*
8. *Principi supremo quæ reseruata sunt, non potest inferior exercere.*
9. *Allodialia bona non excludunt superioritatem.*
10. *Superiorem quilibet recognoscit.*
11. *Appellatio ad Superiorem deuoluitur.*
12. *Subditus quis dicatur.*
13. *Instituabilis qui est, talliabilis quoque est.*
14. *Resortus est ius primariarum appellationum, & differt à superioritate.*
15. *Relationes Iudicum sunt voluntariæ.*
17. *Augmentum quod est introductum non debet operari diminutionem.*
18. *Fama in probando imbecillis est.*
19. *Probationum imperfectarum coniunctio.*
20. *Fama in antiquis quid operetur.*
21. *Gabellas exigendi ius superioritatem arguit.*
22. *Subiectio superioritatem facit.*
23. *Liberalitas in necessitate non est.*
24. *Collatio temporanea in futurum non obligat.*
25. *Subditorum interest non mutare Dominum.*
26. *Præscriptio immemorialis temporis an exigat scientiam Domini.*

CONSILIVM VI.

ARDVA admodum & perplexa est causa, seu controuersia, quæ agitur inter Reuerendissimum Dominum Episcopum Leodiensem tanquam Comitem Lossensem; & generosum strenuumque virum Dominum Ioannem à Goer, Commendatorem Prouincialem Baliuiæ de Iuncis Ordinis Theutonici: de & super superioritate Dominij & loci de Gruytroede, in dicto Comitatu Lossensi sito; iureque, & potestate indicendi, superindicendi, ac à subditis dicti loci subsidia, oneraque alia dicto Comitatui superuenientia & imposita exigendi. Tam enim sunt vtrimque iuris, quod quisque prætendit probabilia argumenta, & rationes, vt seorsim inspecta apud vtrumque ius constituere videantur. Rursus inter se collata & composita, quod in rebus perplexis, ambiguisque interdum euenire solet[a], neutrius causam potiorem efficere dici possunt, & ideo vtrumque iure destituti. † Cæterum cum fieri non possit, vt solidum ius apud vtrumque sit[a], credibile autem sit, apud alterutrum esse, inter se conferendæ sunt, quæ pro vtriusque iure faciunt, rationes, & quantum ponderis ac momenti singulæ habeant, expendendum: ita enim elucescet vtra pars pluribus rationibus, vtra paucioribus & infirmioribus subnixa, iustitiam & æquitatem non foueat. Quod quidem non admodum difficile forte esset, si quæ ad comprobationem iuris, quod vnaquæque pars se habere contendit, vtrimque allata sunt, vel in iure consisterent, aut in facto consistentia, indubitatam veritatem & certitudinem continerent; aut saltem consuleremur super causa in Iudicium deducta & peracta: Ita enim clare constaret, quid probatum esset, quid non. At nunc quia ex proposito nobis tractatu inter partes prædictas anno superiore ad concordiam ineundam citra iudicialem strepitum habito, deprehendimus aliqua esse quæ facti constitutionem continent; quæque

a l. Si quis de plur bus de rebus dubijs.

1 (margin)

a l. Si vt certo. §. Si duobus ff commod. l. 3. §. ex contrario de acquirend. poss. ff.

sententiæ per Dominum Officialem latæ; vbi in exceptione de parte inuestiti, adiungitur quoque exceptio partis fratrum scholarium, quos non est verosimile Dominum de VV. admissurum esse ad participationem eius portionis, quam in dictis decimis habet. Pars igitur inuestiti non est ad quotam aliquam omnium bonorum referenda, sed ad portionem illam, quæ designato loco aliquo sub decimagio Rectori Ecclesiæ Parochialis pro congrua portione, ad illius sustentationem relinqui solet, & præstari debet ab his, qui vel ex priuilegio, vel ex consuetudine, vel ex præscriptione contra iuris communis regulas, decimas Ecclesiarum occupant[a]. † Illud quoque ad diminu- 14
tionem huius medietatis referri non potest, quod ex parte Rei allegatur, nouales decimas saltem ad Capitulum non pertinere; ex ea consideratione, quod per sententiam arbitralem omnis iurisdictio seu superioritas superioris Villæ de VV. ad dominum temporalem, & non ad Capitulum pertineat: quodque eo respectu Dominus de VV. solus potestatem habeat concedendi, vt ex miricis nouales agri fiant. Etsi enim illud verissimum sit; id quoque verum sit quod Dominus de VV. huiusmodi noualibus agris censum vel canonem id concedendo imponere possit ratione dictæ superioritatis; id tamen iuri consonum non est, quod de huiusmodi noualibus non soluantur decimæ, cui illæ competunt ex iure communi, vel priuilegio, vel præscriptione: † 15
quia decimæ dependentiam nullam habent à superioritate, seu dominio temporali; neque à iure proprietatis seu dominij fundorum; sed à iure diuino, quo fundi non tantum minorum seu inferiorum dominorum, sed etiam Regum & maiorum Principum seruituti decimarum subijciuntur[b]: & perinde ex feudalibus, censualibus, & emphyteuticis prædijs, vt ex allodijs decimæ debentur: nec in potestate cuiusquam est, sic alienare prædium, vt decima non præstetur, & qui prædium optimum maximum alienat, hoc est, liberum ab omni seruitute, non censetur id quoque promisisse, quod à decimis liberum sit: nam decima afficit fundum, si fructus ex eo prouenient[c]. Et sane tantum abest, vt in hac parte potiore aliquo iure nitatur Dominus de VV. vt etiam minus iuris habeat in noualibus fundis, quam Capitulum, ad quod tanquam Ecclesiasticum membrum ex iuris dispositione etiam nouales decimæ pertinere possunt; & in proposito vere competunt ex priuilegio, & indulto Apostolico Innocentij Papæ IV. non autem perinde, præsertim post Concilium Lateranense, ad Dominum de VV. tanquam Laicum. Nam vt indultum, seu priuilegium, ita etiam præscriptio decimarum in Laico ad præsens & præteritum tempus refertur; non etiam ad futurum: ideoque virtute illius, Laicus in noualibus ius non habet. Non quod tota decima noualium eo respectu ad Capitulum pertineat: nam cum & illud ius decimandi in hoc decimagio contra regulas iuris pro media duntaxat Capitulum habeat, pro maiore quoque parte nouales vsurpare non potest, sed ex rigore iuris communis ad hanc alteram mediam noualium decimam, fundatam intentionem habet inuestitus, seu Pastor Ecclesiæ parochialis. Sed nec illud ad diminuendum ius siue possessionis, siue proprietatis dicti Capituli facit, quod vlterius ex parte Domini Rei allegatur, quod Capitulum quoque prætaxat ius possessionis, & proprietatis decimarum, quæ sub Tongelrœde, & Svvaertzbroeck cadunt: quorum locorum mentio nulla in dictis sententijs, sed duntaxat superioris Villæ de VV. & quod ex diuersitate nominum, seu locorum, iuris quoque diuersitas non identitas constitui possit, & debeat; præsertim in sententijs Iudicum, quæ strictiorem tantum interpretationem admittunt[a]. Nam ad hoc auertendum sufficit, quod ex testimonijs interpretantium, atque etiam aliqua ex parte Domini Rei constet, quod hæc duo loca non tantum quoad temporalem superioritatem, sed etiam quoad ius parochiale, respondeant prætactæ Villæ de VV. vt plerumque vici superiori vicino loco respondent[b]. In proposito itaque ad assertionem iuris, quod Capitulum ea in parte prætendit, sufficere videtur, quod prædicta duo loca sint appendices, non separatæ Villæ à Dominio superiore de VV. & quod non probetur alium aliquem, alterius vicini loci Pastorem ius decimarum sub ijsdem locis habere: cum alioqui in decimarum quæstione non fines Dominij temporalis inspici debeant; sed ipsius Parochiæ; quam nihil prohibet per diuersorum etiam Dominorum temporalia Dominia diffundi. Ad quam considerationem auertendam parum facere videtur, quod vlterius adducitur de separatim factis per Dominum de VV. locationibus decimarum sub prætactis locis: nam id referendum est non ad diminutionem iuris dicti Capituli; sed tantum ad commoditatem ipsarum locationum, præsertim ijs temporibus, quibus Domini de VV. à

Capitu-

a c. 2. §. Vbi autem de decimis. lib. 6. Rebuf. in tractat. de congru. port. nu. 48. & 49.

b gloss. in c. omnes Principes, de maior. & obed. Rebuf. in tractat. de decimis. quæst. 5. nu. 25.

c c. Tua. de decimis. Alciat. consil. 40.

a l. 1. C. si plures vna sententia. Bart. in l. si expressim n. 2. ff. de appel. & relatio.

b l. qui ex Vico. ff. ad municipal.

Capitulo in conductum habuerunt illius quoque partem; & ex rationibus pro parte Domini Rei exhibitis constet vniformes semper non fuisse huiusce modi locationes, & sæpe particulatim per separationem locorum etiam immediate dictæ superiori Villæ de VV. adiacentium locatas fuisse decimas: vnde commoditatis duntaxat ratio habita est, non etiam iuris diuersitas inducta. † At nec illud huic 16
considerationi obstare videtur, (quod proponitur de exiguitate pensionis, seu mercedis, qua Domini de VV. prætactarum harum decimarum partem a Capitulo conduxerunt; quæ nullo modo respondet vero valori annui emolumenti mediæ partis harum decimarum, si illis quoque annumerentur decimæ sub Tongelrœde, & Svvaertzbroeck: Nam etsi id facere possit ad detegendam iniustitiam, seu læsionē in huiusmodi a Capitulo obtentis locationibus, & manifeste detegat probabilitatem, cur Capitulum huiusmodi locationem amplius continuare nolit: concludenter tamen non arguit talem diminutionem iuris quoad dimidietatem decimarum Capitulo competentem; cum vt in emptione, in pretio; ita in locatione in mercede contrahentes se inuicem moderate in foro fori circumuenire possint[a]; relicto duntaxat remedio rescissionis, si læsio dimidium excedat, & læsus eo vti velit[b]. Illud denique in proposito non videtur arguere ad diminutionem seu restrictionem partis, quam Capitulum in his decimis prætendit, quod in locatione Gerardi van VVincken conuentum fuit, quod conductor ad describendos fines, & limites decimagij obligatus fuerit: nam id referri non potest ad limitationem, & diminutionem iuris dicti Capituli, sed ad illius conseruationem, & augmentum: vt inde constare possit, quam late fines totius decimagij patuerint, qui sane huiuscemodi annotatione, & descriptione in decursu temporum obscurari poterant. Quin imo instrumentum dictæ eiusdem locationis arguit tantundem iuris Capitulo, quantum Domino de VV. competijsse; quod in ea narretur indefinitis verbis decimas de VV. mediatim, & indiuisim ad Dominum de VV. & ad Capitulum pertinere; vt merito etiam illarum fines & limites communes dici debeant. Sic qu[i]d omnibus expensis nihil solidi inueniam in quo possit fundari tam late patens ius Domini de VV. in his decimis; aut restringi ius Capituli, quatenus decimæ sunt sub decimagio Parochiæ superioris Villæ de VV. In quo, cum in genere Capitulum ex priuilegio, & præscriptione habeat fundatam intentionem; partes Rei esse deberent, demonstrare, quicquid pro exceptione, vel restrictione proponitur[c]. Ex quibus quoque manifestum fit intentionem Illustris domini Comitis reconuentionalem, non satis firmo stabilique iure subnixam esse, quoad repetendum illa, quæ Capitulum, tam virtute executionis dictæ sententiæ recredentiæ, quam vigore sententiæ in anno 1574. latæ percepit. Causa enim indebitæ perceptionis, quatenus adscribitur decimis in Tongelrœde, & Svvaertzbroeck, non satis concludens videtur, ob id quod superius dictum est de iure Capituli, perinde in his appendicibus, vt in principali superiori Villa de VV. & sententia tam illa prior, quam hæc posterior recredentiæ indeterminate loquatur de omnibus decimis, quas Illustris quondam Domina Anna ab Egmondt, in conductum habuit: hoc est, vniuersis quæ sunt sub decimagio dictæ superioris Villæ de VV. vt quatenus adscribitur Septingentorum maldrorum siliginis venditioni, pro parte est defectus probationis; cum pro parte Capituli negatum sit tantam summam maldrorum sic venditam fuisse; & assertum nihilo plus, imo multo minus venditum fuisse, quam Capitulo competebat ex fructibus decimalibus pro illo anno. Probationes autem Domini Rei de occupatis, & translatis tot maldris ex iussu, & mandato Capitanei Sayas duntaxat loquuntur, non etiam de tanta impetrantium venditione. Præterea quatenus huiusmodi reconuentio, & repetitio fundatur in nullitate, & exorbitantia executionis, quam Cornelius Ioris ostiarius vigore dictæ sententiæ recredentiæ fecit, minus probabilitatis habet. Nam in primis quod obijcitur de inidonea qualitate dicti Cornelij, quod videlicet non fuerit executor secreti Concilij, sed Cancellariæ Brabantiæ, ideoque sententiam secreti Concilij executioni mandare non potuerit, nihil momenti habet: ob id quod per literas executorias dicti Concilij ad hoc qualificatus, & vt dicunt, auctorizatus fuerit, cuius potestatem dictum Concilium habuisse dubium non est. Secundo satis ponderis quoque non habet, quod obijcitur, dictum executorem in exequendo modum sententiæ excessisse; cum pro causa prætexatur defectus iuris in decimis sub Tongelrœde, & Svvaertzbroeck, quod non satis probabile esse superius deduximus. Cum alioqui si vere modus excessus fuisset, ab executione ad dictum secretum Conci-

a l. In causa. § idem Pomponius de minori. l. item si pretio §. quamtamodum ff. locat.
b l. 2. C. De rescind. vendit.

Concilium appellari debuisset [a]; quod pro parte Domini Rei factum esse non constat. Tertio momenti quoque satis non habet, quod obijcitur præmature factam esse hanc executionem, non præstita, nec probata cautione, sub qua recredentia adiudicata fuit: Nam ex relatione executoris, cui in hac parte fides adhibetur [b], constat defectum nullum fuisse; præsertim ex eo, quod pro parte Domini Rei, cum illa fieret, declaratum fuerit, quod prætactæ sententiæ pareretur, si per certificationem Magistratus probaretur nominatos & constitutos fideiussores idoneos esse pro mille florenis Brabanticis; & quod talis certificatio dicti Magistratus ante executionem realem exhibita fuerit; eaque exhibita Officiarij dicti Domini Rei declarauerint se paratos esse sententiæ parere, & executioni assistere. Ita vt quamuis alias ob omissam cautionem huiusmodi, executio nulla dici posset; etiamsi post illam factam cautio idonea præstetur [c]: In proposito tamen propter præmissa, id ad oppugnandam executionem non recte adducitur: Vt nec illud quod manu militari, & rigorosius hæc executio facta fuerit: Nam à iure permissum est adhibita manu militari executionem fieri posse [a]. Obiter hæc omnia perstrinxi, quæ per scripturas partis aduersæ latius deducta sunt; quæ si tam ex re, & voluntate Domini Rei essent, propius deduci possent: interim me mouent, cur minus de iure pro Illustri Domino Comite in hac causa respondere possim: idque sine vllo studio dissensionis aduersus ea, quæ subtiliter pro eius parte ab alijs deducta sunt. Quisque enim vt suis opinionibus ducitur, ita quoque facillime in ijs labitur, in incertitudine præsertim, & alea iudiciorum, ac iuris dispositione, quod non semper optime ius dicat, qui vel nouissime, vel supremus dicit [b]: & liberior potestas sit Aduocatorum quam Iudicum: Etsi enim iudicis sit in causa semper verum sequi, patronis tamen causarum (vt inquit Cicero [c]) nonnunquam verosimile, etiamsi minus verum sit, defendere licet. Cum etiam vt belli; ita quoque iudicij euentus plerumque sit dubius: & vt sub clypeo iusti multi pereunt, ita etiam (vt scribit Salicetus [d]) in iusto iudicio multi succumbunt.

a l. ab executione. C. Quorum appell. non recipiuntur.

b Doct. in l. Si quis Decurio. C. ad leg. Cor. de falsis.

c Guido Pap. decis. 50.

a l. Qui restituere. ff de rei vindicat.

b l. 1. in principio. de appell.

c lib. 2 offic.

d In l. 1. C. mandat.

SVMMARIVM.

Conciliorum supremorum potestas.

1. *Concilium Principis Prouincialibus sua priuilegia seruare debet.*
2. *Priuilegium habens vim contractus irreuocabile est.*
3. *Purgatio ciuilis ex* l. Diffamari. C. de ingenuis manumissis, *vbi proponi debeat?*
4. *Absolutus in purgatorio iudicio amplius accusari non potest.*
5. *Criminalium causarum cognitio ad quē pertineat?*
6. *Seditionis crimen an sit priuilegiatum?*
7. *Seditionis crimen ad cuius iudicium pertineat?*
8. *Seditio à crimine læsæ Maiestatis distat.*
9. *Relatione ad superiorem facta Iudex referens quiescere debet.*
10. *Relatio à consultatione quid differat?*

CONSILIVM III.

PRoponitur quod Oppidum ac territorium de Casselе in Flandria, Curiam Principalem cum mero & mixto Imperio, & prætterea resortum seu ius primariarum appellationum in omnibus locis huic territorio Casseletensi subiectis habeat, & Superiorem aliquem præter Comitem Flandriæ, & in appellationibus Prouinciale Concilium Flandriæ, non agnoscat. Proponitur quoque in ea Curia vltra hominum memoriam obseruatum esse, vt quicunque ex eius subditis de crimine aliquo diffamatus, & se vltro purgare velit, id possit in dicta Curia facere, citato etiam ad hoc procuratore generali dicti Concilij, vt si velit purgantem accusare, & delicti probationibus onerare possit. Quæ purgationis potestas dictæ Curiæ per specialia statuta, seu consuetudines in scriptum redactas anno 1534. permissa est [a], per Carolum Quintum Imperatorem Comitem Flandriæ. Proponitur denique dictam Curiam esse in immemoriali possessione cognoscendi de homicidijs, hæresi, sacrilegio, proditione, falsa moneta, seditione, & alijs similibus; & ex illis condemnandi, ac exequendi. His præmissis subiungitur, quod cum quidam Iacobus, & plerique alij ad purgationem ciuilem confugiendo,

a tit. van purge en decrete articul. 141. & 143. & tit. van injurien/ crimen/ delicten. artic. 141.

giendo, propter diffamationem, ac fuſpicionem hæreſis; per dictam Curiam procuraſſent huiuſmodi purgationem denunciari prædicto Procuratori generali, ad finem & effectum ſolitum; prætactum Concilium ad Baliuum & alios Curiales dictæ Curiæ Caſletenſis, literas ſcripſit; quibus declarauit, quod huiuſmodi citatio, denuntiatio, ſeu intimatio licet efficax ſit, & conſtringat omnes inferiores Officiarios; inefficax tamen ſit, quoad procuratorem generalem; permittendo quod in cognitione huius purgationis procedant vſque ad ſententiam excluſiue; & concluſa cauſa, ac tranſmiſſis actis, Concilium de meritis negotij informent. Et, quoniam dicta Curia, propoſita ſimili purgatione pro parte Franciſci VV. non obſtantibus prætactis literis Procuratori generali iterum, & prius denuntiauerat; dictum Concilium per ſecundas literas mandauit dictæ Curiæ, ne huiuſmodi citationes, aut denuntiationes amplius faceret; cum comminatione ſeuerioris prouiſionis, ac renouatione mandati in dictis prioribus literis contenti. Dicta Curia quemadmodum ſe veteriſuo iure deturbari videt, conſulit, & quærit, num dicti Concilij prætacta mandata iuri, ac rationi ſint conſentanea; & anne iuſta ſit occaſio apud Regiam Maieſtatem, ſeu ſupremum eius Concilium Mechlinienſe de hac nouitate conquerendi? † 1
Ad quæ reſpondendo dicimus in primis prætactum Concilium ſua Authoritate ſine relatione ad Principem, aut ſine ſpeciali eius mandato id non poſſe. Ita enim iure conſtitutum ac receptum eſt, & mandatis Principum plerumque continetur, vt Præſes ac Rector prouinciæ; multo magis Concilium, non tam ad regimen, quam ad ius dicendum, & legis actionis exercendum in Prouincia conſtitutum, Prouincialibus priuilegia, & ab antiquo obtentas conſuetudines, ac prærogatiuas ſeruent? Ita vt iuſta ſit Prouincialium querela, ſi vel Proconſul, vel Legatus, vel Præſes, aut Moderator Prouinciæ, Prouincialibus priuilegia, vel ab antiquo obtentas prærogatiuas, & conſuetudines non obſeruet[a]: cum ea ſeruari humanitas, & moderata imperandi ratio poſtulet. Magni quippe faciunt Prouinciales huiuſmodi conſuetudines, ac prærogatiuas ſibi ſeruari[b]. † Cuius quere- 2
læ iuſta eſt occaſio, vbi non tantum vſus, & exercitium huiuſmodi conſuetudinem, aut prærogatiuam induxit; ſed Principis priuilegiaria conceſſio vel primum conſtituit, vel ante conſtitutam & in vſum introductam corroborauit. Inde enim

a l. obſeruare. § ingreſſu. rum & ibi Bald. de offic. Proconſ.
b d. § ingreſſurum. Bald. conſ. 19. licet eleganter ſcri. ... volum. 1.

fieri videtur, quod hæc conſuetudo naturam contractus aſſumat, & irreuocabilitatem induat[a], Principemque perinde, vt quemuis alium, liget, ac deuinciat, ſiue ſit Papa, ſiue Imperator[b]: præſertim (vti per totum Comitatum Flandriæ contingit) vbi Princeps Prouincialibus iureiurando obſtrictus eſt, eis ſua iura, priuilegia, & conſuetudines obſeruare. Proinde cum ſupradicta ſtatuta, ius purgationis dictæ Curiæ attribuant; & in facto proponatur, & exempla illius multa proferri poſſint de vſu citationis, ſeu denuntiationis, & intimationis aduerſus Procuratorem generalem, occurrente caſu purgationis; iniuſtitiæ, & abuſus alicuius ſpeciem continent dictæ Concilij literæ; quibus ob id maioris Magiſtratus, ſeu Superioris Concilij auctoritate, occurrendum eſt ad ſupplicem dictæ Cu-
3 riæ petitionem. † Cuius petitionis, & iuſtæ querelæ occaſionem amplificat iuris communis, & generalis obſeruationis conſideratio. Etenim manifeſtum eſt purgationem, quam ſuper innocentia ſua aduerſus ſuſpicionem, rumorem, famam, aut diffamationem Reus vltro aſſumit; proponi, tractari, ac definiri poſſe, non tantum coram Præſide Prouinciæ, ſeu Concilio Prouinciali[c]: Verum etiam coram Iudice loci, vel in quo deliquiſſe dicitur, vel domicilij ipſius Rei[d]. Et quidem magis in loco domicilij, vel delicti, in quo inuitus accuſari poſſet; & ad quem alibi conuentus remitti deberet[e]. Sic quod ſcripta conſuetudo Caſletenſium triplicem locum purgationis præſcribens ſit conformis iuri communi; cuius mutatio, aut transformatio Concilio Prouinciali permiſſa non eſt: cum id ſoli Principi reſeruetur[f]. Abſurda quoque eſt dicti iuris conſuetudinarij reſtrictio; quam quoad Procuratorem generalem dictæ literæ iniiciunt. Cum enim omnium criminum cognitio, & executio dictæ Curiæ permiſſa ſit, & à ſententijs in criminalibus cauſis latis, ſiue ſint abſolutariæ, ſiue condemnatoriæ, ex conſuetudine, ac priuilegio nulla ſit prouocatio, vel ad ſubalternum, vel ſupremum Iudicem; conſequens quoque eſt purgatorium hoc iudicium in præiudicium Procuratoris generalis apud inferiorem inſtitui, ac peragi poſſe? Sic quod abſolutione ſequuta, repetendæ cauſæ ius, aut poteſtas
4 illi non ſit. † Effectus enim purgatorij huius iudicij, cum ſine cauſæ cognitione non fiat, & plerumque cum demonſtratione, ac probatione innocentiæ; idem eſt[g], qui ſententiæ abſolutoriæ poſt ſolennem inquiſitionem, aut accuſationem inſtitu-

a c. 1. de probat. Bald. ad l. Princeps. de legib. Lucæ[?] Romana conſ. 332. gloſ. inc. ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudic. lib. 6. Andr. Bart. conſ. 2. nu. 3. vol. 4.
b c. quoniam. & ibi Dominicus de præben lib. 6. Rebuff. ad concordata gall. tit. de collatio.
c l. diffamari. C. de ingen. manumiſ.
d Hieronym. Cagnolus & Bart. Blarerus, in d. l. diffamari. Alex. conſ. 103. conſiderata vol. 5. Anto. Capit. deciſio. Neapolita. 18. in cauſa Nobilis.
e Alex. d. conſil. 103.
f l. 1. l. 2. in verb. nec ab aliquo retractentur. C. de legib. & conſtit.
g gloſſ. & Archidiac. in c. habet. 2. q. 5. Panor. in c. ex tuarum. de purgatio. Canon.

institutam: qui est, vt de eiusdem homi-
nis delicto sæpius queri non possit[a]. Ita
vt ciuilitatis magis, quam necessitatis sit
denuntiatio, quæ Procuratori generali
sit, ad synceriorem huius iudicij progres-
sum. Vnde est quod Iodocus Damhou-
derius Flandriæ praxeos peritissimus,
vsum purgationis legalis explicando, ad
purgantis curam ac sollicitudinem refe-
rat[b]: vt siue in loco delicti, siue in loco
domicilij, ac fori sui, siue in Concilijs
purgationem proponat; curet citari singu-
los Officiarios, qui illum accusare pos-
sent; nulla facta exceptione Procuratoris
generalis. Quam exceptionem indubita-
te auertit dicta consuetudo (quæ optima
est legum & statutorum interpres[c]) & cõ-
suetudinis exercitium; quod per multa
exempla probari posse dicitur ex purga-
tionibus antecedentibus, quæ in dicta cu-
ria proposita, & peracta sunt, Procurato-
ris generalis citationem, & intimationem
semper vsitatam, & sine contradictione
admissam fuisse. Atque ita cum ad offi-
cium Præsidis Prouinciæ reijciatur[d], ne
patiatur ijsdem criminibus, quibus quis
liberatus est, eundem iterum accusari, nec
in eo excipiatur Fiscus aut Officiarius
Principis; ferenda, imo collaudanda est
intimatio, ac denunciatio, quæ speciali-
ter fit Fisco, seu Procuratori generali; qui
publica, & per edictum generali citatio-
ne facta, excusari non posset; neque ad ite-
rum accusandum restitui ex capite igno-
ratæ purgationis; cum suum propriũ do-
lorem, & causam non prosequatur[e]. Sed
quoniam dictæ literæ non obscurã signi-
ficationem facere videntur, quod ex ge-
nere, & qualitate delicti facta sit hæc de-
claratio, & prohibitio; ideo scilicet, quod
purgatio Iacobi T. Francisci VV. & a-
liorum sit super delictis, & excessibus spe-
ciem seditionis continentibus; inquiren-
dum est, an in ea consideratione dicti
Concilij potestas amplietur, aut vsus scri-
ptarum consuetudinum restringatur. † Et 5
sane cum per dictas nunc in scriptum re-
dactas consuetudines, Curiæ omnium
criminum cognitio permittatur, & in vsu,
ac exercitio illarum consuetudinum, Cu-
ria de hæresi, raptu, seditione, alijsque
similibus publicorum iudiciorum deli-
ctis cognouerit, & executionem hactenus
semper fecerit; nulla est ratio, cur præte-
xtu seditionis, limitatio aut restrictio a-
liqua inijciatur: cum generaliter verum
sit cognitionem criminalium causarum
pertinere ad Iudicem loci, vbi delictum
perpetratum est[f]. † Et quamuis ex vsu 6
in plerisque Prouincijs quædam crimina
habeantur pro priuilegiatis, & exceptis;

a l. penult. in fin ff. naut. caup. stabul. & l. de his de accusa.

b In Enchirid. re. criminaliũ cap. 41. de purgat. legalib.

c l. de quibus. De legibus.

d l. si cui. §. ijsdem de accusa.

e d. §. ijsdem Speculat. in tit. de absolutio. & purgat. n. 6.

f l. 1. cum Auth. qua in prouincia C. vbi de crimi. agi opert.

quorum cognitio Principi, eiusque Con-
cilio reseruatur; alia sint communia, reli-
cta cognitioni inferiorum Iudicum; & in-
ter excepta seu priuilegiata numeretur
crimen læsæ Maiestatis: seditionis tamen
crimen, quatenus in speciem criminis læ-
sæ Maiestatis non cadit, exceptum aut
7 priuilegiatum non inuenitur. † Quin-
imo in crimine seditionis peculiariter hoc
obseruatur, vt de seditione in vno Op-
pido, aut territorio facta, alterius muni-
cipij magistratus, imo Præses Prouinciæ
cognoscere non possit; sed facienda sit re-
missio ad locum vbi commissa est sedi-
tio[a]. Vnde cum hic quæratur tantum de
illo genere seditionis quod ex crimine
hæreseos oritur; secundum quod hæreti-
ci etiam seditiosi dicuntur: non potest huc
applicari, quod crimini læsæ Maiestatis
8 attribuitur: † potissimum, quod hæc se-
ditio non eo directe tendat, vt Ciuitas,
Municipium, seu Territorium Principi,
aut eius obedientiæ subtrahatur; sed tan-
tum vt subditorum animi noua supersti-
tione imbuantur: ita quod sit omnino se-
paratum crimen à crimine læsæ Maiesta-
tis[b]. Et cum hoc crimen læsæ Maiesta-
tis, crimini hæreseos integatur; quemad-
modum de crimine hæreseos, ita quoque
de exoriente & concomitante delicto se-
ditionis, dicta Curia cognoscere potest;
vel per accusationem, vel per inquisitio-
nem, vel per purgationem legalem. Qua-
re nec respectu qualitatis ipsius delicti,
coarctari potuit dicti delicti potestas, per
prætactam declarationem, aut prohibi-
tionem. Minus probabilis est altera pars
dictarum literarum, per quam multo ma-
gis restringitur potestas dictæ legalis pur-
gationis; quasi nunquam etiam respectu
inferiorum Iudicum, seu Officiariorum
liceat dictæ Curiæ absolutoriam, aut
condemnatoriam sententiam in purgato-
rio iudicio proferre, nisi consultatione,
vel relatione ad Concilium facta, & Cõ-
cilij iudicio expectato. Aduersatur enim
id iuri communi, quod præcipit[c], causam
perfecte examinatam sententia per adi-
tum Iudicem terminari. Aduersatur an-
tecedenti, ac obtinenti consuetudini, &
obseruationi, quæ nulli consultationi aut
relationi hanc Curiam inuitam astrinxit:
ideoque hæc relationis necessitas, si se-
quenda est, in effectu huic Curiæ præripit
notionem, ac potestatem ius dicendi.
9 † Relatione enim aut consultatione fa-
cta, Iudex qui retulit, aut consultauit,
conquiescere debet, donec superior con-
sultus, opinionis suæ responsum remit-
tat[d], quo misso sequendi quoque necessi-
tas incumbit, adempta potestate à dicto
consilio

a Angel. in l. 1. in Auth. de mandat. prin. Nicola. Boerius ad consuet. Turon. constitut. tes coustumes § 24 & in tractat. de seditiosis in 6. praesupposito num 3.

b eleganter Bald. in cons. 32.

c In Auth. nouo iure. C. de Relatio.

d l. 1. C. de relat. l. ex illo tempore. C. de appell.

consilio recedendi : † nam inter voluntariam, ac necessariam relationem, seu consultationem hoc interest, quod vt illam inferior Iudex facere non cogitur; ita quoque non cogatur consulti Iudicis, seu superioris, opinionem vel consilium in iudicando sequi[a]; quod facere cogitur cum statuto, consuetudine, vel pacto litigatorum superiorem super causa consulit[b]; sic quod hoc nouum præceptum arctans ad inuoluntariam, seu necessariam relationem in effectu, imo aperte huic 10

a l. ad Principem ff. de appellat.
b Bald. conf. 170. ad euidentiam volum. 3.

Curiæ Casleiensi eripiat omnem iurisdictionem, & notionem, quam immemoriali tempore obtentam, & exercitam, Caroli Quinti Imperatoris confirmatio sartam tectam conseruat. Merito igitur, & iure dicta Curia querelam hac de re proponere poterit apud Regiam Maiestatem, seu eius prædictum supremum Concilium, aduersus dicti Prouincialis Concilij declarationem, prohibitionem, ac mandatum.

SVMMARIVM.

Iurisdictio Territorium.

1. 11. *Nomen rei conuenire debet.*
2. *Iurisdictiones omnes originaliter à Principe sunt.*
3. *Iurisdictio ex præscriptione acquiritur.*
4. *Iurisdictiones quare introductæ.*
5. *Iurisdictio quo tempore præscribatur.*
6. *Iurisdictiones in commercio sunt.*
7. *Castrum & eius Iurisdictio præscribi potest.*
8. *Iurisdictio prorogabilis est.*
9. *Possessionis immemorialis potestas.*
10. *Restitutio integri non datur aduersus centenariam præscriptionem.*
12. *Castro plerumque adhæret Territorium.*
13. *Argumentum ab etymo.*
14. 17. *Iurisdictio rustica qua sit.*
15. *Interpretationem certam quæ habent mutari non debent.*
16. *Constitutiones in vsum non receptæ quid possint.*
18. *Iurisdictio inferiori concessa excludit superiorem.*
19. *Consuetudo constitutiones abolet.*
20. *Testes valetudinarij parte non citata audiri non possunt.*
21. *Interruptionem non faciunt actus extraiudiciales.*
22. *Interruptio superueniens post præscriptionem nihil facit.*

CONSILIVM IV.

GRAVES plerumque solent esse controuersiæ quæ de Iurisdictionis superioritate, & seruitutibus excitantur in pari hominum studio ac contentione dominandi, & iugum seruitutis excutiendi; sed in ijs definiendis ac sopiendis plurimum valet vsus, & præteritorum temporum longius producta obseruatio. Quod cum nobilis ac validus Dominus Gosvvynus R. Illustrissimo Domino Duci Cliuensi eiusque amplissimo Concilio, pro auertendo ac deprecando edicto Anno 1565. in Schermbeke publicato, & asserenda iustitia contentorum in libello supplice Illustrissimæ suæ Gratiæ eo fine exhibendo, cum omni modestia per iuris rationes demonstrari ac deduci cupiat; paucis propositæ consultationis materiam pro iudicij nostri tenuitate, & quantum illa extra iudicij figuram cum gratiosa ac clementi tractatione postulat, expendemus. Et quoniam dicti edicti principalis scopus est, vt quicunque in dicto Dominio de R. illiusque appendicibus homines iuris Cliuensis ac Xantensis resident, de cætero ordinario iudicio eiusdem Dominij de R. etiam in ciuilibus causis, impune non pareant (exceptis causis rusticis, quæ de sepibus, fossis, finibus agrorum, vijs, pauperie, seu damno in fructibus dato exoriuntur) inde tractationis initum faciemus. † In quo
1 articulo hoc inprimis intentioni Illustrissimi Domini Ducis plurimum suffragari videtur, quod iurisdictio de R. rusticum iudicium appelletur: hoc est in vulgari & vernacula voce **Burichte** / quasi rurale, & ad rura ruralesque causas pertinens: vt nomen rei conueniat, & nomen ex re definiatur ac circumscribatur[a]. Quæ ex nomine consideratio adiuuari videtur ex constitutionibus Frederici tertij[b], & Maximiliani[c] primi Imperatorum, iurisdictiones liberorum & clancularium Iudicum ac iudiciorum potestatem & vsum restringentibus. Verum non parum firma & inconuincibilia hæc sunt, vt iurisdictionem, quam Dominus Gosvvynus sibi sartam

a §. Est & aliud Instit. de donat.
b De anno 1442. Franckfordiæ.
c De anno 1495. VVormatiæ.

sartam tectam cupit, aliquo modo pro-
sternant vel debilitent.[a] † hoc enim in 2
iurisdictionis acquisitione, continuatio-
ne, & retentione receptum est, vt quam-
uis omnes iurisdictiones originaliter à
Principe, qui αὐτοκράτωρ est, hoc est, Im-
peratore, profluant, & ab eo per varios
Magistratus ac Officiales pro vsu & com-
moditate subditorum diffundatur[b] eaque
ratione iurisdictio publici Iuris esse dica-
tur[c], vt nemo iure subiectionis iurisdi-
ctionem, & minus merum vel mixtum
imperium generaliter vsurpare vel præ-
tendere possit: † hoc tamen receptum 3
ac perpetuo obseruatum est, vt iurisdictio
non tantum ex speciali concessione Prin-
cipis; sed etiam ex consuetudine ac lon-
gissimi temporis præscriptione, etiam ad-
uersus ipsum Principem, acquiratur[e].
Consuetudo enim & Principis non tan-
tum supremi, verum etiam mediati taci-
turnitas ac tolerantia circa iurisdictionis
distributionem & adiectionem seu trans-
lationem, parem vim habent; cum con-
suetudo vincat legem[d]. † Cum enim iu- 4
risdictio & superioritas non tam ipsorum
Principum gratia, quam ob propriam sub-
ditorum vtilitatem introductæ sint[e]; non
tantum quoad ciuiles, verum etiam cri-
minales causas[f]; † cur non licebit illam 5
per longissimum vsum & præscriptionem
acquirere, & quidem communi & ordi-
nario tempore triginta annorum? Imo vt
plerique volunt decem vel viginti aduer-
sus Principem seu superiorem, inferiorem
tamen à summo, hoc est Imperatore[g]: nam
aduersus hunc communiter omnes requi-
runt tanti temporis decursum, vt de illius
initio & origine nulla extet hominum
memoria: idque eo casu tantum vbi in
ignorantia vsurpati huiusmodi Iuris su-
premus Princeps versatur; sic vt data
Principis etiam supremi scientia ac tole-
rantia, ordinarium tempus præscriptionis
sufficere communius receptum sit[h]. Mul-
to ergo magis aduersus Principem infe-
riorem, quamuis ipsius præscribentis su-
periorem. Hi enim inter se comparati,
priuatorum loco constituuntur; vt nulla
sit ratio, cur maius tempus exigatur in
præscribenda iurisdictione aduersus aliũ
priuatum, & vni supremo Imperatori sub-
ditum; quam in alijs quibuscunque priua-
torum rebus[i]: quorum conditionem &
naturam inter has personas etiam habet
iurisdictio. † Quæ hodie vt aliæ quæ- 6
cunque res in commercio est, & vendi, a-
lienari, ac ad quoscunque etiam priuatos
transferri, & per hos retineri[k]; & deni-
que per actus iurisdictionales illius pos-
sessio seu quasi acquiri potest[l]. † Nec mi- 7

a l. 1. C de ess fici priuat. Vrb. l. 1. §. Cum Vrbem. ff eod.
b Gloss. in l. 1. de iurisdict. om. iud.
c Bald in l. 1. C de emancip. lib. Bart. in l. 1. §. deinde de aqua quot. & æst. ... Iason in l. imperium n. 20. ff. de iurisd. omn. iudic.
d l. de quibus de legib. l. 1. C. quæ sit longa consuetudo.
e l. 2. §. nouissime de origine iuris.
f Bart. in d. § deinde Late Io. Fran. Balbus de præscript. 2. parte quinta partis princip. q. 3.
g l. Vtras & ibi gloss. C de diuers. offic. lib. 12. Doct. in d. l. imperium Bal. cons. 439. vol. 3. Ancharano cons. 142. Alex. cons. 16. nu. 21. vol. 1.
h Balbus in d. 2 parte qu. 3 vers. circa primum Didac. Couarr. ad c. possessor in 2. parte §. 3. nu. 3.
i Did. Couar. d. nu. 5.
k Bald. & Angel. in l. Si us furere de statu hominum.
l Angel. in l. Sed etsi hac lege § qui manumitti. tur de in ius voc. Bar. in l. 2. C de seruit. & aqua. Anthon. de Butrio in c. in litteris de

rum si cum castrum præscribi possit[a], illi
quoq; cohærens imperium & iurisdictio,
præscriptioni subiacere dicatur[b], etiamsi
iure vasallitio seu beneficiario castrum
seu dominium habeatur[c]. Quæ quoad
iurisdictionem, quam bassam Iustitiam
vocant, consistentem in ciuilium causa-
rum cognitione, nullam dubitationem
habent: cum hæc præscribi possit, etiam
ab eo qui alioqui nullam iurisdictionem
habet[d]; quanto magis ex vsu & longa pos-
sessione extendi ac ampliari ad plura ge-
nera causarum, quam prima iurisdictionis
8 huiusmodi origo continet. † Vt facilior
semper est iurisdictionis prorogatio tam
quoad personas, quam causas; quam est
iurisdictionis prima acquisitio[e]. Cum er-
go D. Gosvvynus nunc supplicans, eius-
que maiores non tantum 30. aut 40. an-
nis; sed vltra hominum memoriam hanc
ciuilem iurisdictionem in omnes omni-
no qui sub eodem Dominio, de X. exti-
terunt, atque etiam eos, qui iuris Cliuen-
sis aut Xantensis fuerunt, in ciuilibus cau-
sis atque etiam mulctis dicendis ex certis
causis per suos Scabinos seu Iudices ex-
ercuerit, & exercitæ huiusmodi iurisdi-
ctionis tam quoad mulctas, quam om-
nium ciuilium causarum, realium, & per-
sonalium cognitiones, plurima exempla
antiquitatis veneratione illustria profe-
rat, nulla legitima aut effectuali interru-
ptione interueniente; æquum bonumque
esse videtur, vt quemadmodum Illustris-
simus Dominus Dux, propter præsentem
possessionem, in possessione huiusmodi iu-
risdictionis clementer illum relinquit; ita
quoque litem super proprietate ad impe-
diendam aut auferendam hac præscriptio-
9 ne adquisitam iurisdictionem differat. †
Præsertim quod immemorialis possessio-
nis potestas tanta sit, vt pro constituto le-
gali & priuilegio accipiatur[f]: omniaque
non tantum priuata, sed etiam publica oc-
cupet & excludat[g]: ita vt Ius ex tanti
temporis decursu acquisitum, ne Impera-
tor quidem retro abolere vel tollere pos-
sit[h]; & in ea sustinenda ac defendenda ne-
cessarium non sit de titulo aliquo vel bo-
na fide præscribentis docere[i]; quia tam
diuturna possessio præsumptionem iusti
10 tituli ac priuilegij secum trahit[k]. † Sic
quod omnium concors & indubitata sen-
tentia sit aduersus centenariam seu imme-
morialem præscriptionem, nullam pror-
sus dari restitutionem integri etiam ex
capite iustæ ignorantiæ[l]. Et in tantum
fundata est ex huiusmodi præscriptioni-
bus possidentis ab antiquo intentio, vt
11 non cogatur ostendere titulum suum[m]. †
Vnde quæ ex nominis ratione ducitur ac-
trahitur

a ... Baldus.
b l. quicunque ... Lorarius C. de fundis Limitrophis lib. 11.
b d. l. Vtras C de diuers. offic. lib. 12.
c §. Item si vasallus tit. Si de inuestiganda feud. controuers. fuerit.
d c. Cum contingat. de foro compet.
e l. 1. & 2. de iud.
f l. hoc iure §. ductus aq. de aqua quot. & æstiua.
g Bald. in l. 1. C de annali exceptio. & in l. data opera C. qui accusa. non poss.
h Carol. Molin. cons. 18. visis & diligenter n. 28.
i Cardinal. cons. 114. Dico Petrum ludo general. cons. 8 in hac causa Illustrissimi. Zasius cons. 6. Illustrissime n. 23. vol. 2.
k d. § ductus aqua Alex. cons. 24. ponderatis his vol. 5.
l Alexand. cons. 151. viso themate & 163. viso processu vol. 2. Decius in l. 1. C. Qui admitt. ad bonor. poss. poss. & cons. 19.
m Ioannes Andr. post Hostien. in c. dilectus de offic. ord.

trahitur obiectio, parum in propoſito ob-
ſtat: cum nihil vetet iuriſdictionem an-
guſtius ab initio conceſſam, ex vſu & tem-
pore dilatari; cum vt dictum eſt, illius
prorogatio in procliui ſit[a]; in qua conſi-
deratur non tam ſuperioris, quam partium
ſeſe ſubmittentium ac ſubijcientium con-
ſenſus[b]; non tantum in temporali ſeu ſin-
gulari ac perſonali ſingularis perſonæ;
verum etiam perpetua ac vniuerſali pro-
rogatione totius populi, ſeu certi generis
hominum; præſertim cum prorogationis
& extenſionis cauſa non habet ortum ex
ſola voluntate prorogantium, ſed aliun-
de ex alia qualitate ſubiectionis. † Vel- 12
uti, vt in propoſito contingit, ratione ca-
ſtri, ſeu dominij quod in loco habetis,
cuius iuriſdictio prorogata eſt, ab his qui
ſub territorio caſtri vel in locis vicinis
habitant. Caſtro enim cum adhæreat ter-
ritorium[c], & plerumque per quatuor ele-
menta ei ſit conglutinatum, facilis debet
aut ſaltem poteſt eſſe omnium eidem ca-
ſtro quacunque ratione ſubiectorum aut
etiam vicinorum partim inuoluntaria,
partim voluntaria in iuriſdictione ſubie-
ctio & prorogatio; exigente id ac ſuaden-
te ibidem habitantium vtilitate & neceſ-
ſitate. † Sic quod ab etymo deducta ar- 13
gumentatio, parum hic efficiat. Vt etiam
pleſumque illa in iure infirma, ac fragilis
eſt[d]. Exemplo ſunt in iure noſtro multa
huiuſmodi rerum vocabula, quæ ad ſuum
etymum relata, per omnia non corre-
ſpondent, nec intra etymi poteſtatem
concluduntur. Vt teſtamentum, matri-
monium, poſſeſſio, & alia huiuſmodi mul-
ta[e]. † Deinde et à nominis etymo non 14
recedatur, nihil vetat ex poteſtate huius
vocis Burricht contineri iuriſdictionem
& cognitionem omnium cauſarum, quæ
inter ruſticos incidunt, & ex antiquis le-
gibus Saxonum (quorum eſt pars VVeſt-
phalia, aliæque vicinæ regiones vſque ad
Rhenum) compertum eſt ruſtica iudicia
fuiſſe erecta; quæ Bawrgerichten appel-
lata ſunt; & huiuſmodi iudiciorum cogni-
tores Bawmeiſters quorum iuriſdi-
ctionem conſtat ab initio latius fuiſſe ex-
tenſam etiam aliqua ex parte ad criminalē
iuriſdictionem[f]. Cuius rei argumentum
Domino ſupplicanti exhibet antiquum
illud inſtrumentum, quo olim D. Adam
Dominus de Berge hanc Curiam de R.
cum iure ciuili vulgariter Burrichte di-
cto, eidem Curiæ (vt habent verba di-
ctarum litterarum) attinente; transfert.
Ita vt ſi in retro præterita temporis anti-
quitate hæc vox aliter fuit accepta, & vt
veroſimile eſt, ex vſu ampliata & extenſa,
vt pertineret ad ius ciuile; hoc eſt omnes

a d. l. 1. & 2. de iudic. Par. in l. 1. §. & poſt operis de noui oper. nunt. Andr. de Iſernia in c. Imperialem §. præterea ſi inter duos d. prohib. feud. alienatione per Frederic.
b Iaſon in d. § & poſt operis.
c Bald. conſ. 360. volu. 2.
d Praeſes in loco ab Etymologia.
e Doct. in l. 1. ff. de acquir. poſſ. ff. & inſtitut. de teſt. in princ.
f Speculum Saxonicum lib. 3. cap. 13.

ciuiles cauſas omnium ſubditorum, &
quacunque ratione ad hoc iudicium per-
tinentium, merito nunc quoque ita accipi
15 debeat. † Quæ enim interpretationem
certam acceperunt, mutari non debent[a]:
cum vſus ne dum vocum, ſed omnium re-
rum controuerſarum vel dubiarum opti-
16 mus ſit interpres[b]. † Simili ratione, de-
precationi, ac defenſioni Domini Goſui-
ni non obſtant præfatorum Imperatorum
conſtitutiones. Tum primò quod illæ
dicantur nunquam in vſum receptæ. Et ſi
enim leges ſeu conſtitutiones Imperato-
riæ ſemper viuere, ac in viridi obſeruan-
tia eſſe dicantur[c]; id tamen obtinet poſt-
eaquam ſemel in vſu receptæ ſunt[d]. Vnde
etiam eſt quod generaliter conſtitutum
ſit, vt nouæ conſtitutiones ab ipſa prima
conceptione & Principis promulgatione
ſubditos non ligent[e]. Secundo quod di-
ctarum conſtitutionum verba ad hoc iu-
dicium pertinere non videantur; ſed tan-
tum ad illa iudicia, quæ D. Carolus Ma-
gnus in magna Saxonum adiacentiumque
populorum ruditate, & in aſſumenda fide
Chriſtiana duritie ac peruicacia, eaque
retinenda lubricitate, & commutanda ſeu
deſerenda facilitate, conſtituit & erexit:
conſtitutis clancularijs latrunculatoribus
ſeu Iudicibus, qui ſine ſtrepitu & figura
iudicij in male viuentes aut à religione
Catholica quoquo modo recedentes ex-
tra ordinem cognoſcerent & animaduer-
terent. Quorum iudiciorum & Iudicum
vſus in ſucceſſu temporum & abuſu, qui-
bus huiuſmodi poteſtas data erat, grauis
& pernicioſa eſſe inceperat; vt merito hu-
iuſmodi Principum conſtitutionibus, vti
etiam priuilegia, conſtringi & in ordinem
17 reduci debuerint. † Sed hoc iudicium
ſeu iuriſdictio iſta, quam Dominus Go-
ſuinus tuetur, eius generis non eſt: ſed eſt
ordinarium iudicium ſui dominij ac ter-
ritorij de R. in cauſis ciuilibus, Caſtro &
Curiæ ſuæ (vt habent dictæ antiquæ lit-
teræ) attinens eique annexum; quod di-
ctis conſtitutionibus non continetur nec
18 ſubijcitur. † Quod ſiue competat ex cō-
ceſſione ſeu priuilegio; ſiue ex conſuetu-
dinis ac temporis præſcriptione, ſic com-
petit, vt quicunque alius ſuperior, multò
magis qui ſuperioritatem quoad attinens
huiuſmodi iudicium nullam habet, ex-
cludatur. Nam cum alicui inferior, vel à
Principe, vel ex conſuetudine ac conſen-
ſu ſubditorum, datur iuriſdictio, ita illa
datur vt ſuperior & maior excludatur[f].
Præterea ſi aliquo modo hæc contro-
uerſa iuriſdictio prætactis conſtitutioni-
bus ab initio ſubiecta eſſe dici poſſet; at-
tendenda nihilominus eſt ſequentis tem-
poris

a l. minime. de legib.
b l. Si de interpretatione de legib.
c l. Arriani C. de haeret.
d Gloſſa in c. 1. de treuga & pace. bald. in authent. Omnes pere-grini C. com. de ſucceſſ. Alexand. conſ. 39. viſis & conſid. ratis vol. 5.
e In authen. vt factae nouae conſtitutiones.
f c. Cum contingat. & ibi Anto. de Butrio. de foro compet. gloſſ. in c. Paſtoralis de officio ordinarij.

poris ratio & conditio: hoc est huiusmo-
di iurisdictionis, non obstantibus his cō-
stitutionibus, continuatio, vel saltem re-
nouatio. † Neque cum ita ligant Princi- 19
pum constitutiones, quin noua consuetu-
dine legitime præscripta aboleri possint:
præsertim cum consuetudo ratione non
caret [a]; prout hæc in ea parte, qua nunc
oppugnatur, videlicet quoad homines
Cliuenses & Xantenses, ratione non ca-
ret, propter commoditatem habitantium,
quorum interest longius extra locum do-
micilij aliò in ius non vocari. † Cum 20
itaque exercitæ per tanta tempora huius
iurisdictionis exempla à supplicante pro-
ferantur, & ex prædictis nullum impedi-
mentum injiciatur, nec contrariæ posses-
sionis aut contrarij exercitij exempla ex
parte Illustrissimi Domini Ducis profe-
rantur; non admodum commouere debet
recordium seu certificatio Scabinorum de
Schermbeke abhinc paucis annis data [b].
nam cum illa sit confecta à proprijs Iudi-
cibus Illustrissimi Domini Ducis quos
propensis animis esse constat ad iurisdi-
ctionem suam ampliandam; & quod testi-
monia in huiusmodi certificatione com-
prehensa sint audita, parte aduersa & cuius
interest absente, & non vocata, quod iu-
re etiam in valetudinarijs aut absuturis
ad perpetuam rei memoriam testimonijs
vetitum est [c]; aduersus illa quæ liquidio-
ribus magisque indubitatis rationibus ac
modis ex parte Domini supplicantis pro-
feruntur, vires habere non debent: præ-
sertim quod de particularibus tantū qui-
busdam actibus atque articulis & non v-
niuersaliter de tota hac iurisdictione Do-
mini de R. loquatur; & quorum actuum
ius aut possessionem idem Dominus sup-
plicans non prætendit, videlicet in cri-
minalibus causis criminaliter mouendis.
Deinde minus huic posteriori certifica-
tioni tribuendum videtur, tum quod aliæ
de hac Illustrissimi Domini Ducis iuris-
dictione tam liberaliter non loquantur;
tum quod non obstātibus huiusmodi cer-
tificationibus ac testimonijs, vsus præta-
ctæ iurisdictionis Dominis de R. semper
integer permanserit. † Sic quod iure con- 21

[a] *Ant. de Butr. in c. fin. de consuetud. Gemin. in c. 1. de consti. lib 6.*

[b] *An. 1459. ipso die s. Seuerini.*

[c] *Authent. sed & si quis C de testibus. c. 2. & c. significauit: & ibi Felin. & alij. de testib.*

suetudinis & immemorialis possessionis,
de quibus superius multa in medium ad-
ducta sunt, Dominus supplicans omnino
in tutò versetur præsertim quod hæc pos-
sessio huiusmodi extraiudicialibus acti-
bus, & ad quos Domini de R. vocati non
sunt, minime interrumpatur ciuiliter aut
naturaliter [a] & quod à tempore præceden-
tium certificationum seu recordiorum [b]
Domini de R. hanc possessionem, quam
Illustrissimus Dominus Dux agnoscere
videtur, hucusque aut saltem vsque ad an-
num 1549. quo dicta posterior certifica-
tio, & testimoniorum receptio facta est,
tēpora longissimæ ac plenissimæ præscri-
ptionis decursa & lapsa sint: sic vt etiam
noua præscriptione, cessante anteceden-
tis temporis consideratione, eaque ante
annum 1549. absolute completa D. Sup-
plicans munitus sit; & ita quidem vt si in
recordio anni 1549. aliqua interruptio
constitui posset (quod admittendum non
22 est) nihil noceret: † non enim debet tol-
lere ius præscriptione acquisitum super-
ueniens interruptio [c]. Quæ omnia cum
applicari quoque possint iurisdictioni pu-
niendi ac mulctandi eos, qui in syluis sub
territorio de R. sitis cedendo peccant,
alijsq; plurimis quæ ex instigatione Of-
ficialium Illustrissimus Dominus Dux
controuersa partim iam nunc fecit, par-
tim facturus videtur, & in quorum lon-
gæua ac immemoriali possessione D. Sup-
plicans, eiusque prædecessores Domini in
R. fuerunt; minime necessarium videtur
de ijs quoque seorsum hic agere. Quam-
uis lite instituta, & præfato Illustrissimo
Domino Duce actoris partes sustinente
(vt in omnem euentum propter indubi-
tatam possessionem D. Supplicantis susti-
nere debebit) multa particulatim ad sin-
gula controuersiarum capita pro sustinen-
do bono iure D. Supplicantis proferri
poterunt: à quibus prolixitatis vitandæ
causa in hoc articulo deprecationis, con-
sultò abstinemus; firma spe & fiducia,
quod D. Supplicans apud Principem cle-
mentissimum Iustitiæ & æquitatis ama-
torem supplex factus impetrabit, quod ra-
tionabiliter postulabit.

[a] *Io. Franc. Balbus in tract. de præscrip. 6. partis principalis parte 2. q. 4.*

[b] *vid. lune anno 1478. & 1452.*

[c] *c. Auditis vers. Si tamen & ibi Panor. de præscript.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

Euocatio causarum Principi permissa.

1. Princeps etiamsi amplam potestatem habeat, non præsumitur tamen alterius iuri velle derogare.
2. Vagari nemo debet in perniciem alterius.
3 Princeps variare non debet.
4 6 Decretum reuocari potest.
5. Euocatio causarum Principi permissa est.
7. Euocatio quando sit permissa

CONSILIVM V.

NON omnino certam vel indubitatam Iuris resolutionem habere videtur, quod pro parte Illustrium Dominorum Hermanni Comitis de Nuenar; & Philippi Comitis de Horne mariti nobilis Dominæ VValpurgis à Nuenar; contra Marchionem Badensem, aut eius legitimos hæredes proponitur. An videlicet omnibus vltro citroque inter dictas partes actis abolitis, & cassatis, in eum statũ causa reduci possit, quo tempore sententiæ per Iudices Ducatus Lutzenburgensis anno Dom. millesimo quingentesimo vicesimo-sexto in fauorem dictorum Impetrantium latæ fuerant: & si illius obtinendi nulla superest spes, an saltem ad dictos Ducatus Lutzenburgensis Iudices per euocationem à Principe causa remitti possit? Si ne hoc quidem, num simplex, minimeque ad certum auditorium limitata euocatio obtineri possit? † Et sa- 1
ne ad retroactorum abolitionem quod attinet, etsi Principis plenitudine potestatis suæ vti, & abuti volentis, summa sit authoritas; nobis tamen, qui non tam in potestatem Principis inquirere, quã quid eum facere conueniat, & velle præsumatur[a], exponere constituimus, saluo semper in omnibus meliore iudicio, triplicis generis impedimenta occurrunt, quæ Principem hoc casu a retroactorum abolitione, cassatione, & reuocatione auersiorem & alienum factura videntur. Quæ primi generis sunt, ab ipsis Actoribus sumunt originem; alia ab ipso Principe; denique ac tertio, quædam cum ipso genere causæ sunt coniuncta. Etenim inter alia primi generis impedimẽta est illud, quod Actores seu Impetrantes omnia retroacta inde à definitiua per Iudices Ducatus Lutzenburgensis anno millesimo quingentesimo vicesimo-sexto, lata, vsque ad initia rescindentis iudicij coram Senatu Mechliniensi, anno millesimo quingentesimo quadragesimo-nono inchoata, olim euidenter approbauerint[b]. petita videlicet aduersus ea omnia in integrum restitutione; quæ non potest non eorum omnium, vnde & aduersus quæ restitutio pe-
2 titur approbationem continere[a]. † Quemadmodum vero Princeps non facile permissurus præsumitur, vt suæ quisque voluntatis inconstantia, in alterius perniciẽ, & detrimentum vagetur; quodque modo approbauit, mox aut quandocunque velit, iterum reprobet[b]. Ita valde metuendum est, ne Princeps Actoribus hoc casu omnium retroactorum abolitionem petentibus non acquiescet; eoque minus quod Reuisioni earundem actionum semel inchoatæ & institutæ, tanquam iure deficiente sponte & vltro renuntiauerint; & renuntiando rebus in dicto Concilio iudicatis indubitatam irretractabilemq; confirmationem, approbationem, & au-
3 thoritatẽ adiecerint[c]. † Ad cætera quod attinet, quæ inter partes litigantes in iudicio rescindente, coram senatu Parlamenti Mechliniensis hactenus sunt habita, qua ratione sperant Impetrantes Principem induci posse, vt aboleat, & in nihilum reuocet, quod Princeps ad eorundem Impetrantium fauorem & instantiam eis vnice & obnixe id petentibus, ægre tamen, nec sine magno & singulari beneficio permiserit, vt idem senatus, restitutis in integrum Impetrantibus, merita causæ principalis iterum ac de nouo cognoscenda susciperet. Neq; enim suis beneficijs, suæque potestatis plenitudine (vt aiunt) Principes temere vagari conuenit[d]; & quod semel æquum iudicarunt, id paulo post indicent iniquum. Sunt alia quæ Principem contemplatione rerũ à se prius in eadem hac causa gestarum à prædicta petita cassatione factura videbuntur alieniorem. Nam anno 1526. quando hæc lis à Iudicibus Ducatus Lutzenburgensis ex vna; & auditorio Cameræ Imp. ex altera, partibus, ad senatum Parlamẽti Mechliniensis per Principem plenitudine potestatis cum omnium retroactorũ irritatione est translata; tũ vtiq; Princeps hãc causam alio, & ad alium Iudicẽ transferri sub pœna prohibuit: omnib' modis videl. id agens, vt eadem causa semel vno tandẽ loco consistẽs, nõ amplius de alijs Iudicib' ad alios ambulãdo vagaretur & partes diutis-

a DD. ad l. Quod Princips. De constitutionibus l. ex facto. de vulg. & pupil.

b l. Pomponius scribit de negot. gest.

a l. si mulier. §. penult. De eo quod metus causa.

b l. 1. C. de petitio. bon. sub'a. d l. Pomponius scribit.

c Auth. ei qui. in fin C. de tempor. & reparatio. appellatio.

d l. Si quis aduersus C. De precib. Imp. offe.

habet rei pro præfatis Illustribus Dominis Comitibus bene gerēdæ occasionem: sed tamen nihil de ea non visis huiusmodi priuilegijs, seu promissionis literis definire volumus. Veremur enim ne angustius sonet huiusmodi promissionis tenor. Proinde sententiam nostram, donec instrumentum promissionis exhibebitur, ea in parte suspendemus, Illustrium Dominorum Comitum, & aliorum quorumcunque rectius sentientium, iudicio saniore semper saluo.

SVMMARIVM.

Superioritas, Subiectio.

1. 16. *Res eadem apud duos insolidum esse non potest.*
2. *Præsumitur res cuiusque libera.*
3. *Dominij intra fines quod est, præsumitur esse de eius Dominio.*
4. *Qualitatis diuersæ quæ sunt eodem iure, censeri non possunt.*
5. *Diuisa & separata, diuisam & separatam habent rationem.*
6. *Par in parem non habet imperium.*
7. *Monetam cudere cuius sit.*
8. *Principi supremo quæ reseruata sunt, non potest inferior exercere.*
9. *Allodialia bona non excludunt superioritatem.*
10. *Superiorem quilibet recognoscit.*
11. *Appellatio ad Superiorem deuoluitur.*
12. *Subditus quis dicatur.*
13. *Iustitiabilis qui est, talliabilis quoque est.*
14. *Resortus est ius primariarum appellationum, & differt à superioritate.*
15. *Relationes Iudicum sunt voluntariæ.*
17. *Augmentum quod est introductum non debet operari diminutionem.*
18. *Fama in probando imbecillis est.*
19. *Probationum imperfectarum coniunctio.*
20. *Fama in antiquis quid operetur.*
21. *Gabellas exigendi ius superioritatem arguit.*
22. *Subiectio superioritatem facit.*
23. *Liberalitas in necessitate non est.*
24. *Collatio temporanea in futurum non obligat.*
25. *Subditorum interest non mutare Dominum.*
26. *Præscriptio immemorialis temporis an exigat scientiam Domini.*

CONSILIVM VI.

ARDVA admodum & perplexa est causa, seu controuersia, quæ agitur inter Reuerendissimum Dominum Episcopum Leodiensem tanquam Comitem Lossensem; & generosum strenuumque virum Dominum Ioannem à Goer, Commendatorem Prouincialem Baliuiæ de Iuncis Ordinis Theutonici: de & super superioritate Dominij & loci de Gruytroede, in dicto Comitatu Lossensi sito; iureque, & potestate indicendi, superindicendi, ac à subditis dicti loci subsidia, oneraque alia dicto Comitatui superuenientia & imposita exigendi. Tam enim sunt vtrimque iuris, quod quisque prætendit probabilia argumenta, & rationes, vt seorsim inspecta apud vtrumque ius constituere videantur. Rursus inter se collata & composita, quod in rebus perplexis, ambiguisque interdum euenire solet[a], neutrius causam potiorem efficere dici possunt, & ideo vtrumque iure desti-

a l. Si quis de plur. hæ. de rebus dubijs.

1 tui. † Cæterum cum fieri non possit, vt solidum ius apud vtrumque sit[a], credibi- autem sit, apud alterutrum esse, inter se conferendæ sunt, quæ pro vtriusque iure faciunt, rationes, & quantum ponderis ac momenti singulæ habeant, expendendum: ita enim elucescet vtra pars pluribus rationibus, vtra paucioribus & infirmioribus subnixa, iustitiam & æquitatem non foueat. Quod quidem non admodum difficile forte esset, si quæ ad comprobationem iuris, quod vnaquæque pars se habere contendit, vtrimque allata sunt, vel in iure consisterent, aut in facto consistentia, indubitatam veritatem & certitudinem continerent; aut saltem consuleremur super causa in Iudicium deducta & peracta: Ita enim clare constaret, quid probatum esset, quid non. At nunc quia ex proposito nobis tractatu inter partes prædictas anno superiore ad concordiam ineundam citra iudicialem strepitum habito, deprehendimus aliqua esse quæ facti constitutionem continent;

a l. Si vt certo. §. Si duobus ff commod. l. 3. §. ex contrario de acquirend. poss. ff.

quæque negatione alterius partis dubia facta sunt [a]; non potest tam certa dari responsio. Hoc igitur solum nunc expendemus, quas vires habituræ essent, quæ vtrimque pro vtriusque iuris assertione proferuntur, rationes & facti circumstantiæ, si probatæ essent. Pertinebit igitur hoc nostrum responsum non tam ad litis totius definitionem, quam ad demonstrationem eorum, quæ in persecutione huius causæ maxime pro parte dicti Domini Commendatoris ad victoriam obtinendam vrgenda sunt, quæque ab aduersarijs obiecta negligi, & velut conniuentibus oculis sine periculo transmitti, dissimularique possunt; absolutam, certam, & processui seu liti accommodatam definitionem, interim dum causa iudiciali contentione ad finem seu conclusionem perducta erit, suspendentes. Vt igitur ad rem ipsam veniamus, hoc principio certissimum esse constituimus, tam ex allegatione Domini Commendatoris, quam Reuerendissimi Domini Episcopi confessione, Dominium loci de Gruytroede, iure feudi pertinere in solidum ad dictum D. Commendatorem; eique directum Dominum esse Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Coloniensem. † Quo constituto non hoc 2
solum apertissimum sit, D. Episcopum Leodiensem Dominij nullum ius aut partem vindicare posse in dicto loco de Gruytroede [b]; sed in ea causa quoque esse dictum Dominium, vt ex communi iuris præsumptione, nullo seruitutis iure eidem D. Episcopo sit obnoxium, nisi euidentissime id doceatur. Præsumitur enim res cuiusque libera à quacunque seruitute [c]. Cum itaque seruitutis species sit, superiorem agnoscere, aut indicta seu superindicta, collectas, & id genus alia onera seu ordinaria seu extraordinaria imperanti parere, fit vt ex præsumptione illa, secundum naturam composita, intentionis suæ fundamentum stabilitum habeat Dominus Commendator, aduersus Domini Episcopi allegationem; citra vllam aliam probationem. Et contra, idem Dominus Episcopus iuris sui quod prætendit, debeat adferre & probare causas, & rationes extra naturam rei propositas: ita vt non tam de iure, quod Domini Commendatori adest, hic quærendum sit; quam de non iure Domini Episcopi. Quod fiet commode si singulas causas & rationes, quæ pro iure D. Episcopi facere aliquo modo videntur, ostenderimus non concludere. † Accipiamus 3
igitur illud, vnde pro parte Domini Episcopi initium iuris desumi videtur; quod in eo collocant Dominium de Gruytroede situm esse in Comitatu Lossensi, & eo vndique cingi; ex quo ipso iure, præsumi volunt de eodem Comitatu esse quoque Dominium de Gruytroede: quasi quidquid intra fines, seu in circulo alicuius territorij aut Dominij inuenitur, censeatur quoque esse de eodem territorio, & Dominio, sapiens extremorum & includentium naturam [a]. Et proinde, quemadmodum Dominus Episcopus tanquam Comes Lossensis, superioritatem habet immediatam, & eidem superioritati annexam potestatem indicendi, & exactiones siue ordinarias siue extraordinarias constituendi in cætera loca vicina dicti Comitatus; ita quoque habere debeat in incolas & subditos Dominij de Gruytroede. Sed quam sit infirma hæc collectio, non tantum ex parte Domini Episcopi agnoscitur, verum etiam ipsa res satis quoque demonstrat. Nam præterquam quod pro Domino Commendatore ad illius destructionem allatum est, ex iure Regalium, Imperijque meri ac mixti, quo Domini Commendatores, eorumque auctores seu venditores vsi sunt & vtuntur, alia quoque quædam sunt, quæ hanc præsumptionem euidenter tollunt: veluti quod extremorum & circumiacentium locorum, non eadem sit conditio quæ loci de Gruytroede. Sunt enim vicina loca non tantum quoad superioritatem, subiecta Domino Episcopo; verum etiam quoad Dominium & proprietatem: hoc est, nemo alius vicinorum locorum Dominus est, præter Episcopum: sic vt hæc duo superioritas & proprietas in illis sint coniuncta, & alterum per alterum apud Dominum Episcopum esse videatur. At quoniam vt diximus, Dominium, & proprietas loci de Gruytroede, extra omnem controuersiam ad alium non pertinet, quam ad Reuerendissimum Archiepiscopum iure directo, & vtili ad Dominum Commendatorem, non potest esse eadem ratio medij & extremorum. Et hoc est quod ait Nicolaus Euerardi Præses [b], argumentum quod ab extremis ducitur, cessare cum ex-
4 tremorum alia inuenitur dispositio. †
Secundo quia in plerisque in Comitatu Lossensi subditi de Gruytroede in alia causa, quam quæ ex dictis locis dicto Comitatui sine vlla dubitatione subiectis oriundi sunt; veluti dum incolæ dicti Comitatus generali siue constitutione, siue consuetudine vetantur alter alterum per arrestum alio loco, quam quo forum sortiuntur, detinere; concessa

[a] l. post rem. & ibi Doct. ff. de transact.

[b] l. Si vt certo §. Si duob. ff. commodati

[c] l. Altius. C. de seruitut. & aqua & ibi gloss.

[a] Paulus de Castro & Socinus. in l. 1. ff. de acquir. poss.

[b] In locis Legalibus, in loco ab extremis per l. si paterfa. cum l. sequen. ff. de hered. instit.

cessa facultate arrestandi forenses seu alienigenas; quam consuetudinem obseruantes qui de Comitatu sunt debitores ex Gruytroede, in Comitatu quocumque loco deprehensos arrestant, & se si subditi loci de Gruytroede debeant sine contradictione detineri, si ibi deprehendantur, patiuntur. Deinde quod comitijs seu conuentu publico indicto vocentur, quotquot in eodem Comitatu aliquod Dominium habent, quodque eos concernant decreta comitiorum [a]: numquam tamen vocetur Dominus de Gruytroede. Item quod ius pulsandi campanam non habeat Episcopus ibidem, sicut in locis alijs vicinis. Quæ quatuor si probabuntur, procul dubio manifestissime arguent Dominium de Gruytroede non eiusdem iuris esse, quo cætera loca dicti Comitatus. Quæ enim potest esse maior diuersitas, quam quæ & in capite, & in membris cernitur. Quomodo rursus eodem iure censeri possent, quorum tam diuersa est qualitas [b]. † Cum itaque tam multæ sint 5
notæ, quæ diuersitatem & discrimen huius medij, & extremorum inducunt quoad eorum conditionem, quid mirum si iuris quoque non sit par causa, ex diuersis enim, separatisque non fit bona illatio [c]. Idque tanto magis, quod inter has ipsas notas, quædam sint, quæ non per indirectam & artificiosam tantum collectionem tendunt ad tollendum eam, quæ pro parte Domini Episcopi iam constituta est ex mediorum & extremorum connexione, præsumptionem; verum recta via, & directo præcludunt omnem viam ad dictam præsumptionem: quale est illud, quod obiter attigimus, de iure regalium. † Cum enim locus de Gruyt- 6
roede, non solum iure Dominij, sed etiam iurisdictionis, & superioritatis pertineat, ad Dominum Commendatorem, eiusque directum Dominium ad Archiepiscopum Coloniensem; illaque iurisdictio & superioritas non tantum in iure dicendo, aut aliquali imperio consistat, sed in illis ijsdem in quibus consistit, iurisdictio & superioritas totius Comitatus Lossensis; nec possit probabilis aliqua differentia inter has constitui, nisi forte quod potestas Domini Comitis per plura loca sit diffusa; quæ quantum ad Dominum Commendatorem, tantum ad vnum locum est astricta, (quod tamen specierum essentialem differentiam non constituit [d]) fieri non potest vt recte dicatur Dominus Episcopus ratione dicti Comitatus in

a l. de vnoquoque & ibi Doct. de re iudicata.

b l. Non codicillum C. de testam. l. Si id in C. de codicillis.

c l. fin de calumnia l. inter stipulantē §. sacram. de verb. oblig.

d l fin. de fundo instructo l Si is cui & quemadmodum seruit. amit.

Dominium de Gruytroede Imperium & superioritatem habere: quia par in parem
7 id non habet [a]. † Neque vlla potest esse præsumptio potestatem illam imperiumque à Domino Comite in Dominium de Gruytroede, in auctores Dominorum Commendatorum aliquando deriuatum fuisse: hoc est, Dominos Comites Lossenses pristinis temporibus transtulisse in Dominos Commendatores: ita vt eo respectu concessio huiusmodi intelligi debeat cum restrictione, vt saluum sit concedenti ius superioritatis. Nam huic præsumptioni repugnat tam lata potestas regalium, quibus se donatos probant Domini de Gruytroede. Inter ea enim quædam sunt quæ non nisi à solo supremo, non mediato aliquo Domino concedi possunt; veluti cudere monetam. Illius enim auctoritas & potestas apud solum Imperatorem est, & apud alium esse non potest, nisi vel ex concessione Imperatoris vel vsurpatione, seu vsu tanti temporis lapsu comprobato [c], vt in vim priuilegij transisse videatur [d], alioqui enim Principi
8 reseruata inferiori non acquiruntur [e]. † Cum ergo Dominus Comes inter eos Principes sit, qui superiorem, hoc est, Imperium Romanum seu Germanicum agnoscunt; non potest ea exercere aut facere, quæ Imperatori seu Imperio sunt reseruata [f]: & per consequens intelligi nequit Domino de Gruytroede concessisse ius cudendæ monetæ; quod ea potestas ad solum supremum Principem, eumque qui superiorem non agnoscit pertineat: & ipsemet Dominus Comes ab eo acceptum ferre debeat eam ipsam potestatem cudendæ monetæ, quam habet; qua non continetur facultas eandem alij concedendi: exemplo iurisdictionis mandatæ [g]. Quæ eadem accommodari possunt cæteris omnibus, quæ in litteris venditionis contenta, inueniuntur habere symbolum & indicium maioris potestatis, quam vt ei, qui non nisi similem potestatem habet, patiantur aliquo modo subditum esse, cum qui illam habet: veluti ius gladij, suprema infimaque iurisdictio, ius confiscandi, & inter cætera illud potissimum ius Imperij in terras & homines dicti loci de Gruytroede. Quæ omnia si non aliquid maius significant, quam simplicem iurisdictionem, non videmus quo referenda sint. Quamquam igitur verum sit quod pro parte Reuerendissimi Domini Episcopi adducitur, aliam adhuc esse superioritatem, quæ excedat potestatem, quam nunc diximus esse

a l nam magistratus de recept. arbit.

b l 1. & 3. & ib glos. C. de falsa monet. c Panorm in c. quanto de iureiur. nu. 6.

d Bart. & Ioannes de platea in rubric C. de veter. numis. potest. lib 11.

e l. hoc iure §. ductus aquæ de aqua quotid. & æstiua. c. super quibusdam § præterea de verb. sign.

f Panorm. in c. quod translationem de officio legati.

g Canonistæ in c. per venerabilem. & ut filij sint legit.

g l. vlt ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

esse Dominorum de Gruytroede: † nam 9
& allodialia bona, quæ libertatis signi-
ficationem & denotationem continent,
non excludunt superioritatem alterius[a];
† neque potest quisquam in hoc sæculo es- 10
se (vt ait Panormitanus[b]) qui non reco-
gnoscat aliquem superiorem: non tamen
ob id sequitur eam esse apud Dominum
Episcopum; sed ex generali iuris præsum-
ptione, si quæ maior & superior sit illa,
quam Dominus de Gruytroede siue dire-
ctus siue vtilis habet, apud solum Impe-
ratorem sit, quod is totius mundi Domi-
nus credatur[c], & imperet omnibus, nulli
vero pareat: cum è diuerso Comes impe-
rio parere debeat, & imperet tantum his
quibus vt imperet ipsi concessum est. Ex
quibus omnibus, alijsque quæ in dicto
tractatu ad ostendendum diuersitatem
Dominiorum seu locorum vltra prædicta
allata sunt, satis constare existimamus,
præsumptionem quæ ab extremorum cō-
iunctione composita est, non tantum hic
infirmam esse, sed & prorsus nullam.
Transeamus igitur ad alias Episcopi ra-
tiones. † Secundo itaque loco pro parte 11
D. Episcopi adfertur à sententijs Iudi-
cum de Gruytroede in ciuilibus causis
appellari ad suprema tribunalia dicti Co-
mitatus, & in criminalibus in nullum fer-
ri capitalem sententiam, nisi relatione ad
dicta tribunalia facta: ex quibus necessa-
riò existimant id fieri ratione superiori-
tatis; quia D. Comiti subiectum dicunt
locum de Gruytroede. Solet enim appel-
latio deuolui ad superiorem[d], & relatio
fieri ad Principem seu maiorem[e]. Si igi-
tur in iudicio appellatorio, Comes seu
illius Officiales cognoscunt de causis in-
colarum loci de Gruytroede, videtur ar-
gumentum esse subiectionis. † Subditus 12
enim is dicitur qui sub iurisdictione alte-
rius positus est[f]; & sic quidem subditus,
vt propterea cum alijs qui pleniore iure
subiecti sunt, exactionibus onerari possit:
vt recte consequi videatur † Quisquis iu- 13
stitiabilis est, idem quoque (vt aiunt)
talliabilis est[g]; quia ratione iurisdictionis
quis dicere potest terram esse suam[h]. Ha-
bet hæc collectio probabilitatis satis, vt
apparet: sed necessariò non concludit.
† Nam quod attinet ad Resortum hoc est 14
ius primariarum appellationum, ait Gui-
do Papæ[i], aliud esse Resortum, aliud es-
se superioritatem, eaque non semper co-
hærere; quia fieri possit, vt superiorita-
tem habeat, qui Resortum non habet; &
contra, vt quis in iudicio appellatorio
sortiatur forum apud eum, cui nullo iure
subditus est. Nam quid prohibet com-
muni consensu Incolarum de Gruytroede

a c. 1. de allodijs. in vsibus feudorum.
b In c. omnis anima de cens.
c l. deprecatio ad leg. Rhodiam de iact.
d l. 1. § Si quis in appellatione ff. de appella. c. vt debitus de appellat.
e C. de Relat. per totum.
f Panorm. in c. Significasti. de foro competenti.
g Chassanæus ad consuet. Burgundiæ tit. des Iustices & droicts § 4. In verb. & sur les hommes subiects.
h Felyn. in c. examinata, de iud. Cardinal. in Clement. 1. de Iudæis.
i Decis. 518. & 551.

effectum esse, vt propter maiorem aucto-
ritatem tribunalium D. Comitis; item
propter locorum vicinitatem, vltrò quo-
ad Iudicum & appellationum cognitio-
nem tantum, se illis subiecerint[a]; in cæ-
teris omnibus iure suo saluo. Consensisse
enim in iudicem non hoc statim trahit se-
cum, vt iudici in alijs quoque articulis
videatur subiectus, qui sic consensit. De-
inde ad eam superioritatem ex qua ius in-
dicendi seu collectandi descendit, pa-
tiendum seu agnoscendum, non est satis,
esse iustitiabilem, seu in alta alicuius Iu-
stitia, nisi quoque alia ratione ius superio-
ritatis nitatur: hoc est, nisi personæ sint
ipsius superioris. Vnde decidit Chassa-
næus[b], quod qui sola iurisdictionis ratio-
ne subditi sunt, in reliquo franci & liberi,
quoad illud non debeant supponi oneri-
bus, grauaminibus, & impositionibus,
quibus grauantur, qui pleniore iure sub-
iecti sunt; tunc præsertim cum pro huius-
modi iurisdictione nullum præstatur ho-
magium, seu fidelitatis sacramentum[c]:
quemadmodum certò constat, neque Re-
uerendissimum D. Archiepiscopum, ne-
que D. Commendatorem, nec denique
subditos loci, de Gruytroede vnquam id
præstitisse. Quæ quidem in hac causa tan-
tò magis recipienda sunt, quod dicatur
id pluribus non tantum pagis, verum et-
iam ciuitatibus accidere, vt appellatio-
nes eorum deferantur etiam ad eos qui-
bus nullo iure subiecti sunt. Ita vt ex iu-
re, quod moribus introductum est, hunc
articulum definientes, dicere quoque li-
ceat, deuolutionem appellationis, non
continere consequentiam superioritatis:
Solet enim data instantia tolli conse-
15 quentia[d]. † Quæ eadem multò maiore iu-
re transferre licebit, ad relationes, quæ
ex mera iudicum voluntate initium tra-
hunt, & non nisi à volentibus fiunt. Ni-
hil enim aliud est relatio, quam consilij
petitio[e]; quod acceptum vt nemo cogitur
sequi[f], ita nec ab initio id petere. In sum-
ma ergo, quod Iudices subditique dicti
Dominij, pro maiore securitate & tran-
quillitate, & vt ad procul distantia tri-
bunalia confugere non esset necesse, spon-
te sua fecerunt, non oportet vltra eorum
intentionem ad alium casum trahere[g].
Tertio quod pro iure D. Episcopi allega-
tur de pace dominorum viginti duorum
Leodiensium quod eam agnoscant quoq;
subditi de Gruytroede, tantum non habet
momenti, vt nos remorari debeat. Nam
principio constanter id negatur, & super
16 eo articulo peculiaris pendet lis. † Dein-
de sine præiudicio veritatis, eo admisso
dicimus, quod ea pax non est propria Co-
mitatui

a l. 1 & 2. ff. de Iudic. l. Episcopale C. de Episcop. audientia.
b d. § 4. in verb. & sur les hómes num. 5.
c Chassanæus loco supra citato num. 5.
d l. Rem. C. de rescind. vend. & gloss. in c. Sicut vrgeri 1. q. 1.
e l. 1 in verb. nostram consulat scientiam. C. de relationib.
f l. 2. ff. mandati.
g l. Cassius, de solut. cum simil. bus.

mitatui Lossensi; cum etiam ad Leodiensem patriam pertineat, & proinde ex eo nequit colligi stabile argumentum superioritatis Comitatus Lossensis: alioqui enim eadem ratione ad ditionem & territorium Leodiense referendum esset Dominium de Gruytroede: quod fieri non potest, propter regulam naturalem, quæ vetat eandem rem eodem modo & iure ad plures in solidum pertinere[a]. 17 † Præterea concesso quod viginti duumuiri, ad quos pertinet ius & auctoritas defendendæ pacis aduersus Principis & nobilium olim plus æquo vexantium, & in vincula trahentium subditos indicta causa concussionem, eam quoque potestatem habeant in homines de Gruytroede; non tamen ideo sequitur, Domino Episcopo, aduersus quem partim tendit hæc pax, ex eo posse maius ius sibi arrogare in subditos: ne quæ pro iuuandis, & à libidinoso imperio eximendis subditis constituta est, pax & pacis publicæ auctoritas ac protectio, Principi seu Comiti aduersus subditos aliquanto plus iuris ac imperij adijciat. Quæ enim ad subditorum ius augendum introducta sunt, absurdum esset ea diminutionem operari[b]. Cum itaque D. Episcopus ne quidem in ipsos qui sunt indubitate de Comitatu Lossensi, ex hac pace superioritatem aliquam habeat aut iurisdictionem, sed sit ipsemet huic paci subiectus multo minus in alios qui vel vere Comitatui non subsunt, vel an subsint dubitatur, habere vel exercere potest. 18 † Quarto famæ allegatio vt in genere imbecillis est, ad probationem eius, quod proponitur[c]; ita longe minus in hac causa, quæ tot contrarijs præsumptionibus, & varietate conditionum adiuuatur, vires suas exercebit. Præsumptio enim quæ in semiplena per famam probatione latet, contraria præsumptione, & potissimum veritatis probatione, tollitur[d]. 19 † Certe adminicula quibus hanc famam adiuuare contendunt, & imperfectionem eius supplere[e], non sunt in hac causa tanta, quin vt prius ostendimus, ea adminicula in se plane corruant, & per se ne semiplene quidem probationis vim contineant: quo casu plurium probationum imperfectarum coniunctio, ne quidem vnius perfectæ vim & potestatem habet: maxime quæ non vnius generis sunt, & quæ singulæ per se vere probationis nunquam, sed tantum præsumptionis effectum complectuntur. 20 † Et quamquam à plerisque admittatur, famam in rebus antiquis, & de quarum origine dubitatur, si excedat tēpus centum annorum, facere plenam probationem[f]: quia tamen id non est verisimile tanti temporis probationem de fama pro parte D. Episcopi adferri posse, ob ea quæ in sequenti articulo dicemus; non potest illius aliquis in hac causa vsus esse.

a d. §. Si duobus.

b l. Legata inutiliter ff de admin. legatu l. quod fauore. C. de legibus.

c Bart. in l de minore, §. tormenta ff de quæstio. Iason in repetitione l. admonendi ff de iureiur. num 201. cum sequent.

d l. Cum de indebito de probatio. l diuus ff de in integr. restit. c. ex literis de probat. c. in nostra de testib

e Bald. in d. l admonendi vers. his præmissis quæro verum duæ semiplenæ, & Iason ibidem num 204.

f Gloss. & Doct. in l. At cum natiua § cum me absente. de ... ff ... de ... in c. quod per ... verbor. sign. ... conf. 268. volu. 2. & conf. 83. volum. 3.

21 † Quinto allegatur pro Reuerendissimo D. Episcopo satis conuinci ius superioritatis in Dominium de Gruytroede quod D. Episcopo tanquam Comiti Lossensi subditi dicti Dominij soluant collectas, ceterasque pro tempore siue ordinarie, siue extraordinarie indictas exactiones: in qua allegatione plus momenti est, quam in cæteris præcedentibus. Nam ius exigendi gabellas, collectas, ceteraque similia arguit imperium, & superioritatem ac quod villa seu locus sit, de illius territorio & iurisdictione, cui illa soluuntur.

22 † Per obedientiam enim in parendo huiusmodi mandatis, acquiri solet subiectio, & ex subiectione superioritas[a]. Sed quia hæc allegatio controuersa est, & continet totius controuersiæ, quæ inter partes prædictas orta est, materiam; non potest id ipsum, de quo quæritur, in sui probationem adferri. Non enim tam quæritur nunc an Reuerendissimus D. Episcopus superioritatis ius habeat in subditos de Gruytroede, quam an habeat ius collectandi. Ad quod si respondeatur habere, quia superioritatem habet, aliunde erit
23 petenda probatio superioritatis. † Sed vt concedamus posse saltem ad alias causas ius superioritatis, ex dicta collectarum & contributionum exactione probari; nihilo tamen magis inter has partes sufficiet pro solido fundamento huiusmodi allegatio, propterea quod qualiscumque contributio hactenus præstita credi debeat à subditis Dominij de Gruytroede vel in summa necessitate facta, vel ab inuitis extorta. Quorum prius hoc facit vt non censeatur fuisse spontanea, & animo sese obligandi in futurum voluntas dictorum subditorum sic contribuentium. In necessitate quippe nemo liberalis est[b]; sic saltem vt quamuis scienter indebitum soluens donare intelligatur; liberalitas tamen hæc aliam interpretationem recipere non debeat, quam vt minimo damno illi constet[c]; ne vlterius facta existimetur quam ex actus gesti necessitate inducitur[d]; & proinde quamdiu spontanea fuit voluntas ob communem necessitatem; hoc est ob bella, quibus Comitatus premebatur, & à quibus immunis esse non poterat locus de Gruytoerde, ob repentinas militum incursiones, eius quod contulerunt, potuit esse donatio; sed ex eo solo in futurum nulla constitui potuit ob-
24 ligatio[e]. † Respondit quoque Socinus[f]. imminente necessitate, si Dominus sub-

a Per ea quæ habentur & notantur per Bart. & Bal. in l. 3 C. de natu. liberis. Bart. in c. 1. de pace tenen. Canonistæ in c. Super quibusdam. §. præterea, de verb. sign. c. omnis anima. de censib. Alex. conf 43. n. 3. volum. 1. Mari Socinus conf. 187. vol. 2.

b l. Rem legatam de Adimend. lega & Doct. in l. 2 ff. Si certū petatur.

c l. D. Pius de reg. iur.

d l. 1. §. Si quis hoc & ibi Bart. de itinere, actuq; priuato.

e l Creditor C. de vsur. l. quod de bonis §. non idcirco ff. ad l. falcid. l. voluntarie. C. de excusa. tuto. l. Solent. § fin. & ibi gloss. ff de officio procōs.

f d conf 187. volu. 2.

ditos defendere nequit, aliqua ratione posse se subijcere Domino vicino, vt suas vires quæ solæ hosti obiectæ, non sufficerent, illius viribus adijciant: at ex eo in perpetuum id nocere subditis, vel Domino auferre ius superioritatis, nec ratio nec æquitas permittit. Alterum vero tam in se continet vitium, vt nec ipse Episcopus ex eo capite præsumatur velle sibi ius superioritatis asserere: cum tamen verum sit, & satis probetur per aliquot recusationes nequaquam admissas, plurimas protestationes, diuersis vicibus factas, Et denique per litteras priorum Episcoporum testantes contributiones de facto exactas, non futuras præiudicio, si iure ad id non tenentur subditi de Gruytroede, Dicimus ex coacta exactione voluntariæ collationis, subiectionis, & obedientiæ, nullam esse præsumptionem. Sane quod nouissimo loco aiunt hanc potestatem collectandi seu ius superioritatis sine dubitatione pertinere ad Episcopum ex præscriptione longissimi temporis, præcedenti articulo admodum cohæret, & iisdem fere rationibus reijci potest. Principio enim violenta illa, & præter ius facta, aliquot nouissimis annis exactio, non debet venire in numerum & accessionem annorum. Vis enim malam fidem continet, quæ præscriptionem decurrere non patitur[a]. Neque item priores illi, & antecedentes, qui cum ex sola voluntate soluentium, & nullo iure recipientium habeant solutionem collectarum, titulo carent, & ideo destituuntur præcipuo fundamento præscriptionis[b]. Deinde impedita fuisse initia præscriptionis multis rationibus conuinci potest. 25 † Primo quia vt subditorum interest non mutare Dominum[c]: ita quoque Domini interest, ne subditi se alij subijciant sine suo consensu[d]: sic vt eo inuito, ne quidem prorogare possint iurisdictionem aut superioritatem alterius. Cum ergo vsucapio præscriptioque speciem alienationis contineat[e], hoc quoque sequi videtur, non potuisse dictos subditos in præiudicium Domini sui fal-

a c. mala fidei de reg. iur. in 6.
b c. Auditis. de præscript. & ibi Panor. in colum. 7. in vers. Item sicut & Felyn nu. 1.
c Imola in c. olim 3. de rest. spolia. Bald. in c. licet causam. de probat.
d Panor. in c. ex transmissa. nu. 2. & 3 de renuntiation.
e c. l. Alienationis de ver. signif.

tem directi hoc ignorantis, pati hanc alienationem. 26 † Et quamquam plerique dicant[a] (renitentibus alijs) in præscriptione tanti temporis, cuius initij non exstat memoria, non exigi scientiam Domini seu superioris, in cuius præiudicium tendit huiusmodi exercitium superioritatis in alieno territorio: tamen quia pro parte Domini Commendatoris negatum est, Dominum Episcopum immemorialis temporis præsidio munitum esse, magnopere curanda non est huiusmodi allegatio. Quando itaque tam multa concurrunt pro iuuanda intentione Domini Commendatoris, & omnibus ijs quibus suam intentionem astruit Reuerendissimus Dominus Episcopus Leodiensis occurri potest, probatione, partim eorum quæ supra in facto proposita; partim quæ in tractatu in medium allata, & à nobis propter nimis manifestam eorum rationem prætermissa sunt: merito ab hac lite discedere debet Reuerendissimus Dominus Episcopus, & suis finibus, quibus satis late imperat, contentus esse, & quod alterius est, minime occupare[b]. Et contra iusta videtur, Domini Commendatoris causa, dum laborat subditos suos, quos fæliciter agere sua interest, eripere tandem ab hoc seruitutis quodammodo onere. Qua autem ratione hactenus tutati sumus ius Dominij de Gruytroede aduersus Dominum Episcopum, quoad ius exigendarum collectarum: eadem dicimus decidi posse secundam litem Domini Commendatoris, quoad pacem viginti duorum superius tactam: quod scilicet ei non subsit; ex eo quod ea teneantur & astringantur, qui sunt de patria Leodiensi, & ditione comitatus Lossensis: sub quarum priore, ne quidem Dominus Episcopus dicit esse Dominium de Gruytroede; sub altera vero etsi asseratur, non esse tamen constare satis arbitramur ex superius dictis. Sic vno labore respondentes ad duarum litium seu controuersiarum conditionem & statum.

a vt per Alexand. cons. 16. in 3. vol. nu. 18.
b l. Consulta Diualia C. de testam.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Ignorantia nouarum Constitutionum.

1. *Leges ignorare non licet.*
2. *Ignorantia statutorum excusat.*
3. *Statuta noua an ligent forenses?*
4. *Publicatio statutorum quando liget?*
5. *Obliuio ex temporis lapsu facile inducitur.*
6. *Aluminis negotiatio libera est.*
7. *Licitæ rei operam dans non peccat.*
8. *Lata culpa est ignorare quod vulga scitur.*
9. *Ignorantia quæ excuset?*
10. *Palam quæ fiunt bona fide fieri dicuntur.*
11. *Deferenti se parcitur.*
12. *Ignorantia quando iuramento probetur?*

CONSILIVM VII.

SVPPLEX libellus qui pro Domino Ioanne Angelo N. mercatore Mediolanensi Antuerpiæ residenti pro obtinenda à Serenissima regia Catholica Maiestate, siue abolitione, siue indulgentia, aduersus Procuratoris generalis iam cæptam accusationem, conceptus est; summa ratione nititur, vt supplicanti pœnæ, quæ petitur, venia tribui debeat. † Ad quod imprimis mouere 1
debet Ordinationis, seu Constitutionis suæ Maiestatis, iusta & probabilis ignorantia; quæ etiamsi facile non admittatur, quoad leges & constitutiones iuris communis, & in corpore iuris redactas[a]: facillime tamen recipitur in exorbitantibus, præsertim nouis extrauagantibus Constitutionibus; tunc potissimum, cum publice, & velut in albo Prætoris proscriptæ, &, vt nunc in vsu est, impressæ non exstant. † Vt & statutorum legum- 2
que municipialium ignorantia facile excuset[b]; tunc saltem quando ignorantia minime affectata, & omnino improbabilis non est[c]: cuius argumenta plurima in proposito facto occurrunt. Et quidem primum ex eo, quod supplicans sit forensis, non huius nationis aut patriæ homo, quo in hac patria residente huiusmodi Constitutio seu Ordinatio publicata non est; ita vt ex eius absentia, & residentia in alio loco, iustum initium probabilis ignorantiæ constitui possit † Inde enim 3
est, quod nouæ leges & statuta, quia localia sunt, & exteros ita non constringunt, forenses non ligent, quamdiu iustam, & non affectatam habent eorum ignorantiam[d]: cum & nouæ Constitutiones etiam ipsos subditos non constringant, nisi elapso bimestri ab illarum promulgatione[e]: quasi scilicet interea præsumatur scientia in subdito & incola superuenisse. Et quamuis forenses in loco

a l. leges. C. de legibus l. constitutiones C. de iuris & facti ignor.

b Expressus tex. in l. vlt. ff. de decret. ab ord. fac. c. ut animarum, de const. lib. 6. l. vlt. § l. cat. d. publica & vectig. c Franc. de arct. cons. 11. procedendum est. Carol. Molin. in tract. De vsu. quæst. 99. num. 743.

d l. vlt. d. c. Vt animarum.

e In Authen. Vt factæ nouæ Const. §. 1. Bart. in l. omnes populi n. 37. De iust. & iur. Panor. in c. cognoscentes. de constitu.

nouæ Constitutionis seu statuti residentes perinde ligentur, vt ciues, & subditi originarij; quasi propter residentiam forum sortiantur, & sic perinde statutis subijciantur[a]: probabilior tamen est in illis, quam in originario ignorantiæ allegatio; præsertim vbi forensis lingua alia vtitur, & linguæ seu idiomatis, quo Constitutio promulgata est, peritiam non habet; vt contingit in proposito; Est enim hæc constitutio, de qua agitur, lingua Flandrica, cuius peritiam supplicans non habuit, promulgata; non Gallica, aut
4 Italica. † Secundo, quod hæc Constitutio, seu noua Ordinatio, vt superius attigimus, non sit, vt plurimæ aliæ typis impressorijs diuulgata, nec in loco publico proscripta ac relicta[b]; sic quod ex vnica pronuntiatione, seu promulgatione voce Præconis, aut Apparitoris facta, non facile præsertim in alterius gentis hominibus superinducatur factæ promulgationis scientia; cum vox Præconis ple-
5 rumque paucis innotescat[c]. † Tertio quod iam longissimum tempus sit elapsum à dictæ constitutionis prima publicatione; quæ fuit facta Anno 1544. penultima Augusti; & longum à renouatione seu repetita illius promulgatione; quæ fuit facta Anno 1563. ita vt facile potuerit eius scientia in obliuionem ire, etiam ijs, qui
6 scientiam illius aliquando habuerunt[d]. † Cuius ignorantiæ probabilitas quoque ex re, & materia ipsa desumitur: quod scilicet hæc prohibitiua Constitutio sit de re, quæ neque iure, neque natura prohibita, aut de genere illicitorum est. Quippe libera est venditio & negotiatio aluminis, & nullo iure prohibetur; nec alumen est inter res, quæ vendi, emi, exportari, aut importari iure communi pro-
7 hibentur[e]. † Iam vero receptum est facillime præsumi ignorantiam, & illius allegationem recipi, tum cum versatur circa prohibitionem eius, quod per se neque

a Castrens. in d. l. omnes populi, in pr.

b l. sed et si pupillus §. de quo palam ff. de Instit. actione.

c Auth. qui semel C. quomodo & quando iudex sententiam.

d l. peregre ff. de acquir. possess.

e l. 1. & seq. quæ res vend. non poss. l. 1. & 2. quæ res exportari non debeant.

que turpe, neque probrosum, neque iure communi vetitum est[a]. Excusari quippe solet, qui rei licitæ operam dando, casu & præter suam intentionem in delictum aliquod incidit[b]. Neque enim ignoranti contemptus aut dolus aliquis constitui potest, sine quo nec contrauentio, aut contrauentionis pœna vlla infligẽda est[c]; & ad summum duntaxat culpa; sed non lata, quæ dolo proxima est. † Illa enim 8
duntaxat est in ignorantia eius, quod omnes, seu vulgo passim alij sciunt[d]; quæ in homine alterius regionis non facile constituitur. Quibus accedit quod huius Constitutionis vsus publice ita exercitus non fuerit; sed a prima sua publicatione in desuetudinem, obliuionemque abierit: sic vt noua publicatio ex longiore interuallo fieri debuerit, non tantum in prædicto anno 1563. verum etiam statim postquam per occasionem huius venditionis & negotiationis aluminum per supplicantem bona fide libere factæ, exigendæ pœnæ splendida occasio oblata fuit, qua publicationis repetitione nihil opus fuisset, si huiusmodi Constitutionis scientia, seu notitia publice habita, vel illa in viridi obseruantia fuisset: cum alioqui lex corpori Iuris inclusa semper censeatur esse in viridi obseruantia[e]. Et sane tam abstrusa, & impedita fuisse dicitur huius Constitutionis notitia, quod supplicante, post admonitionem de hac re, occasione dictæ venditionis ei factam, requirente inspectionem, aut editionem huius Constitutionis seu Ordinationis, illa nusquam Antuerpiæ inueniri, aut per eos, ad quos cura obseruationis huiusmodi ordinationum pertinet, supplicanti ostendi potuerit. † Id enim quilibet ig- 9
norare probabiliter potest, quod ignorant cuiusque municipij capita, aut Magi-
10 stratus. † Probabilitatem huius ignorantiæ intendit, quod supplicans palam & aperte hanc negotiationem exercuerit, & venditum alumen publicæ ponderationi subiecerit. In eo enim quod palam fit, bonæ fidei, non malæ fidei, malitiæ,
11 aut calliditatis præsumptio cadit[a]. † Quæ bona fides apertius deprehenditur ex eo, quod supplicans pro parte Procuratoris generalis seu Commissarij per dictam Constitutionem deputati, de hac negotiatione interrogatus, ingenue & sine scrupulo, etiam specificata quantitate, & modo declarato, confessus sit, & sic in effectu se ipsum detulerit, sine tamen delicti conscientia. Vt merito hac in re ei indulgeri debeat; sicut iure communi indulgetur ei, qui se ipsum vltro defert, & sic sponte confitetur[b]. Quarum omnium circumstantiarum concursus merito per se sufficere potest ad plenam ignorantiæ probationem[c]; † præser-
12 tim supplicantis accedente (vt offert) iuramento; cuius adminiculo tradunt ad vnum omnes, sufficientissime probari ignorantiam siue statuti siue ordinationis in re in suo genere permissa, & minime illicita[d], & in qua allegans & iurans ignorantiam, iuris communis præsumptionem contra se non habet[e]: cum iuramentum ipsum etiam adiuuetur ex generali iuris præsumptione; quod in dubio ignorantia potius, quam scientia præsumatur, in his quæ sine dolo, & delicto in suo ge-
13 nere fieri possunt[f]. Atque ita vt sponte confitenti parcendum est[g]; ita multo magis erranti imprudentiæ venia danda[h]; & liberandus solutione vectigalis, quod per huiusmodi ordinationem impositum est[h].

a gloss. Philip. Franc. nu. 8. & aly. in d. c. vt animarũ.
b l. Item si obstetrix in fin. cum duabus seq. ff. ad l. Aquiliam.
c Felin in c. quoniam contra falsam in vlt. nota. de proba.
d l. lata de verb. signif.
e l. Arriani C. de Hæreticis.

a l. cum ipse C. de contrahend. empt. l. 2. §. tutor. ff. pro empt. l. vlt. ff. de ritu nupt. l. non intelligitur. in prin. de iure fis.
b l. edicto in prin. de iure fis.
c Panor. & aly in d. c. cognoscentes.
d Decius in d. c. cognoscentes num. 18. Alex. cons. 71. vol. 1. nu. 2. & 5.
e Bart. in l. 1. §. non autem ff. si quis test. liber esse iussus fuerit. Salic. in l. Senatus consulto. C. de his qui sibi ascri. in testam.
f d. l. edicto.
g l. senatus de iure fis.
h l. vlt. §. licet ff. de publica. & vectigal.

S V M M A R I V M.

Forum competens.

1. *Iudicium quisque sortitur regulariter apud suum Iudicem, sed ex priuilegio interdum variat.*
2. 4. *Collegistæ coram collegij magistris conueniendi.*
3. *Exactores publici vbi conueniendi si excedant.*
5. *Fideiussor seu promissor euictionis ibi conueniri potest vbi reus principalis.*
6. *Defendere qui promisit vbi defendere debeat.*
7. *Causa priuatorum si dependet à causa fisci coram procuratore Cæsaris agendum est.*
8. *Magister collegij in quibus causis ius dicat in collegistas.*

CONSILIVM VIII.

CERTVM est † quod quamuis quisque apud suum Iudicem conueniri 1
debeat[a], nonnunquam tamen eueniat vt ratione priuilegii apud extraordinarium Iudicem quis in ius vocari possit[b]: siue id respiciat fauorem eius qui in ius vocatur, siue non. Ideoque apparitores magistri

a l. 1. C. de iurisd. omnium iudicum.
b l. 1. C. de dilatio.

gistri militum, apud magistrum conue-
niuntur [a]: & palatini coram alio quam
Comite sacri Palatij tam in criminalibus,
quam pecuniarijs non conueniuntur [b]. † 2
Quemadmodum & qui collegio alicui
addicti sunt; veluti Pistorum, Fabrorum,
Mercatorum, aut simili, recte coram præ-
fecto suo Iudice, aut magistratu collegij
conueniri possunt; denegata facultate de-
stinandi, & causam ad ordinarium Iudi-
cem auocandi [c]. † Vnde etiam constitu- 3
tum est, quod si officialis seu apparitores
publici in suo officio delinquant per exa-
ctiones, super exactiones, vel concessio-
nes, non possint Iudicis sui quem speciali-
ter habent, iurisdictionem declinare [d].
Atque ita quando proponitur Philippum
C. sub simulatione magisterij syluarum
Regiæ Maiestatis, à Ioanne L. quod canes
eius venantes in sylua deprehensi fuerint,
exegisse mulctam trium sextariorum aue-
næ, promissa impunitate, indemnitate, &
garandia consequens est, quod si quæra-
tur de actione siue ciuili, siue criminali
aduersus dictum Philippum propter di-
ctam indebitam exactionem simulato ma-
gistratu factam; huiusmodi actio proponi
debeat coram Iudice quæstionibus sylua-
ticis per Regiam Maiestatem præfecto.
Idque tanto magis quod idem Philippus
tempore huiusmodi exactionis inter appa-
ritores seu officiarios syluarum fuisse di-
catur [e]. Verum an idem Philippus coram
eodem Iudice syluarum seu forestæ per
dictum Ioannem postea ad instantiam ve-
ri magistri forestæ condemnatus ad ordi-
nariam mulctam conueniri de garandia &
indemnitate possit, maiorem habet dubi-
tationem: ob id quod huiusmodi actio
syluatica esse non videatur; † & sic quem- 4
admodum qui de collegio aliquo sunt,
coram Magistris & Rectoribus collegij,
iudicio stare compelluntur duntaxat in
causis, quæ ad artem seu actus collegij
pertinent [f]; quia scilicet extra illa non ha-
bent iurisdictionem [g]; Ita quoque non vi-
detur hæc causa promissæ indemnitatis ac
impunitatis, & in casum contrarium ga-
randiæ pertinere ad cognitionem magistri
forestæ; non magis quam si tertius aliquis
huiusmodi garandiam promisisset. Verum
rectius rem propositam expendendo, di-
cendum est contrarium. † hoc enim ve- 5

a l. Eos C. de apparitor. magist. milit. lib. 12. l. eos C. de offic. magist. milit.
b l. Veres C. de pala. sacra Largitionum lib. 12.
c l. fin. C. de iurisd. omnium Iudicum.
d l. 2. C. vbi quis de curiali aliane conditione.
e d. l. Eos.
f Bart. in d. l. fin. C. de Iurisd. omnium Iudic.
g Bart. in d. l. fin. Aret. cons. 33. consultatio præmissa nu. 1.

rum est hanc Philippi promissionem de
garandia, impunitate, & indemnitate si-
milem ac proximam esse promissioni eui-
ctionis; ob quam si emptor in ius vocatus
per dominum, litem denunciet promisso-
ri, & promissorem ad garandiam ac defen-
sionem vocet [a], non poterit venditor aut
promissor forum, vbi lis aduersus empto-
rem instituta est declinare, & causam ad
6 suum ordinarium Iudicem auocare [b]. †
Qui enim alium defendere promisit, ibi
defendere debet, vbi conuenitur is cui
promissio defensionis facta est [c]: & non
tantum ibi defendere debet; verum etiam
re euicta, aut condemnato eo, cui garan-
dia promissa est, eodem loco Iuri stare de-
bet aduersus eum, cui promissa est garan-
dia, si indemnitatem seu interesse ab eo
petat [d]; licet alioquin in alia causa eo lo-
co iudicio stare non debeat. Est enim hæc
garandia lis velut sequela prioris litis, in
qua condemnatus est cui garandia promis-
sa est. Cui simile est quod tradit Baldus [e],
quod fideiussor, qui pro Reo condemna-
to soluit, possit implorare officium Iudi-
cis maleficiorum, vt conseruetur indem-
nis ab eo pro quo fideiussit: quia venit in-
cidenter in eodem officio ac iudicio per
7 modū sequelæ. † Et quod ait Bartolus [f],
si quæstio priuatorum dependet à causa
8 fiscali, Procurator Cæsaris erit Iudex. †
Sicut etiam Rector collegij, seu præposi-
tus artificij, non tantum habet iurisdictio-
nem in causis directe & proxime artem
collegij concernentibus, verum etiam in
dependentibus ab ijs & connexis. Cum
itaque materia actionis, quam ex capite
garandiæ ac promissæ indemnitatis ad-
uersus Philippum instituit Ioannes de-
scendat ex actu syluatico; idque duplici-
ter tam ex parte Ioannis, cuius canes con-
tra prohibitionem venati dicuntur; quam
Philippi, qui assumpto & simulato nomi-
ne magistri forestæ, indebite mulctam ex-
egit seu super mulcta transegit; dicendum
omnino est Iudices seu præfectos sylua-
rum & forestæ competentes esse Iudices
in hac causa; nulloque iure præfatum Phi-
lippum prouocasse ad Cancellariam Bra-
bantiæ, à decreto dictorum Iudicum, quo
reiecta declinatoria exceptione Philippi,
idem Philippus iussus est respondere li-
bello & litem contestari.

a l. Si plus §. mota de euictio. vlt. de empt. & vendit.
b l. venditor de Iudic.
c l. 1. C. vbi in rem actio. exerceri debet.
d l. minor in fine prin. de euictio. Castren. in d. l. venditor n. 4.
e in l. Cum vendente C. de causa fiscales.
f in l. Cum eorum C. de sentent. & interloc.

SVMMA-

qui fiscum nō per legionem, sed cognatos tantum excludit[a]. Et quamuis hi à plerisque sic concilientur[b], vt Papinianus de capitis damnato milite loquatur quasi in eo plus iuris fiscus habeat, eique cognati ad quintum vsq; gradum duntaxat præferantur, non etiam legio aut vexillatio[c]. Vlpianus vero de non dānato, in quo ius fisci ob crimen aliquod nullum est, vt idem etiam apertius rescripsit Constātinus Imperator[d], hoc tamen verum manet, vt quemadmodū cum damnatus est miles ob eius statum, & conditionem obnoxius efficiatur fisco, qui ob id legione potior est; ita quoq; in proposito, quia militis Bastardi is est status & conditio, vt propter defectum natalium fisco eius bona in casum quo sine legitima prole decedit, fiant obnoxia, nec de ijs testari possit, nisi ex speciali Principis hoc suum ius remittentis indulgentia; legionis nulla possit haberi ratio: cum nec cognatorum habeatur, qui tamen in vsu iuris communis omni casu in hæreditate militis siue damnatus siue indamnatus decedat, legioni præferuntur. Ita enim in responso Vlpiani, & rescripto Constantini legio admittitur, si non sint cognati, si sine legitimo hærede miles decedat[e]. Cum igitur in vsu huius consuetudinis cognati, qui ex latere sunt, omni casu excludantur, & fisci causa, & sola & prior sit; multo magis in comparatione Principis seu fisci excludetur legio. † 5
Quæ si vera sunt, vt esse omnino videntur, hoc quoque consequitur non ad militare iudicium, nec ad magisteriam potestatem pertinere huius litis & controuersiæ, super hac militis huius, de quo quæritur, pecunia, cognitionem & decisionem, sed ad eum Iudicem, qui regulariter in fisci causis Iudex esse potest, siue fiscus agat, siue conueniatur; & potissimum cum quæritur de bonis ad fiscum vndecumque delatis[f]. Etsi enim miles ipse à priuato quocunque in ius trahi non possit, nisi coram suo militari Iudice[g]: idem tamen eo mortuo statuendum non est, si de illius bonis quæstio incidit; quæ quoad forum & iudicium, formam communem sequi debent, & priuilegia militaria perinde non habent: præsertim aduersus fiscum, si quoquo modo illa ad eum delata sunt: cessat enim hîc ratio, quæ ipsum militem non patitur ad aliud, quam suæ magisteriæ potestatis tribunal in ius trahi, ne à suis signis auocetur, cuius periculum nullum est in mortuo. † 6
Quam considerationem non auertit illud quod mortuo milite separata habeatur ratio bonorum castrensium à bonis paganicis[h]: id enim non est nisi in testata successione, cum de bonis suis miles testando, castrensia à paganicis separet; non perinde in intestata successione, in qua bonorum confusio fit; & in vnam massam illa coeunt. Quod inde inter alia percipitur, quod filiofamilias milite sine testamento mortuo, pater perinde castrense, vt profectitium peculium filij, iure patris occupet; & in castrensi filius hæredem non habeat[a]; & ne ipsum patrem quidem, nisi testamento filius patrem in castrensibus bonis hæredem scripserit[b]. Euidentius quoque ex illo, quod filiusfamilias de bonis castrensibus testamentum facere possit, etiam postquam militare desijt, adhibitis solennibus in testamentis paganorum requisitis[c]; hæc tamen bonorum castrensium à paganicis separatio tunc non obseruatur, sed ad conditionem paganicorum castrensia rediguntur; vt non possit hæres scriptus illa separare, & adeundo consequi sola castrensia, repudiatis paganicis[d]: quia extincta seu finita militia, siue per missionem, siue per mortem, priuilegia quoque militaria vim suam amittunt, nisi quatenus miles stante militia aliter disposuit.
7 † Duo igitur sunt militis patrimonia, seu hæreditates in testata, non etiam in intestata successione; in qua testata successione pro parte miles etiam testatus, pro parte intestatus decedere potest[e]: sed cessante omni testamento, eadem separatio bonorum non obseruatur. Et quamuis ipsa hæreditas repræsentet personam defuncti[f]; ideoque ipsis bonis etiam post mortem videantur attribuenda priuilegia militaria: in eo tamen cuius nulla est hæreditas, idem constitui non potest.
8 idem constitui non potest. † Nullam autem intelligi hæreditatem illius, qui illegitime natus sine legitima prole decedit, facit dictæ notoriæ consuetudinis vsus; quæ sic facit fisco obnoxia ipsius bona, vt illa tanquam vacantia, & ratione superioritatis seu iure Regalium ad Principem deferantur[g]; non quasi bona defuncti, quia morte illius esse desierunt, sed quasi propria[h]: quæ bona vacantia defunctum proprie non repræsentant, nec fiscum proprie hæredem illius faciunt, nisi quoad onus soluendi æris alieni, quatenus bona patiuntur[i]. Eadem sane ratione qua pater filijfamilias bona etiam castrensia iure pristino, hoc est, potestatis patriæ non hæreditario occupat[k]; vt eo iure & titulo deberet occupare si ex testamento filij illa haberet. Ita vt hîc similitudo aliqua sit iuris superioritatis in Principe, seu fisco ratione territorij, seu dominij temporalis; & in patre respectu patriæ potestatis. Atque ita ex facto consultus Vdalricus Zasius respondit[l], in casu maiorem

Notes (left margin):
a d. l. 2. C. De Veter. & milit. succ. ff.
b Cuius ad d. §. eius qui & in para. titu. lus, Ad codi. tit. De hered. decurio.
c d. l. 2. l. & milit. hon. C. De militari testam.
d In l. 2. C. De hered. decurio.
e d. § eius qui in fin. d. l. 2 C. de hered. decurio.
f toto tit. C. vbi causa fiscal. l. 2. C. si aduersus fiscum.
g l. magisteriæ C. De iurisdict. omnis iudic.
h l. si certarum. § Inhibemus. De militari testam. l. 1 & 2. C. De milit. testam. l. hæredes §. si miles ff. famil. erciscun. de.

Notes (right margin):
a l. 1. & 2. ff. De castrensi peculio.
b l. ex castrensi ff. De castrensi peculio l. intelligis. C. eod.
c §. sed hactenus. Inst. De milita. testam.
d l. hæreditate. § filiusfamilias. ff. De castrensi peculio.
e l. ius nostrum De reg. iur. l. si miles, l. quærebatur ff. De milita. testa.
f l. in eo. l. hæreditas ff. De acquir. hæredita.
g c. 1. Quæ sint regalia. in vsibus feudor.
h Angelus cons. 179. nu. 1.
i l. 1. §. an bona ff. De iure fisci. Alex. in addit. ad Bart. in l. vlt. ff. De solutio. ad verbum. post mortem. Ludo. Rom. consil. 73. circa primū. & consil. 98. visis qua superius.
k d. l. 1. & 2. ff. De castrensi pecul. d. l. intelligis.
l d. l. 1. & 2. ff. De castr. pecul. d. l. intelligis.

D dubita-

dubitationem habente, de bonis presbyteri defuncti bastardi; Itaque licet ipsis militibus quoad illorum personas hoc tributum sit, vt non nisi coram suo militari iudice conueniantur; idem tamen eorum hæredibus tributum non inuenitur; multo minus illorum bonis, si ijs iure militari, tunc cum possunt, vsi non sunt, multo minus cum eorum conditio talis est, vt de bonis suis testari non possint, vel cum possunt, testamentum non fecerunt;
† Et sane vt priuilegij aliquid sit etiam 9
post mortem quoad ipsa bona, in concursu tamen cum fisco, cuius conditio quoque priuilegiata est, & plerumque priuilegiatior, potior esse videtur causa fisci, vt ad Iudicem, quem ille particularem habet, causæ cognitio potius deferatur[a]. † Vt 10
non magnopere insistendum illi sit, quod forte aliquo respectu miles publicam personam cum dignitate sustineat: nam publici ratio in fisco Principis & latius patet, & potentior est; & in illius comparatione omnia alia iure priuato censentur[b]. Nec sane dignitas vlla est per se, ipsa militia; nec per eam in dignitate constitutus dici potest miles: hæc enim separata esse, nec ex altero alterum inferri posse aperte indicat Iustiniani constitutio[c]. Vereor itaque ne quæ in contrarium adducuntur, non satis momenti habeant ad huius causæ cognitionem ad militarem Iudicem pertrahendam. † In 11
eo maior est probabilitas, quod pro auertendo & excludendo fisco ab hac pecunia, obiter indicatur magis, quam expresse declaratur; quod hic miles Belga non sit, sed alterius nationis, qui extra patriam suam in Belgio Regiæ Catholicæ Maiestati militauit: quem non æquũ esset consuetudinibus & moribus Belgicis eius loci subijci, in quo temporis tantum causa fuit, finito bello, vel expletis stipendijs in patriam recessurus: ita vt si ex ea regione est, in qua Princeps in bona Bastardorum hoc ius non habet, vt ex iure communi non habet, in cuius vsu legio post cognatos, si nulli sunt, præfertur fisco; probabiliter[d] sustineri posset, hanc pecuniam ad fiscum Belgicum non pertinere, sed sequi conditionem personæ huius militis: quia etsi quoad bona immobilia respectus habeatur loci, in quo sunt, vt omni casu, quo bona ad fiscum deferuntur, haberi solet[a]; quoad mobilia tamen plerique existimant illa sequi personam, & ad illum dominum pertinere, sub quo is, cuius bona fuerunt, subditus fuit[b]: ideo quod huiusmodi bona destinatione patrisfamilias ibi potius esse censeantur, quo cum patrefamilias, vel ad eum illa aliquan-
12 do transferenda erant; † Quamuis & hoc respectu res scrupulo non careat; ob id quod miles eo loco domicilium habere censeatur, vbi stipendia meret[c], & plerique existiment verius esse, quod bona etiam mobilia censeantur esse de territorio, vbi illa reperiuntur; ideoque etiam fisco illius loci applicari[d]. Quod nominatim quoque à plerisque traditur in vsu huius consuetudinis, de qua hic quæstio est[e]. Quæ omnia faciunt vt vehementer verear, ne non satis aduersus fiscum fundatus sit, qui nititur huius pecuniam sibi aut legioni suæ vendicare, tam quoad ipsam pecuniam, quam quoad ius, & præscriptionem fori. Quamuis quoad ius ipsius successionis seu occupationis huius pecuniæ adhuc propius explicatum iri cupiam, cuius fuerit hic miles, qua conditione, & in Belgio quamdiu fuerit, & stipendia meruerit; & an sit simpliciter Bastardus, an vero etiam qualificatus ex incestuoso, vel damnato coitu, & ex ea regione, in qua Princeps ius in bona Bastardorum non habet, & an simplex miles fuerit; an vero etiam in militia munus, & quod obierit. Ex diuersitate enim harum qualitatum alia, atque alia ratio esse posset. His enim explicatis, certiore iudicio aliquid statui posset in hoc articulo. Non ita tamen hæc in medium profero, quin meliori, & exactiori vel tuo, Clarissime Domine, vel alterius cuiuscumque rectius sentientis indicio libenter illa subijciam; melioribus rationibus semper cedere paratus.

a l. 2 C. si adu. fisc. fiscum.
b l. cum qui vectigal. ff de verbor. signif.
c l. fin. C. qui militare possint lib. 12.
d d. §. eius qui in fin. l. 2. C De hered. Decurio.

a l. 3 C. De bon. vacant. lib. 10. Bart. & alij in l. 1. in fin. C De summa Trinit. & fide cathol. & cum secundum De heretic. lib. 6. Roma singu. la 178 licet magna.
b Bald in l. mercatores. C. De commercijs & mercat. Alex. consil 31. viso titulo nu. 5. vol. 1.
c l. Municeps. § miles. ff ad municipalē.
d Alex. consil. 16. viso titulo. nu 2. vol. 1. & ibi Molineus in addit. Marcus Anton. Natta. consil. 184 Statutū ciuitatis.
e Francis. Mingon. ad consuet. Andegauensis tit. des Seigneurs temporels. articulo 41. num. 2.

SVMMA.

SVMMARIVM.

Diffamatorium Iudicium quo loco instituendum.

1. *Diffamatus vbi agere & conueniri debeat.*
2. *Diffamans instituto iudicio diffamatorio potest diffamatum in suo foro conuenire.*
3. *Foro priuilegiato renunciari potest.*
4. *Promissio de renunciando in subhastationibus pro renunciatione habetur.*

CONSILIVM X.

EX remedio. *L. diffamari C. de ingenuis manumissis*, quamuis agi debeat coram iudice diffamantis ad hoc vt ei statuatur tempus ad proponendam actionem, quam contra diffamatum prætendit; & sic in proposita lite recte conueniatur Magister Henricus Geysens ex parte D. Pauli Rolsij Medicinæ Doctoris coram Magnifico Domino Rectore eius ordinario iudice; † nam licet diffamatus in iactitata causa esset futurus Reus, in hoc tamen legis remedio est Actor; quia compellit eum qui in diffamata seu iactitata causa erit futurus Actor ad agendum, eoque respectu Reus est; sic vt ex regula generali illius forum hic actor sequi debeat[a]; quantumuis sint qui existiment[b] hoc remedium proponendum esse in eo foro, vbi iactitata actio proponi debet, & sic in foro diffamati; multis contrariam sententiam tenentibus[c]; ex quorum opinione iudicatum esse testatur Matheus de Afflictis[d]: hoc tamen certum est, quod cum diffamans in pluribus locis seu coram diuersis iudicibus diffamatum suum debitorem conuenire potest; ratione videlicet domicilij, loci, contractus, loci destinatæ solutionis aut consensus seu submissionis, non præripitur diffamanti hæc iudiciorum optio; sic quod non obstante quod diffamatus in vno loco sit conuentus ad proponendum suam actionem, non amittat ius eligendi Iudicem quem ex pluribus competentibus velit, sed eo petente causa debeat remitti ad Iudicem, quem actor diffamans eligit[e]. † Vnde etiam est quod hoc iudicio diffamatorio constituto coram iudice competente diffamantis, diffamans statim possit, non expectata sententia iudicis super diffamatorio iudicio aditi, actionem coram competente iudice diffamati intentare sine vllo periculo aut metu exceptionis litispendentiæ[f]. Imo quod amplius est, respondit Socinus[g], quod si reus non proprie diffamatorium hoc iudicium intentauerit, ad hoc vt actor vel actionem suam proponat, vel ei silentium imponatur, sed formaliter contra creditorem exhibito libello asseruerit, se non esse debitorem, petieritque se sic absolui; nihilominus possit creditor, omisso eo iudice, adire alium quemcumque, qui reo alioqui competens iudex est, nec obstabit ei exceptio litis alibi cœptæ ac pendentis. Cum ergo Dominus Paulus Roelsius in hac causa aliam conclusionem seu petitionem non proposuerit, quàm vt si quam actionem actor contra ipsum habeat ratione venditionis & emptionis domus, eandem instituat sub pœna seclusionis & perpetui silentij; quod secundum iuris dispositionem intelligendum est in foro, in quo Dominus Paulus conueniri potest: potuit vtique illam instituere statim à facta citatione ad hoc iudicium diffamatorium, imo in illius momento, coram Scabinis Louaniensibus (coram quibus, vt mox dicetur, iuri stare promisit renunciando suo priuilegiato foro coram Domino Rectore) cum etiam idem posset in cœpto iudicio etiam post lites contestationem coram Domino Rectore: quia omnia iudicia in quacumque parte litis sunt absolutoria, dato aut facto eo quod actor petit[a]: quorsum enim iudicium, aut sententia illius, quod petitur expectaretur, cum conuentus id non tantum facere paratus est, sed præterea etiam facit[b]. Neque audiendus hic est Actor qui Reum velit cogere, vt coram Domino Rectore proponat hanc suam ex vendito actionem: nam id in litis principio non petijt, neque secundum præmissa petere potuit. † Etsi enim Dominus Rector eorum communis iudex sit, ex conuentione tamen in hac causa alium iudicem sibi assumpserunt; hoc est, Scabinos Louanienses, se illis quo ad eam subijciendo, cum renunciatione priuilegiati fori Domini Rectoris quod iuri consentaneum est. nam quod actor dicit D. Paulum Roelsium non potuisse renun-

Left margin notes: a c. cum sit generali. de foro comp. b Panorm. in c. Si quis contra clericum. de foro comp. Anto. de Butrio inc. cum inter de except. Alex. cons. 103. considerata vol. 1. c Castrens. Alexan. & alij in l. Libertus à patrono de in ius vocando. d Mattheus de Afflic. in. decis. 268. Decius cons. 487 in quæ. fiunt perspic[..] & d. decis. 258. e Georgius Natta in re pet. clem. sæpe colu. 36. de verb. signif. Socin. cons. 94. in causa vertente vol. 5. f Hieronym. Cagnolus in l. diffamari num. 1 c. C. de ingenuis manumissis. g d. cons. 94. in prin.

Right margin notes: a §. vlt. Instit. de perpetuis & tempor. action. b l. Si debitori. de iud.

renunciare suo priuilegiato foro, ex Iuris imperitia proficiscitur. Licet enim Clericus tonsuratus non possit renunciare suo ordinario foro etiã cum iuramento [a] quin tamen Laicus, & præsertim bigamus, (vt notorie est D. Paulus) priuilegiato suo foro renunciare possit, dubium non est. Aliud enim est priuilegium quod ratione ordinis Clericis competit cui renunciare non licet [b]; Aliud quod fauore studiorum competit, aut ex alia causa cui vtique renunciare licet. Quod nominatim de scholaribus traditur [c]; quibus quamuis detur optio, coram quibus Iudicibus conueniantur, coram Rectore, coram Episcopo, vel coram sæculari magistratu: si tamen consenserint in iurisdictionem magistratus seu Scabinorum, renunciando priuilegio fori Rectoris aut Episcopi, valet renunciatio: nec in eo est aliqua dubitatio, docetque id quotidiana experientia, & frequentissimus vsus, renunciationis priuilegiorum scholaritatis. † Illud ergo solum inquirendum restat, an D. Doctor Paulus renunciauerit 4 priuilegijs Vniuersitatis, & se subiecerit Magistratui Oppidi? Negat enim id Actor, magna vsus subtilitate, quæ à calumnia non distat; quia tantum promiserit, seu obligatus sit renunciare, nondum autem renunciauerit; quasi plurimum intersit, inter renunciationem & promissionem de renunciando; vt plurimum differunt venditio, & promissio de vendendo [d]. Sed ea est conditio & natura subhastationum & licitationum, vt quodcunque in lege venditionis præscriptum est, vel ad obligationem, vel ad factum, id censeatur quoque promissum & factum ex sola licitatione, oblatione, & superatione in illa, quantumuis alia solemnis stipulatio vel promissio inter vendentem & subhastantem non intercesserit; vt eleganter tradit Bartolus [a]. Sic quod vt pactum de vendendo in lege venditionis, quæ in subhastatione & licitatione proscribitur seu proponitur, accedente licitatione & oblatione emptoris, pro reali venditione habetur; ita quoque lex seu conditio de promittendo aut renunciando in realem promissionem aut renunciationem resoluitur per licitationem & oblationem. Vnde in proposito quemadmodum prima verba dictæ legis seu conditionum, sub quibus dicta subhastatio proposita est, **Men sall vercopen**, hoc est, fiet venditio, habentur pro venditione accedente oblatione, nec requiritur alia venditio post oblationem: Ita quoque hæc verba, **Sal renuncieren**, hoc est, renunciabit, pro renunciatione accipienda sunt, ita vt reliqua renunciatio sequens formalis non requiratur. Remittendus itaque est actor ad dictos Scabinos, & ei permittenda suæ actionis persecutio ibidem vbi cætera quæ actor in quæstionem & disputationem adducit, de effectu & recessu à venditione discutientur: respiciunt enim causam principalem non hoc diffamatorium Iudicium à quo Actor statim audita citatione, & propositione actionis coram Scabinis facta abstinere debebat. Et proinde etiam condemnandus est in expensis huius litis.

a c. Si diligenti. de foro competenti.

b d. c. Si diligenti c. Significasti. de foro compet.

c Gloss vlt. in fine. in l. Si conuenerit ff de iurisdict. omnium Iudic. & ibi Doct.

d Gloss in l. In bonæ fidei de eo quod certo loco & ibi Iason.

a In l. licitatio. nu. 4. de publica & vectig. & in l. Si tempora nu. 3. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. Alexand. in add. ad Bartolum in d. l. licitatio. in verbo fieri.

SVMMARIVM.

Iurisdictio. Auocatio causæ.

1. *Appellari potest à decreto Iudicis competentis.*
2. *Actor forum Rei sequi debet.*
3. *Citatus ab incompetente Iudice an comparere debeat.*
4. *Clausula* decreti irritantis *effectus.*
5. *Iurisdictio vsu acquiritur.*
6. *Iudici asserenti non creditur.*
7. 10. *Præscriptio restringitur ad modum possessionis.*
8. *Iurisdictiones sunt à Principe.*
9. *Prouinciæ plures coniunctæ non confunduntur.*
11. *Lex est in viridi obseruantia.*
12. *Iurisdictio Ecclesiastica facilius prorogatur quam sæcularis.*
13. 15. *Resortus non arguit superioritatem.*
14. *Auocatio causæ quando permittatur.*
16. *Auocatio per quem fieri possit.*

CONSILIVM XI.

IVsta est causa ob quam à decreto continente reiectionem exceptionis declinatoriæ per Spectabiles Dominos Scabinos Ciuitatis Leodiensis ad Concilium Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Episcopi Leodiensis prouocauit Magister Theodoricus Vucht per Arnoldum Berlens in ius coram dictis Scabinis ex aliena iurisdictione in prima instantia pertractus.

† Etenim

† Etenim appellãti principio id abeſſe non 1
poteſt, quod Arnoldus appellatus reſpondendo ad propoſita per appellantem grauamina, obiter obijcere videtur interlocutoriam tantum eſſe hanc ſententiam, à qua neque iure ciuili[a], neque ex ſtatutis ac priuilegijs patriæ Leodienſis, neq; etiam Comitatus Loſſenſis prouocare licet. nam ſententia per quam Iudex iuriſdictionem aſſumit, & in contentione ac altercatione partium, Reo eius iuriſdictionem oppugnante aut declinante decernit ac declarat ſe eſſe Iudicem competentem, non pro mera interlocutione, ſed pro ſententia, ſeu ea quæ vim diffinitiuæ ſentẽtiæ habet, accipi debet; ideoque ab ea quoque appellari poteſt[b]. † Sane quod ad iuſtitiam 2
cauſæ appellationis attinet, ſuffragantur appellanti duo. Et primo quidem iuris communis diſpoſitio, quæ non patitur Reum alio loco in ius trahi, quam quo domicilium habet; conſtituta generali regula, quod Actor forum Rei ſequi debeat[c], quod forum conſtituit vel domicilium, vel locus contractus ſeu delicti[d]. Cum itaque in confeſſo ſit, & ex actis appareat appellantẽ in loco de Weuſtherck forum ſortiri ac domiciliarem eſſe, non potuit per appellatum coram præfatis Dominis Scabinis in prima inſtantia in ius trahi, ſine iuris interuerſione ac iuriſdictionum confuſione[e]. Quod cum notiſſimum atque indubitatum ſit ab ampliore eius demonſtratione & deductione abſtinemus. Secundo propoſitæ exceptionis declinatoriæ, & ob eam reiectam, appellationis iuſtitiam, peculiariter quoque ſuſtinent aperta priuilegia diuorum Frederici tertij[f], Maximiliani[g], & Caroli[h] Imperatorum ſubditis patriæ, ac dominiorum Eccleſiæ Leodienſis conceſſa; quibus, reuocata communi iuris diſpoſitione, hoc aperte cauetur, vt nulli Iudicum vel aliorum quorumcunque, quauis ſuperioritate, præeminentia, iure, iuriſdictione, vel priuilegio fungentium, liceat ſubditos homines ac patriotas prætactæ Eccleſiæ ac patriæ Leodienſis in quacunque cauſa in prima inſtantia à cognitione ſui ordinarij Iudicis trahere, citare, vel arreſtare; ſed ijdem ſubditi debeant coram ſuis Iudicibus & ordinarijs Iuſtitijs dictæ patriæ, quorum forum occaſione domicilij ſortietur, primum conueniri, executi, & conuinci, ſubiecta clauſula decreti irritantis ea, quæ in contrarium fierent. Ex coniunctione quorum duorum indubitata efficitur præfati appellantis exceptio. † nam & ſi alias quæ ex in- 3
feriorum magiſtratuum iuriſdictione in prima inſtantia ad maius tribunal, vt eſt Prætoris, aut Præſidis prouinciæ, euocatur, venire & comparere debeat, vt hoc ipſum ſciatur, an cauſa aut perſonæ ad eius iuriſdictionem pertineant[a]: cum tamen notorium eſt, perſonam ad iuriſdictionem citantis non pertinere, impune non comparere poteſt[b]. Quod notorium in propoſito conſtituitur; non tantum ex notorietate allegati priuilegij ac diſpoſitionis iuris communis; ſed etiam detegitur ex illo, quod hic Reus non in ciuitate Leodienſi deprehenſus, in Ius vocatus fuerit, ſed euocatus ſit ex eo loco, in quo certum eſt dictos Dominos Scabinos Leodienſes nullam ſpeciem iuriſdictionis, notionis, aut cognitionis habere; quo caſu, cum ſcilicet Iudex etiam ordinarius vnius territorij, hominem alterius territorij intra fines ſui proprij territorij conſiſtentem, & in loco alterius iuriſdictioni ſubiecto minime deprehenſum, in ius euocat; ex recepta traditione Innocentij[c] ſic citatus, non cogitur comparere, priuilegium aut exceptionem ſuam allegaturus; ſed vitio nullitatis laborant o-
4 mnia, quæ contra ſic citatum fiunt. † Potiſſimum in propoſito; vbi ſpeciali huic priuilegio inuenitur, inſerta clauſula decreti irritantis & annullantis proceſſus & alia omnia in contrarium acta. Efficit enim illa vt & citanti poteſtas adimatur, eique manus claudantur; & citatum citatio non afficiat; ipſoque Iure omnino nulla ſint quæ per dictos Scabinos, & in actu citationis, & in progreſſu ſuper tali citatione pro nullis futura fuiſſent, etiamſi Reus comparere priuilegiumque ſuum allegare noluiſſet[d]. Cum igitur conſiſtendo intra terminos iuris communis, quod adminiculo dicti priuilegij coadiuuatur, indubitata ſit exceptio quæ propoſita eſt; videamus an ponderis & momenti ſatis habeant, quæ ex aduerſo proponuntur ad recte aſſumendam ac retinendam iuriſdictionem aduerſus Reum in caſu propoſito. Proponuntur in ſumma ſeu in effectu duo. Primum ex perſona dictorum Dominorum Scabinorum; alterum ex perſona Rei. Ex perſona Dominorum Scabinorum hoc proponitur, ordinariam eos habere iuriſdictionem, ſeu ſaltem cognitionem omnium cauſarum etiam perſonalium aduerſus eos, qui in aliquo municipio ditionis Leodienſis, ſub eo comprehendo etiam oppida Comitatus Loſſenſis domicilium habent: ſic quod in optione eius qui municipem huiuſmodi in Ius vocare vult, an id faciat coram ordinario magiſtratu municipij, an

a l. ante ſententia. C. Quor. appell. non rec.

b Gloſſ. vlt. in fin. in authent. habita C. ne filius pro patre. Bal. in l. 2. n. 13. C. de Epiſcop. Audient. Caſtrenſ. in l. arbitro. Qui ſatiſda. cogantur.

c l. Actor C. vbi in rem act. exer. deb. c. Cum ſit generale de foro compet.

d l. Iuris ordinem C. de iuriſdict. omnium Iudic. l. heres abſens de Iudicijs.

e d. l. Iuris ordinem.

f De anno 1442.

g De anno 1518.

h De anno 1521.

a l. 2. ff. Si quis in Ius vocat. non ierit. l. Si quis ex aliena de Iudic. c. ſignificaſti. de foro compet.

b l. vlt. de iuriſdictio. omnium Iudicum.

c in c. 2. n. 1. verſ. Si vero citatorum de dilat. Angel. Caſtr. & alij in l. 2. ff. Si quis in ius vocat. non ierit.

d Gloſſ. clem. 1. de immu. eccleſ. dict. in c. Quondam in fine de praebend. lib. 6.

an coram dictis Scabinis tanquam Superioribus; & ad quos à sententijs per Scabinos seu Iudices huiusmodi municipiorum latis, ius resortus hoc est prouocationis est. Sed huiusmodi allegationi resistit dicti priuilegij apertissimus tenor; qui eam prorsus non tantum non verosimilem, sed etiam improbabilem facit. Cum enim huiusmodi priuilegium eiusque confirmatio recens sit, & quinquagesimum annum vix excedat, & rem reducat ad terminos Iuris communis, ad quos facilis esse solet reuersio, nullamque contineat exceptionem, quæ præfatorum Dominorum Scabinorum Leodiensium iurisdictionem in huiusmodi excessu, contra ius commune, restringat, ex vi vniuersalis seu generalis sermonis quo conceptum est, perinde dictos Dominos Scabinos & alios constringere debet[a], præsertim quod nulla sit ratio aut consideratio cur huius consistorij conditio alia vel peculiaris constitui debeat. † Verum quidem est 5
vsurpatam ab initio iurisdictionem ex longæuo vsu & consuetudine propriam ac legitimam fieri posse, propter tacitum cõsensum subditorum[b]; quodque quælibet iurisdictio, dum primum præsertim aduersus regulas iuris communis inducitur, sit odiosa: vsu tamen ac tempore constituta fauorabilis fiat[c]: sed huius vsus & consuetudinis, quibus præfati Domini Scabini nituntur, probatio deficit. In actis enim nulla extat illius probatio alia, quam eorundẽ Dominorum Iudicum per attestationem seu testificationem, vel vltro vel requirente Actore facta, per quam attestantur se esse in vsu ac possessione exercendæ huiusmodi iurisdictionis etiam in municipijs inferioribus. † Sed quam 6
infirma sit hæc probatio, quamque ambitiosa manifestius est, quam vt grauando opinionem dictorum Dominorum Scabinorum demonstrari debeat. Si Iudici in re recenti asserenti aliquid coram se actũ, in quo tamen nulla ipsius sed litigatorum tantum vtilitas aut damnum consistit, nõ creditur, quod indubitatum est[d]; multo minus eius assertioni, quia testificatur (non dico cognitionaliter iudicat) se Iudicem competentem esse, aut sibi iurisdictionem competere; quia in propria causa testis est, quod ius non patitur[e]. Tantoque minus huic assertioni & attestationi dictorum Scabinorum fides adhibenda est, quod in consuetudine & vsu huius suæ potestatis fundamentum & authoritatem ponant actuum, ex quibus consuetudo induci & confirmari solet, nulla tamen proferant aut demonstrent illorum exempla, & in probanda consuetudine id omnino re-

a l. leges. C. de leg. l. si choros de legat. 3.

b Angel in l. hoc iure § ductus aquæ de aqua quot. & æsti. Bar consil. 189. primo quæritur vtrum vol. 1. c Panor. in c. 1. nu. 17. de Iudicijs.

d c. Quoniã contra falsam & ibi Innocent. & alij de probat.

e l nullus de testib. l. iurisiurandi C. eod. tit.

quiratur[a]. Et præterquam quod huic soli assertioni Dominorum Scabinorum fides adhiberi non possit, repugnantem habet veritatem ea certificatio. Primum quod non probetur neque in dicta certificatione vlla mentio fiat de hoc oppido **Weussherck**, nec in eadẽ certificatione, imo nec per nudas allegationes partis appellatæ in tota causa vllum proferatur vel allegetur exemplum sic exercitæ iurisdictionis per eosdem Dominos Scabinos Leodienses in oppidanos seu municipes dicti oppidi de **Weussherck**.
7 † Vsurpata enim, nõ concessa per superiorem potestatem habentem, vel per inferiorum vltroneam subiectionem, iurisdictio fines vsurpationis excedere non debet; etiamsi illa tandem per immemorialis temporis lapsum ac longum vsum in odiosum nomen vsurpationis euadat. Vt generaliter præscriptio restringitur, ac modum possessionis nunquam excedit, tantumque intelligitur vsurpatum ac præscriptum, quantum possessum[b]. Sic quod probata etiam aliorum municipiorum Comitatus Lossensis subiectio, ad casum præsentem extendi non debeat. Secundo improbabilitatem huius affectatæ iurisdictionis illud quoque facit, quod prouincijs quoque separentur ac diuidantur, Patria Leodiensis, & Comitatus Lossensis, quod non tantum nominum ac territoriorum diuersitas indicat; verum etiam historiæ comperta & notoria veritas, quæ habet[c], quod anno 1330. moriente Ludouico nouissimo, Comitatus Lossensis, non ad ciuitatem Leodiensem, sed ad Ecclesiam, & Episcopatum Leodiensem accesserit, & in pacifica possessione primum retineri ceperit anno 1378. sic quod fimbriæ Scabinorum Leodiensium ad municipia Lossensis, virtute alicuius superioritatis extendi non possint.
8 † Vt etiam maxime præsumatur apud eosdem Scabinos propriam esse iurisdictionem aut imperium (vt vere non est) residet enim illa apud Reuerendissimum Dominum Episcopum, qui hos Scabinos creat ac constituit. Idque ex Imperatoria concessione, ex cuius fonte omnium inferiorum Principum imperio subiectorum iurisdictiones ac potestates promanant[d].
9 † Neque etiam accessio vnius prouinciæ ad aliam, Iurium ac Iurisdictionum communicationem, multo minus confusionem inducere solet; cum nec inducat vnionem duarum prouinciarum[e]. Cuius argumentum quoque in eo consistit quod peculiarem titulum huius Comitatus Lossensis Illustrissimus Dominus Episcopus Leodiensis semper proponat ac ferat. † Ter-
10 tio cum in acquirenda iurisdictione ex vsu

a l. de quibus l. Cum de consuetudine de legibus.

b l. 1. § Si quis hoc interdicto de itin. actuq. priuato.

c D. Ioannes Placentinus in catalogo Antistitum Leodiensium in vita Adolphi 46. & Ioannis 48. Episcoporum.

d l. 1. & ibi Doct. de offic. præfect. vrbis

e Bald. in c. 1. § præterea Ducatus de prohib. feud. alienat. per Fred. Bart. in l. si conuenerit § si nuda de pign. actio.

vſu & conſuetudine temporis immemorialis poſſeſſio ac præſcriptio requiratur[a]; & omnem præſcriptionem abrumpat interueniens interruptio: fatendum eſt iam à tempore obtentorum dictorum priuilegiorum à Diuis Imperatoribus Frederico, Maximiliano, & Carolo abolentium, caſſantium, & irritantium omnes contrarias vſurpationes aut conſuetudines, præteriti temporis conſiderationem nullam eſſe; velut interruptione turbata, & ſequentiũ annorum numerum in præſenti adhuc impetratorũ huiuſmodi priuilegiorum memoria ad præſcriptionem aut conſuetudinem inducendam non ſufficere. Neque ſane magni faciendum eſt quod ex aduerſo obijcitur dictorum priuilegiorum vſum receptum non eſſe. Nam huiuſmodi obiectio improbabilis eſt. Cur enim in vſum receptum non dicetur, cuius impetratione, aut prima conceſſione Impetrantes, mortuo concedente confirmationem impetrârunt à ſucceſſore concedentis, quibus adhuc non contenti Impetrantes, hoc eſt Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus ac Status omnium ditionum Epiſcopatui Leodienſi ſubiectarum eo progreſſi ſunt, vt inſiſtendo veſtigijs dictorum priuilegiorum, illaque ad vſum perducentes id effecerint, vt recolendæ memoriæ illius Dominus Erardus à Marca tunc Epiſcopus Leodienſis in anno 1521. & 1527. ſingula capita dictorum priuilegiorum ad formam Statutorum ſeu ordinationum reduxerit; & ad perpetuam obſeruationem perduxerit; publicatione illarum vbiq; facta. Inter quas ordinationes hoc vnum eſt caput his verbis conceptum, **Item dat die ondersaeten s'lants d'een den anderen vóertaen niet treckeu en moegen te rechte voor t'hooge gerichte inder eerster instantie / maer sy sullen eerstwerff haer actie verbolghen voor dat cleen gerichte daer onder sy geseten syn: op de pene voorsz.** hoc eſt, Quod ſubditi patriæ non poſſint vnus alium in ius trahere coram alta iuſtitia in prima inſtantia, ſed quod actiones ſuas debent proſequi coram iuſtitia inferiore ſub qua reſident, ſub pœna prædicta. Vnde non tantum hic probatur quoad vſum recepta eſſe huiuſmodi priuilegia, ſed hoc quoque contrarium vſum ab inde ſine vſurpatione induci non potuiſſe; & in propoſito inductum non eſſe: non prolatis particulariter aliquibus actibus aliter exercitæ per dictos Dominos Scabinos iuriſdictionis in municipes, ſeu oppida- 11
nos oppidi de **Weustherck** in prima inſtantia. † Cum alioqui ius ſemel legitime conſtitutum, ſemper in vſu eſſe præſumatur[b]; nec turbetur aut infirmetur, ſi

a Bart. d. conſ. 189.

b l. Adriani C. de heret. l. leges C. de legib.

continuo, imo non occurrente caſu, nunquam ad vſum perducatur, quamdiu ex aduerſo contrarius vſus per contrariorum actuum multiplicationem, aut vnum et-
12 iam accedente acquieſcentia eius, pro quo iuris poteſtas ſtat, non interuenit & probatur[a]. † Sed nec illud ad auertendum huius priuilegij vſum quicquam facit, quod de iuriſdictione Officialis Epiſcopi Leodienſis proponitur; quem non minus videntur dictorum priuilegiorum verba comprehendere, quam altam Iuſtitiam Leodienſem; nam ſi verba priuilegiorum exacte expendantur, non obſcure deprehenditur illa de ſolis ſæcularibus Iudicibus, non etiam eccleſiaſticis loqui, aduerſus quos ſæcularibus poteſtatibus etiam nulla eſt ſtatuendi vel ordinandi poteſtas[b]. Prout etiam eccleſiaſtica iuriſdictio fauorabilior, & ad prorogandum aptior, inclinatiorque eſt, etiam quoad ſæculares[c]: cum eccleſiaſtici etiam temporalem iuriſdictionem obtinere poſſint[d]. Et quod dicta priuilegia de Domini Officialis iuriſdictione loqui non cenſeantur, detegit inſequentis temporis vſus, diffuſus per omnes ditiones Domino Epiſcopo Leodienſi ſubiectas: iſque non interpolatus per temporum interualla, ſed continuus de die in diem; qui vſus optimus eſt interpres conceſſi priuilegij[e]. Cuius generis vſum nec continuum nec interpolatum quoad altam hanc iuſtitiam dictorum Scabinorum Appellatus per demonſtrationem aliquorum exemplorum, ſeu actuum demonſtrare, imo allegare non potuit: ita vt ad exemplum poteſtatis & exercitij dicti Domini Officialis, ſepræfati Domini Scabini in alia ſtatione conſiſtentes componere, nec alienam iuriſdionem ſibi arrogare non poſſint. Vt generaliter ſeparata, & quorum natura diuerſa eſt aut diſſidet in conſequentiam non trahantur, neque de vno ad aliud iuſta ſit illatio[f], prout per ſcripturas & allegationes appellantis bene deductum eſt. Et vt euidentius ad oculum demonſtretur quod improbabilis ſit hæc dictorum Scabinorum, ſeu appellati ex illorum parte allegatio, & quod nunquam eorum hæc affectata iuriſdictio in tuto ac liquido fuerit; hoc addimus etiam illo tempore, quo præfatus Dominus Erardus à Marcka cum Statibus prædictarum ditionum prætacta priuilegia ad formam legum ſeu ſtatutorum reduceret; hanc affectationem & iactationem ciuium Leodienſium inſinuatam & ſuggeſtam fuiſſe; ideoque illa non obſtante legem generaliter quoad omnes altas Iuſtitias, nulla excepta, conceptam & promulgatam fuiſſe; ſola reſeruatione iu-

a l. finali. de vſucap. l. Si quis que de diuerſ. & tempora. præſcript. Bald. conſ. 206 præceptũ fuit. vol. 1.

b Authent. Caſſa. C. de ſacroſ. eccleſ.

c c. nouit. de Iudicijs. gloſſ. in c. ex tranſmiſſa. de foro comp.

d c. in Archiepiſcopatu de rapto. c. conqueſtus de foro compet.

e l. Cum de conſuetudine. de legib.

f l. fin. de Calumnia. l. Papinianus exul. de minorib.

ris, & priuilegij dictorum Scabinorum facta, vt fieri solet cum de iure alicuius dubitatur: idque adhuc non simpliciter, sed sub conditione, si tale ius haberent; imposito vlterius ijsdem Scabinis onere ac necessitate sufficienter id probandi coram eodem Domino Erardo Episcopo, Capitulo Ecclesiæ Leodiensis, ac deputatis Statuum dictarum ditionum his verbis, **Behoudelijcke hier inne de priuilegien/ vrijheden/ ende alde costuymen der Borgeren ende poorteren van onse Stadt Ludijck/ ist dat sy eenich hebben waeraff sy voor ons / onsen Capittell/ ende den gedeputeerden onser Staeten sufficientelijck sullen doen blijcken** / hoc est, *Saluis in hoc priuilegijs, libertatibus, & antiquis consuetudinibus ciuium & incolarum nostræ ciuitatis Leodiensis, si quæ habent, de quibus sufficienter coram nobis, Capitulo nostro & deputatis nostrorum Statuum probabunt.* Quæ statuta & ordinationes, etiamsi in actis exhibita non inueniantur; notoria tamen reputari ac per clarissimos Dominos Iudices vt Conseruatores priuilegiorum plene suppleri merito debent. † 13
Rursus nihil ad sustinendã dictorum Dominorum Scabinorum iurisdictionem facit ius resortus seu primariarum appellationum à sententijs magistratuum & Scabinorum omnium inferiorum municipiorum: nam ius resortus superioritatem nullam arguit; magnaque est differentia inter resortum & superioritatem[a]. Ex superioritate iurisdictio etiam in prima instantia fundari potest, non etiam ex resortu, quæ ad solas appellationes conclusa est, nisi alio speciali vel generali iure nitantur illi ad quos prouocatur[b]. Vnde etiam est quod præscriptio iurisdictionis in causa appellationis itidem fundata in superioritate, non extendatur ad simplicem quærelam[c]; hoc est, ad primam instantiam, seu ad quærelas, quæ ex prima aditione citra deuolutionem causæ per viam appellationis aut nullitatis proponuntur. Gradatim enim & non per saltum ad superiorem veniendum est[d]. Ex quibus omnibus, ijsque quæ partim in scripturis, partim in præexhibito consilio deducta sunt, existimamus, nihil ex persona dictorum Dominorum Scabinorum proponi, vnde hæc proposita fori declinatoria exceptio, vel reijci vel improbabilis videri possit. Ex persona quoque appellantis nihil esse putamus, quod ad retundendum vim & effectum eiusdem exceptionis sufficiat. nam quod de causis suspitionum aduersus Scabinos de **Weusthercli** ex appellantis persona; quod ipse sit Secretarius & Scabinus iudicij illius loci, quod socerum, ac

a *Guido Pape decis. 318. & 551.*
b *Chasse. ad consuet. Burgund. tit.* de iustices & droicts *§. 4 in verb.* & sur ses hõmes *nu. 5.*
c *Florianus in l. si quis diuturno. Si ser. vindi. Franc. Balbus in tract. de præscript. parte 2. quæst. 2. num. 24.*
d *l. Imperatores ff de appellat.*

soceri affines, & vnum cognatum conscabinos habeat, ad sustinendum hanc sic factam citationem, ac euocationem sufficere non possunt: ob id quod citatio hæc in suspitione aliqua fundata non sit, nec sit facta per speciem euocationis seu auocationis, sed per simplicem & ordinariam quærelam; citatione fundata ac radicata in ordinaria illa iurisdictione, quam præfati Domini Scabini vsurpant in minora municipia; non in aliqua particulari iusta causa euocationis contra communem ac ordinariam inferiorum Iudicum iurisdictionem. Sic quod vis exceptionis per se stet, & ad effectum perduci debeat, per declarationem, quod hoc modo facta citatio non valeat. † Verum quidem est
14 tatio non valeat. † Verum quidem est propter suspitiones aliasque prægrauantes causas, Principem ab inferiore, quem ipse constituit, litem ad se auocare posse; & potissimum causas viduarum, pupillorum, ac miserabilium personarum[a]: sed id alijs magistratibus, & præsertim sæcularibus Iudicibus (vt sunt hi Scabini à quibus ad Concilium Episcopi, & inde ad Imperium, ius prouocandi est) permissum non est, & minime ijs qui inferiores magistratus constituerunt[b]. Cum alioqui de causa suspitionis primum coram Iudicibus ordinarijs proponendum & cognoscendum sit, & illa deprehensa, vel per Iudices agnita, tunc demum causa ad superiorem deferri debeat[c]; superiorem inquam qui ius dandi Iudicis habet, & iure Imperij superior est: vt est Princeps, Dux, Comes, Baro; qui constituendi inferiores magistratus ius habent[d]; quod præfatis Scabinis attribui non potest, cum non propriam iure magistratus, sed mandatam tantum habeant iurisdictionem, in qua non includitur potestas Iudicis dandi, aut
15 causam ab inferiore auocandi[e]. † Et hoc est quod superius diximus eos quibus tantum ius resortus, hoc est ius primariarum appellationum competit, solas appellationes, & quæ ad instar appellationum sunt reductiones, ac nullitatum propositiones, quarum deuolutio esse potest, sed non simplices quærelas admittere posse. non enim proprie est superior ad quem tantum prouocatur, sed sæpe maior tantum[f]. Mutatio autem iudicij seu aditio propter perhorrescentiam aut suspitionem aduersus ordinarium Iudicem seu Iudices, iure superioritatis fieri debet apud superiorem ipsius Rei[g], qui in hac re est Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Episcopus Leodiensis, vt Comes Lossensis; non dicti Scabini, qui tantum Iudices sunt, & notitionem seu iudicandi functionem, eamque adhuc in multis limita-

a *l. 1. C. quando Imper. inter pupillos & viduas.*
b *Rebuff. ad constitut. Regias. In tract. de euocationibus in præfatio. num. 36. & sequent.*
c *l. cum specialis in fine C. de Iudicijs c. licet ex suscepto de foro compet.*
d *Rebuff. loco supra citato num. 38.*
e *l. 1 § qui mandatam. & §. vlt de officio eius cui mandata est iurisd.*
f *l. 1. §. Si quis in appellatione. ff. de appellat.*
g *Maria. Socinus in c. cum sit generale nu. 18. de for. comp.*

limitatam; non cognitionem cum imperio, nec proprie magistratum habent[a]. † 16 Proinde etiamsi maxime ab initio fundamentum citationis & euocationis huius fuisset constitutum in causis suspitionum; vis tamen exceptionis non cessaret, propter defectum potestatis auocandi; & permissa euocandi potestate, non retunderetur eadem exceptio: propterea quod causa suspitionis alicuius proposita, hæc citatio non sit obtenta nec executioni mandata. Sane quod ad pondus allegatarum suspitionum, causasque & media, quibus illæ auertuntur, attinet, quoniam per scripturas in causa exhibitas multa eleganter, & ex Iuris veritate deducta sunt; vt pleraque alia, quæ in hanc causam incurrunt, à quibus repetendis prolixitatis vitandæ studio, in temporis præsertim, quod ad hæc scribenda, nobis datum est, angustia abstinemus: In eo finaliter consistentes, officium Clarissimi huius consessus esse, vt effectum iuris propositæ exceptioni attribuendo, male per præfatos Dominos Scabinos interlocutum esse declaret; illorumque interlocutione retractata, Reum nunc appellantem ab instantia Iudicij absoluat; appellato, qui huius citationis impetrator est, ac propositæ exceptioni, iniuste se opposuit, in omnibus vtriusque instantiæ expensis condemnato.

a l. notionem de verb. signif. l. alt. Prætor de re iudic.

SVMMARIVM.

Principis Laici potestas in beneficialibus ecclesiasticis.

1. Ius suum an liceat ex iure alieno metiri.
2. Disputare de Principis authoritate vetitum non est.
3. Beneficia à Laicis non accipienda.
4. Priuilegia personalia cum persona intereunt.
5. Priuilegia stricte accipienda.
6. Papa non præsumitur aliquid concedere cum iniuria ordinariorum.
7. Beneficij status ex ordinaria non accidentaria causa censeri debet.
8. Imperator Ecclesiæ vniuersalis patronus est & protector.
9. Beneficiorum Ecclesiasticorum defensio ad Principem pertinet.
10. Institutio à confirmatione distat.
11. Episcopi temporalia Dominia habentes quomodo censeantur.
12. Confirmatione pontificia non eget collatiuum beneficium adeptus.
13. Officia vnius monasterij non debent cõmitti monachis alterius monasterij.
14. Vnionis potestas.
15. Vnio quæ proprie fit.
16. Res facile ad suam naturam reuertitur.

CONSILIVM XII.

IN contentione, quæ in Amplissimo Concilio Brabantiæ excitata est inter Illustrissimum ac Reuerendissimum D. Cardinalem de Lotharingia nuncupatum Abbatem Commendatarium Abbatiæ S. Remigij Remensis ex vna; & procuratorem generalem Ducatus Brabantiæ ex altera partibus, de & super præpositura loci de Meersen, in Dominio de Valckenburch siti, præcipuus articulus in quo causa hæret, est; num Serenissima Catholica Regia Maiestas in iure nominandi potior sit præfato D. Abbate in iure ordinariæ suæ prouisionis & dispositionis de dicta præpositura? In eo enim solo refricari videtur processus, qui olim fuit inter Reuerendissimum D. Cardinalem dictum de Lenoncourt Abbatem dictæ Abbatiæ, aduersus fratrem Godefridum Daspremont, eique adiunctum procuratorem generalem; cæteris articulis, atque etiam illa eadem instantia ex superueniente morte præfati fratris Godefridi
1 quodammodo peremptis. † Et quamuis in ciuilibus prophanarumque rerum quæstionibus nemo ius suum metiri debeat ex defectu iuris aduersarij, sed ex eo iure quod sibi adest[a]; in beneficialibus tamen hoc ex vsu & praxi obtinuit vt ex defectu iuris aduersarij ius suum, si non per omnia fundare, corroborare tamen possit[b]. Quoniam igitur impedimentis sublatis, propositi itineris progressus est facilior, illud in primis discutiemus, an (quo solo procurator generalis niti videtur) Regiæ Maiestati vt Duci Brabantiæ competat ius nominandi ad hanc præposituram; sic quod sine illius nominatione & approbatione nulli de hac præpositura prouideri possit? In quo sane faciendo reprehensionem & offensam deprecamur; † De prin-
2 cipis enim potestate secundum rationem & terminos iuris disputare vetitum non est; cum Pontifici etiam ac Imperatori à Deo potestates limitatæ concessæ sint: sic quod non pauca sint ad quæ eorum potestas

a l. vti frui. Si vsusfr. petat. l. 1. §. 1. Si pars hered. petat.
b Rota decis. 160 Rem & poss. sor in nouis. F. lyn. in c. olim. nu. 10. de rescrip.

stas pertingere non potest[a]. Simplex est
procuratoris Generalis allegatio, gene-
rali positione facta, quod Regiæ maiesta-
ti, vt Duci Brabantiæ competat, seu tri-
butum sit, ne cuiquam de dictæ Præpo-
situræ dignitate prouideatur, nisi ex no-
minatione & approbatione suæ maiesta-
tis; cum huiusmodi prærogatiua ei com-
petat in omnibus alijs Prælaturis, & Di-
gnitatibus harum Regionum. Nuda est
hæc allegatio nullis vel priuilegiorum
concessionumque Pontificiarum docu-
mentis, vel testimonijs immemorialis aut
antiqui alicuius vsus, seu possessionis hu-
iusmodi instructa: † Ita vt procurator 3
generalis post negationem Impetrantis,
intentioni suæ aduersantia habeat omnia
iura, quæ dignitatum & beneficiorum,
quascumque prouisiones ac dispositiones
Ecclesiasticis non Laicis personis, (quibus
ius patronatus specialiter reseruatum non
est) attribuunt, & à manu laica accipere
vetant[b]: vt non possit dici Duci Braban-
tiæ hoc ius seu priuilegium aduersus iura
competere, nec secundum illud iudicari,
nisi ostenso & prolato priuilegij à Pontifi-
ce concessi documento[c], vel probata con-
traria præscriptione seu vsu; prout nec
præsumptio aliqua pro hoc priuilegio aut
allegatione præscriptionis stare comperi-
tur, non tantum quia iuri aduersatur[d]; sed
quia euidentia rei satis notorium est, Du-
ci Brabantiæ id non competere: cum vel
ex regulis Cancellariæ Apostolicæ, quæ
in omnium manibus versantur, notorium
sit Regiæ maiestati in suis regnis Hispa-
niæ id non competere; & Regem Fran-
ciæ, qui excellentia & maioritate supe-
rioritatis Ducem Brabantiæ superat hu-
iusmodi ius nominandi non ita pridem a
Sede Apostolica per concordata accepis-
se[e]. † Et præterea (quod propius huc 4
pertinet) in recenti satis memoria adhuc
sit fælicis recordationis Carolum Quin-
tum Imperatorem à Leone Papa Decimo
anno 1515 tertio nonas Iulij, priuilegium
quidem nominandi ad Prælaturas & di-
gnitates sitas in terris suis patrimoniali-
bus, exceptis regnis Neapolitano & Hi-
spaniarum obtinuisse; sed cum personale
fuerit, volunt illud cum persona ipsius ex-
tinctum fuisse; quia adiecta hac clausula
restrictiua, *Quamdiu egerit in humanis*,
obtentum fuerit: prout generaliter om-
nia personalia priuilegia cum persona ex-
tinguuntur[f]. Sic quod cum de initio, ori-
gine, & restricta conditione huiusmodi
nominandi facultatis constet; non possit
procurator generalis nunc se fundare vel
in iure communi quod ei aduersatur; vel
in priuilegio quo destituitur; vel in præ-
scriptione, quæ in breuitate temporis,
qua Regia maiestas rerum in his patrimo-
nialibus suis ditionibus post renunciatio-
nem paternam & anticipationem successionis
potita est, ad plenum iuris effectum
decurrere non potuit. Sed etsi priuile-
gium istud patri concessum, in filio reno-
uatum aut prorogatum dici posset, nihilo
ex ea parte fundatior esset procuratoris ge-
neralis intentio: ob id quod priuilegium
Leonis Pontificis angustum admodum
sit, & suis finibus ac limitibus circumscri-
ptum, atque sic circumseptum, vt ad hanc
Præposituram de **Meerssen** extendi non
5 possit. † Priuilegia etenim, & præcipue
quæ vel iuri communi aduersantur, vel ei
derogant, aut aliquo modo ab eo rece-
dunt, stricte pro tenore verborum, & ad
litteram accipienda sunt, nulla fauorabili
interpretatione vel extensione adiuuan-
da[a], quia odiosa reputantur[b]. Angustias
& causam limitatam seu restrictam in eo
ponimus, quod dicti priuilegij seu con-
cessionis duo sint capita, sub quorum neu-
tro contineri potest hæc Præpositura de
Meerssen. Prius est quod hæc nominan-
di facultas restricta sit ad dignitates Ab-
batiales, seu quorumcumque monasterio-
rum per Priores aut Præpositos regi aut
gubernari solitorum; quod nemo per Pa-
pam, eius legatos seu nuncios, huiusmodi
dignitatibus præfici possit, nisi ex inten-
tione & de consensu suæ Maiestatis. Alte-
rum quod ad alias dignitates sæculares
principales, & regulares conuentuales
nemo nisi de locis suæ Maiestati subiectis,
vel si aliunde oriundi sint, suæ Maiestati
alioqui gratis, per Sedem Apostolicam,
aut expectatiuas gratias promoueri, vel
de illis prouideri possit. Ita quod nomi-
natio seu nominandi facultas ad solas Ab-
batiales dignitates restricta sit ex priore
capite, & ex posteriore ius consensus tan-
tum attributum sit in prouisionibus quæ
de extraneis personis fierent. Et quidem
vtrumque caput restrictissimum est ad so-
las prouisiones, promotiones, & gratias
expectatiuas Papales, ac Legatorum seu
Nunciorum Sedis Apostolicæ. Vnde ma-
nifestissimum est hanc prouisionem seu ius
conferendi, de quo hic contenditur, neq;
sub priore capite, quia non est Abbatia;
neque sub posteriore, quo potestas nomi-
6 nandi non conceditur, contineri. † Et
quidem ex commanifestius, quod hic non
agatur de prouisione Apostolica, Lega-
torum aut Nunciorum aduersus ius suæ
Maiestatis ampliandum, sed tantum de
ordinaria potestate conferendi, & ordi-
naria superioris Ecclesiastici collatione,
seu prouisione, de qua in dicta concessio-
ne no-

Marginal notes (left column):

a c. litteras de restitut. spoliat. c. cum ad monasterium in fine de statu monach. l. vlt. C. Si contra ius vel vtil. pub. Alexander consil. 216. in c. argumento vol. 2.

b c. In Lateranensi de preb. & dig. c. Cum & plantare de priuileg. c. preterea c. relatum. §. fin. de iure patron.

c c. Porro quoniam de priuileg.

d c. Cum personæ de priuileg. lib. 6.

e Rebuff. ad concordata regni Franciæ, de regia ad vel nomina.

f l. 1. in fin. de eo sit. I rinci.

Marginal notes (right column):

a l. Quod vero. cum seq. de leg. clem. 1. de consti.

b Doct. in clem. 1. c. vlt. de reg. iur. lib. 6.

ne nominationis & consensus nullum est verbum. Sibi enim suisque Legatis & Nuncijs voluit Pontifex tantum inijcere hanc restrictionem, non ordinarijs Collateribus, de quibus vt in dicti priuilegij bulla nullum est verbum; ita quoque nulla est præsumptio, quod cum iniuria aut læsione ordinariorum quicquam concedere Papa voluerit[a]. Est itaque manifestum hanc nominandi facultatem, etiamsi simpliciter & indeterminate esset concessa, ad dignitates non tantum Abbatiales, sed etiam conuentuales ac sæculares, quia restricta est ad prouisiones Apostolicas, nulla ratione extendi posse ad prouisiones Ordinariorum. Eaque ratione Petrus Rebuffus Regiam nominationem ad prælaturas Francisco Regi Francorum per eundem Leonem Pontificem paulo ante supradictam Diui Caroli gratiam quoad Electiuas dignitates concessam, ita per iustam interpretationem restringit[b], vt non pertineat ad dignitates seu beneficia collatiua, quæ per superiorem Ordinarium vel per Papam iure præuentionis ex potestate ordinaria vel absoluta conferri solent, & ad quæ nemo per electionem consueuit assumi: dicens ita in magno Concilio Regio in causa cuiusdam prioratus iudicatum fuisse anno 1539. Cum ergo hæc Præpositura de Meersen non sit, electiua (vt non præsumitur[c]) sed collatiua, vt aperte constat; & præterea inter D. Impetrantem eique nunc adiunctum D. Claudium Solet ad dictam Præposituram regendam deputatum, nulla sit quæstio de prouisione aliqua Papali, (ad quam solam restricta est prædicta nominandi facultas) sed tantum de collatione ordinaria, seu ordinaria conferendi potestate, nulla est iuris apparentia ex parte dicti procuratoris generalis, opponentis, fundantis se in facultate nominandi; quæ si quæ est, restricta est ad prouisiones Papales. Quod autem præfato D. Impetranti ratione dictæ Abbatiæ competat ius collationis, prouisionis, ac dispositionis de prætacta Præpositura, satis pro parte D. Impetrantis probatum existit; non tantum ex eo quod Domina Gerberga filia Henrici Aucupis Imperatoris; soror Otthonis magni Imperatoris; vxor Ludouici Regis Francorum[d] anno Domini 968. quarto idus Februarij, allodium suum de Meersen / tunc subiectum Imperio Germanico in Comitatu Massange, (quod nomen nunc euanuit) substituto pro eo Comitatu seu Dominio de Valckenborgh, cum multis adiacentibus pagis, non Præpositura aut conuentui alicui de Meersen / sed Abbati & monasterio S. Remigij Remis in Regno Francorum donauit, & contulit tenendum ac possidendum. Cui postea ex concessione Pontificia sæpius repetita & confirmata, ex Alexandri Episcopi Leodiensis authoritate accessit ius Præpositura in Ecclesiam de Meersen / ita restricta concessione, vt non Ecclesiæ de Meersen / sed Abbati ac monasterio S. Remigij Remensis facta dici debeat. Quarum concessionis & donationis diuersorum non tantum Imperatorum, quorum superioritas loci de Meersen tunc erat; veluti Otthonis primi, & secundi, Conrardi, Henrici, Frederici, & Sigismundi; sed etiam Ducum Brabantiæ extant confirmationes: veluti Henrici & Ioannis, atque item nouissime Antonij & Philippi boni Ducum Brabantiæ, cui paulatim Dominium de Valckenborch annecti cepit. Ex qua prima origine in successu temporum per Abbates S. Remigij ex corpore sui monasterij semper aliquis prouisus & deputatus fuit, qui dictam Præposituram rexit: ita quod nullum exstet aut ab Opponēte proferri possit exemplum, quo ad nominationem Ducis Brabantiæ, vel Domini de Valckenborch aliquis vnquam vel per Papam, vel per dictum D. Abbatem prouisus fuerit; sed tantum vel ex collatione D. Abbatis, vel ex præuentione seu præuentiua collatione Pontificis. Quod etiam aperte indicant exempla prouisionum, quæ Opponens de Domino Carstelio de Bergis, & Arnoldo de Glymes profert: quæ prouisiones factæ de fratribus non tantum ordinis, sed etiam Abbatiæ S. Remigij, nullam mentionem faciunt nominationis alicuius Ducis Brabantiæ. Quæ omnia nihil conturbantur quod huiusmodi prouisiones per Pontificem factæ sint, & aliqua ratione videantur inclinare ad ius nominationis: nam in proposito satis est quod huiusmodi Præpositura non sit electiua, sed collatiua; & quod ordinaria illius collatio, prouisio, ac dispositio tam ex dotatione, quam concessione Pontificia & Episcopali, ordinarie pertineat ad Abbatem Sancti Remigij:

7 † Status enim & conditio dignitatis ac beneficij ex ordinaria non accidentaria causa indicari ac censeri debet[a], non ex eo quod Pontifex ex sua potestate vel concurrendo vel præueniendo manum ad dignitatem aut beneficium possit apponere: vsque adeo vt per huiusmodi præuentiones Papales ordinarius Collator non dicatur amittere possessionem ordinariæ suæ collationis, sed occurrente postea quandocumque alia vacatione illa vti

a l. 2. §. Si quis à Principe, ne quid in loco public.

b Ad concordata gallie tit. de regia ad prælatur. nominat. §. monasterijs. in verb. vere electiuis.

c Rebuff. in d. verb. vere electiuis.

d Onuphrius Panuinius lib. Romanorum Princip. 3.

a argumento. l. qui habet. & ib. Bart. de tutel.

a *Decius cons. 126. In causa D. Frācisci. & ibi Molyna in addit.*

vti possit[a]. Vnde cum nunc in præsenti
nemo sit, qui vigore prouisionis Apostoli-
cæ ius ad prætactam Præposituram præ-
tendat, sed controuersia tantum sit super
iure ordinariæ prouisionis præfati Abba-
tis, nulla potest esse iusta aut rationabi-
lis applicatio huiusmodi prætensæ facul-
tatis nominandi. † Multo minus ad ius 8
per procuratorem generalem propositum
confirmandum facit quod Philippus Dux
Burgundiæ & Brabantiæ; atque item an-
te eum Antonius Dux Brabantiæ, Eccle-
siam Meersensem suam Ecclesiam seu Præ-
posituram vel monasterium vocet, & quod
Ecclesia de **Meersen** in sua ditione ac
patrimonio seu defensione sit sita; quod-
que Philippus Dux fratrem Arnoldum
de Glymes vocet suum Consiliarium, ei-
que hoc tribuat, quod nunc ex vsu Præ-
latis omnibus in Brabantia peculiare est,
vt nusquam iuri stare debeat, nisi coram
Ecclesiastico suo Iudice, vel Cancellario
Brabantiæ: nam hæc non sunt symbola
ob quæ necessario inferri possit restrictum
illud ius prætactæ nominationis, sed per-
tinent tantum ad demonstrationem quod
Dux Brabantiæ sit Dominus temporalis
& superior locorum, in quibus dicta Præ-
positura, eiusque bona sita sunt: ex quo
ius patrocinij & aduocatiæ ad eum perti-
net: vt generaliter ius patronatus, hoc
est defensionis & protectionis Ecclesiæ
& Ecclesiasticarum personarum pertinet,
non tantum ad Imperatorem qui vniuer-
salis est Ecclesiæ patronus, (quo sensu
Diuus Bernardus[b] Conrardum Impera-
torem, Ecclesiæ aduocatum appellat) sed
etiam ad inferiores Principes seu Domi-
nos in suo cuiusque territorio, etiamsi ius
patronatus ex fundatione aut erectione
reseruatum non habeant; ex quo iure eis
incumbit per administrationem iustitiæ
ciuilem, atque etiam per arma Ecclesiam
sub suo Dominio sitam tueri[c]. Sed hoc
ius patrocinij & defensionis est, non pa-
tronatus, ex quo ius præsentandi vel di-
sponendi de beneficio competit[d]. Vnde
in his terminis circa Regiam nominatio-
nem loquens Petrus Rebuffus[e] dicit,
Principes esse patronos Ecclesiarum &
rerum ipsarum[f]; sed ita vt non habeant
potestatem eligendi, præsentandi, vel
nominandi Prælatos[g]: at nominandi fa- 9
cultas extrinsecus obtenta esse, & non in
consequentiam huiusmodi patrocinij ac
defensionis vsurpari debeat. Alioqui su-
perflua esset Papalis concessio, quæ Prin-
cipibus interdum perpetuo, interdum
temporaliter conceditur, si ratione Im-
perij vel Principatus eis ipso iure compe-
teret. Quæ res fecit vt Carolus Quintus

b *Epistola 145.*

c *Archidiac. in c. l. Ĉlus 63. distinct. & ibi Præposit. Idem in c. Imperium 1. dist. Bald in c. quanto de iudic.*
d *extra de iur. patron.*
e *in d. tit de Reg. ad prel. nominat. §. 1. in verbo Cathedralib.*
f *c. Principes. & c. Res. 23. q. 5.*
g *c. nobis de iure patron. Cardin. in d. c. Imperium.*

Imperator à Leone X. sibi eam concedi
obtinuerit, quam petiturus non erat si suo
iure id potuisset. Quæ protectionis & de-
fensionis consideratio facit vt nihil Im-
petranti obstent litteræ Antonij Ducis,
fratri Nicolao de VVacke, Item Philip-
pi Ducis fratri Arnoldo de Glymes con-
cessæ; quia tantum continent iustam de-
fensionem, & manu tenentiam in benefi-
cio aliunde atque aliter quam ex nomina-
tione Ducis obtento: ex qua defensione
& manutenentia cum actus Iustitiæ ma-
gis, quam gratiæ sit, ius præsentationis
aut nominationis constitui non potest;
præsertim cum hodie ex vsu omnium be-
neficiorum Ecclesiasticorum, etiam di-
gnitatem non habentium, huiusmodi de-
fensio & manutenentia ad Principem Lai-
cum, eiusque supremum Auditorium seu
Concilium pertinent;[a] in quibus tamen
ius nominationis non prætenditur. Quin
imo ex aduerso ex formula iuramenti,
quod Præpositus de **Meersen** acquisita
præpositura facere debet, per opponen-
tem exhibita, euidenter constat Præposi-
tum per suum superiorem Abbatem S.
Remigij constituendum esse; ita vt ini-
tium acquisitionis nulla ratione sit po-
nendum in nominatione aut præsenta-
tione Ducis Brabantiæ. Quamobrem
nec intentioni D. Impetrantis resistit,
nec Opponentem iuuat eadem dicti iura-
menti formula, quod etiam Præpositus
velut homagium Duci Brabantiæ præ-
stet. Nam quamuis id principijs & primæ
donationi D. Gerberghæ, item concessio-
nibus ac confirmationibus tot Imperato-
rum postea per Antonium & Philippum
Duces inserto ac repetito huiusmodi pri-
uilegiorum ac concessionum tenore ap-
probatorum, euidenter repugnet, quod
in ijs disertis verbis contineatur quod ne-
que Dux, neque Comes, nec quisquam
alius, in dicta Præpositura, seu bonis quic-
quam iuris prætendere aut exigere possit,
quam quod de dictorum Abbatis mona-
sterij, & Præpositi processerit voluntate;
vt tamen concedatur huiusmodi homagij
exactionem & præstationem ex iusta cau-
sa procedere, inde tamen ius nominatio-
nis non potest astrui, sed tantum velut ali-
cuius confirmationis, de quo hîc non est
10 quæstio. † Longe autem distat ius insti-
tutionis, & confirmationis, à collatione
beneficij, seu nominatione ad beneficij
collatorem: quia confirmatio & institu-
tio est de beneficio iam collato, & tendit
non ad acquisitionem, sed ad acquisiti
vsum & exercitium[b]. Quamuis & hoc
verum sit hoc iuramentum quod Duci
præstatur, referendum esse ad ipsam tem-
porali-

a *Panor. in c. fin. de iudic. Guido Pape decis. 1. Boerius decis. 69. nu. 23.*

b *extra de instit. c. beneficium de reg. iur. lib. 6.*

poralitatem exercitij iurisdictionis & su-
perioritatis, quam Præpositus ex dona-
tione dictæ D. Gerberghæ in Meerssen/
& aliis multis pagis vicinis habet; quæ
ab ipso beneficio, quod mere Ecclesiasti-
cum est, separationem quandam habet. † 11
Eaque ratione omnes Episcopi Ducatus,
Comitatus, & alios Principatus sub im-
perio obtinentes, Imperatori homagium
præstant ratione temporalitatis, sed dispo-
sitio ac prouisio Episcopatuum ad Papam
pertinet[a]. Indeque est quod in dicta for-
mula primum iuretur S. Remigio seu Ab-
bati monasterij S. Remigij superiori &
Collatori, & à quo dicta Præpositura de-
pendet; Deinde Duci sub quo temporali-
tatem in Laicos Præpositus habet, & per se
vel suos exerciturus est. Quod autē Dux
Philippus fratrem Arnoldum de Glymes
suum Consiliarium vocauerit, id perso-
nale, non reale ratione dictæ Præpositu-
ræ fuit: cum neq; in literis Antonij Du-
cis, neque Caroli Imperatoris fratri Go-
defrido Dasp remont concessis id vel prius
dictum vel repetitum conspiciatur; &
quod personalis tantum appellatio seu
qualitas accidentaria fuerit, cum persona
illius interitura. Inde est quod Dux Phi-
lippus recognoscat se illius opera & con-
silio vsum in concilio Basiliensi, atque et-
iam in vrbe Romana. Et quod non sit
perpetua seu inhærens, & realis præposi-
turæ annexa qualitas, inde deprehendi
potest, quod ad consessum Prælatorum in
Brabantia, quos Dux suos Consiliarios
perpetuos vocat, neque vocetur, neque in
illo vnquam visus fuerit Præpositus de
Meerssen. † Sed de his scrupulosius di- 12
sputare non est necesse, cum huiusmodi
symbola non sint certa argumenta aut si-
gna, ex quibus ius nominationis prætexi
possit in beneficio vel dignitate minime
electiuo, sed collatiuo: eius collatione,
prouisione, ac omnimoda dispositione
proprie & stricte pertinente ad D. Abba-
tem S. Remigij: vsque adeo vt Præposi-
tus confirmatione Pontificia non indi-
geat[b], vt alij electiuam Prælaturam ab
ordinarij iurisdictione Episcopi vel Ar-
chiepiscopi exemptam, adepti[c]. Cum ita-
que D. Impetrans ratione suæ Abbatiæ
S. Remigij huic Præposituræ præfecerit
D. Claudium Solet suum religiosum in
dicto monasterio S. Remigij professum,
aduersus cuius idoneitatem & qualifica-
tionem nihil obijcitur; postulat ratio &
æquitas ne in eius admissione impedi-
mentum aliquod per Opponentē ei fiat[d]:
cum Regiæ maiestatis proprie non inter-
sit, & ei præiudicium nullum fiat; præ-
sertim quod D. Claudius iuramentum so-

a Clem. c. vt lite pendent. c. 2. de preb. lib. 6.

b c. fin de Instit.

c c. Auaritia de electio. li. 6

d d. c. fin de Instit.

litum præstare non recuset: ius etenim
suum cuique tribuendum est, nec cui-
quam facile eripienda collationis, proui-
sionis, ac dispositionis circa Ecclesiastica
beneficia, & dignitates potestas[a], quādiu
persona præsentata & instituta idonea est,
& ex eo genere seu loco, vnde beneficio
13 prouideri debet. † Id enim tam arcte
seruari iura præcipiunt[b], vt prioratus vel
Ecclesiæ aut administrationes seu officia
vnius monasterij consueta per eiusdem
monasterij monachos gubernari, commit-
ti non possint alterius monasterij mona-
chis gubernanda absque authoritate sedis
Apostolicæ, quamdiu scilicet in eodem
monasterio vnde desumi debent aliquis
sit idoneus[c] (vt est hic D. Claudius)
graui pœna constituta aduersus mona-
chum alterius monasterij se ad huiusmo-
di gubernationem transferri vel deputari
14 patientem[d]. † Nouissime omnibus præ-
dictis cessantibus, quæ tamen firmiter sta-
re videntur, aliunde excluditur adhuc
Opponentis contradictio ex vnione & in-
corporatione prædictæ Præposituræ præ-
fato D. Abbati & monasterio per Iulium
Secundum Papam facta; in qua vnione &
incorporatione cum contineatur suppres-
sio & extinctio dictæ Præposituræ[e] con-
sideratio alicuius Præposituræ aut digni-
tatis amplius haberi non potest: ita vt ex
defectu dignitatis, & ea cessante, deficiat
& cesset quoque ius nominandi ad digni-
tatem[f]. De quo minus hic dubitandum
est, propter duplicem confirmationem
Caroli Quinti, qua tam expressis verbis
eam vnionem & incorporationem per di-
stincta temporum interualla approbauit;
addita declaratione quod Vicarius, quem
Abbas pro regenda Præpositura suo no-
mine in Meerssen constituet, sit ad nutum
amouibilis seu reuocabilis: cui approba-
tioni & declarationi verosimile non est
Catholicam Regiam maiestatem contrā-
15 uenire velle. † Quæ quidem vnio hac in
re fauorabilis est, ob id quod non tam sit
vnio & incorporatio separatorum (quod
proprium vnionis est[g]) quam eorum quæ
ab initio & à prima origine vnita, & di-
ctæ Abbatiæ incorporata fuerunt, ex pri-
ma dotatione, & donatione D. Gerber-
ghæ, ac tot Imperatorum & Ducum con-
firmationibus, pluriumque Pontificum
& Episcoporum authoritate: ita vt hæc
vnio & incorporatio tantum tendat ad
obuiandum abusibus quorundam religio-
sorum, qui contempta Abbatis sui autho-
ritate & prouisione, quod restrictior ab
initio semper fuerit ad nudam admini-
strationem, sine plena bonorum disposi-
tione, ad impetrationes Pontificias re-

a d. c. fin.

b In c. Cum singula §. prohibemus. de preb. lib. 6.

c gloss. in d. §. prohibemus in verbo gubernanda.

d d. §. prohibemus.

e c. Recolentes in fin. de statu monach. Rota decis. 27. Nota quod vbi beneficium In antiq. Paulus Parisius cons. 90. In causa veritate nu. 10. vol. 4

f c. Cum in Ecclesia. de preb. lib. 6. c. cum de non sacerdotali eod. tit.

g c. Cura. de iur. patron. c. exposuisti de prebend.

currebant, pro obtinenda liberiore dictæ Præpositurae administratione, & exercitio; exclusa & excussa præfati Abbatis sui superioris obedientia. Vnde hic etiam scrupulosius de validitate huius vnionis per Cæsaream Maiestatem bis confirmatæ, concesso & permisso illius vsu, inquiri non debet: † Res enim facile ad suam 16
naturam reuertitur[a]; & vt vnio separatorum, ita quoque dismembratio coniunctorum odiosa est. Sic quod plus fauoris huic vnioni, quæ voluntati donatricis, voto & confirmationi tot Imperatorum ac Ducum concessioni, tot Pontificum & Episcoporum comprobationibus consentanea est, tribuendum sit, quam prætensæ dismembrationi, quam partim monachorum pertinacia; partim primæ fundationis & donationis, vel ignorantia, vel dissimulatio in vsu & longitudine temporis inuexit; per quem abusum Præpositura de Merssen aliquo tempore pro conuentuali dignitate videtur vsurpata fuisse; quam constat ex primis initijs talem non fuisse. Omnibus igitur perpensis, existimamus Illustrissimum D. Cardinalem bono iure asserere ius suæ collationis ac prouisionis de dicta Præpositura, siue illa censeatur iure dignitatis ac prælaturæ, quod temporis vsus aliquamdiu inuexisse videtur, quia electiua non est, & pertinet ad ordinariam dicti Abbatis collationem, dependens præterea ab Abbatia & monasterio S. Remigij; siue iure simplicis beneficij, seu potius officij ex primæua origine: quia dicto monasterio eiusque monachis addicta est; ita vt ius nominationis, quo Procurator generalis tantum nititur, etiamsi aliquod Regiæ maiestati generaliter in Prælaturis & Dignitatibus harum regionum competeret, hic ad hanc Præposituram extendi non debeat.

a l. Si vnus § pactus ne peteret ff de pactis.

SVMMARIVM.

Auocatio causæ. Inhibitio Iudicis.

1. *Exemptio personarum transit ad illorum bona.*
2. *Clericus de rebus suis coram Iudice Ecclesiastico conueniri debet.*
3. *Auocatio causæ ex qua causa fieri possit.*
4. *Antiquitas temporis inducit præsumptionem solemnitatis.*
5. *Inhibitionis effectus.*
6. *Attentata post inhibitionem Iudicis reuocanda.*
7. *Prorogari iurisdictio Laici Iudicis non potest.*

CONSILIVM XIII.

Expedita est resolutio causæ principalis, quæ coram Renerend. D. Abbate S. Gertrudis Louaniensis Iudice Apostolico agitur; inter religiosas personas magistras & sorores Beginagij Oppidi Tongrensis Impetrantes, contra iuratos opificiorum Halecariorum & fructuariorum Ciuitatis Leodiensis Opponentes. Cum enim res ipsa demonstret & Opponentes quoque fateantur, Impetrantes esse personas religiosas sub licito & approbato collegio, & prætcrea per exhibitum instrumentum acquisitionis bonorum seu fundorum, de quibus in hac causa existit quæstio, apertissime constet, quod Opponentium prædecessores in anno Domini 1482. vicesima Aprilis ad opus dicti Beginagij transportauerint diuersos fundos, ad mensuram circiter duodecim bonuariorũ; & per huiusmodi transportationem seu traditionem ijdem fundi venerint in proprietatem eiusdem Beginagij; idemque Beginagium ab eo tempore semper fuerit & adhuc sit in possessione eorundem; vt aperte deprehenditur ex processu dictorum Opponentium coram laicali Iustitia de la Halle; ad restitutionem dictorum fundorum, aduersus Impetrantes
1 tes instituto: † Dubitatio nulla est quin hi fundi in ius Ecclesiasticum transierint, & sic per consequens exempti sint à iurisdictione cuiuscumque Iudicis Laici; vt & dictum Beginagium cum suis personis religiosis ab ea iurisdictione exemptum est: quæ exemptio personæ Ecclesiasticæ ad res quoque Ecclesiæ extendi debet[a]. Iam vero aperto iure constitutum est, quod in causa clerici seu Ecclesiæ vel Ecclesiasticæ personæ adeundus sit Iudex Ecclesiasticus, non Laicus: & vt Clericus Laicum de rebus, quas Laicus negat esse Clerici vel Ecclesiæ, conueniri debet coram suo Iudice Laico; ita quoque ex aduerso cum Laicus Clericum seu religiosam personam conuenit de rebus quas suas esse vel sibi deberi contendit, Clericus vero Reus id negat; conueniri debet coram Ecclesiastico, non Laico seu

a l. 1. C de Episcop. & Cleric. Didacus Couarru. variar. resolut. lib. 1. c. 4. nu. 5.

b in c. si quis contra de foro compet.

a c. Si clericus laicum de foro compet. & ibi l'Abbas.

seu sæculari Iudice[a]. † Etsi contra hanc 2
iuris manifesti dispositionem, Clericus aut alia religiosa seu Ecclesiastica persona etiam ratione bonorum immobilium, quæ negantur pertinere ad Laicum, coram Iudice sæculari conueniatur, recte potest Iudex ecclesiasticus non tantum Actori laico sic in Ius trahenti; sed etiam ipsi Iudici sæculari cognitionem hoc casu assumenti per suas litteras monitorias pœnales inhibere, ne in huiusmodi causa in tribunali laico, sed coram se procedatur[b]: præsertim in terris Ecclesiæ, & vbi Episcopus habet vtramque iurisdictionem, spiritualem & temporalem; vt est in patria Leodiensi, in qua hi fundi siti sunt. Cum ergo Opponentes ratione dictorum fundorum, præfatas Impetrantes in ius coram dictis Iustitiarijs Iustitiæ de la halle nuncupatæ pertraxerint ad finem vt Impetrantes cassarent transportum, & traditionem seu legis operas sibi per Opponentium prædecessores olim de prætactis fundis factum, & ipsos Opponentes reinuestirent, vt constat per acta tam pro parte Impetrante, quam per Opponentes exhibita, manifestum est dictas Impetrantes ad vetitum examen seu iudicium fuisse vocatas & pertractas, iustamque ob id fuisse per dominum Officialem Leodiensem ad querelas Impetrantium, dictis Opponentibus & Iudicibus faciendi inhibitionem, illique coniunctam citationem ad dicendum causas & rationes cur ad id faciendum minime tenerentur. Quod quidem iudicium inhibitionis coram dicto Officiali Leodiensi inchoatum, vtique per S. D. N. Papam etiam ad postulationem Impetrantium à dicto D. Officiali auocari & præfato R. D. Abbati S. Gertrudis Louaniensis committi potuit. Cum enim omnes inferiores etiam ordinarij Iudices Ecclesiastici ex mandato & permissu Papæ; vt sæculares à Principe suam ordinariam iurisdictionem tanquam à fonte deriuatam, habeant & exerceant[c]; merito eo auocante causam, coram illis cæptam. quasi contrario mandato iudicare vetentur[d]; recte per Papam causa ad ipsum aduocari seu auocari, & alij mandari seu delegari potest[e]. † Quæ 3
aduocatio & commissio ex surreptione aut obreptione aliqua non recte impugnatur: quamuis in eo Opponentes in hac causa plus operæ ponant, quam in allegatione aut deductione Iuris sui, quod in seu ad hos controuersos fundos habent. Sed nulla est idonea causa vnde alterutrius, surreptionis scilicet vel obreptionis vitium constitui possit, aduersus hoc auocatorium seu delegatarium rescriptum. nam

b c. Seculares de foro comp. lib. 6. Boerius decis. 114. nu. 2.

c c. 1. & ibi Card. nu. 4. in fin. vt lite pendente Alexand. in l. 1. in fine de iurisd. omn. iudicum.

d l. Iudicium soluitur de iudicijs.

e c. vt nostrũ de appell. Quintilianus Mandosius in praxi commissionum. c. 4. ad verb. aduocamus. circa mediũ.

quod Opponentes primo ad effectum declinandi, deinde proponendi peremptorie, rescripto objiciunt quod ex priuilegio patriæ Leodiensis nemo illius subditorum quacunque authoritate possit in prima instantia euocari extra patriam Leodiensem; effectum nullum habet; propterea quod de huiusmodi priuilegio, post negationem Impetrantium, nihil probatum sit; nec præsumi debeat, cum aduersetur authoritati & potestati summi Pontificis. Et stante huiusmodi priuilegio, non posset censeri derogatum potestati Papæ quoad auocationes, quæ ex iustis causis fiunt: veluti per speciem prouocationis, hoc est ex causa perhorrescentiæ, & probabilis metus non administrandæ Iustitiæ per Iudicem ordinarium[a]; non quidem metu aut suspitione tantum ex persona Iudicis desumpta, sed etiam ex aduersario: videlicet ob eius potentiam aut vim[b]. Hæc enim est iusta auocationis causa in iure fundata, de cuius veritate constat ex actis in hac causa exhibitis; quod videlicet lite instituta coram Officiali Leodiensi, per vim inhibitionis Opponentes magistratum Leodiensem excitauerint ad hoc vt cogeret Impetrantes eorumque syndicum ad reuocationem & cassationem huiusmodi inhibitionis. Prout etiam quantum in ijs fuit, non obstante dicti Officialis inhibitione, id ad effectum aliquem perduxerunt; lata velut in contumaciam Impetrantiũ sententia condemnatoria ad reuocandum & cassandum: vt ex his quæ paulo post de attentatis & innouatis dicemus, manifestum fit. Quod euidentius etiam demonstratur ex eo, quod dictus magistratus præfatum dominum Officialem eo perduxerit, vt post dictam inhibitionem & auocationem causæ ab eo per S. D. N. Papam factam, etiam iuris subsidium per omnes gradus censurarum concesserit aduersus dictarum Impetrantium syndicum. Quid enim id aliud erat, quam in effectu ab inhibitione rite ac secundum ius facta, propter potentiam dicti magistratus, aut Opponentium aliam improbitatem recedere & parti Impetranti Iustitiæ complementum non exhibere. Et quamuis Impetrantes in hac causa defungi potuissent, ostensa sola inhibitionis apparenti iustitia ex his quæ diximus; quod videlicet Impetrantes sint religiosæ personæ, & per illas asserantur bona, quorum occasione lis aduersus ipsas instituta erat coram Iustitia de la halle, ad ipsarum Beginagium pertinere: quia tamen in rescripto Apostolico potestas conceditur etiam cognoscendi de iure Dominij dictorum fundorum, adiuncta

a d. c. vt nostrum.

b c. Statutum §. Cum vero: de rescript. lib. 6. l. Illicitas §. ne potentiores. de offic. Præsides.

 quoque

quoque est in libello deductio iuris, quod Impetrãtes in illis habent, & proposita petitio super illis: ita quod cum per clarũ & liquidum instrumẽtum de acquisitione illorũ in an. 1482. constet, & ratio sequentis temporis demõstret ex ea causa huiusmodi fundos ab Impetrantibus amplius quã per annos 80. continue esse possessos; officiũ quoq; R. D. sit super iure dominij seu quasi dictorũ fundorum secundum Impetrantes pronunciare. Potissimum quod inspecta petitione quæ coram Iustitia de la Halle proposita est, idem satis confitẽtur Opponẽtes; obliqua tamen significatione facta, quasi huiusmodi acquisitio fuerit nulla tanquã minus solẽniter facta per Iuratos dictorum opificiorum; quod Rectores, Administratores, seu Officiales Reip. Vniuersitatis, vel Collegij liberã alienandi potestatẽ non habeant[a]. † Quæ obiectio 4
in proposito locum habere non potest. Cũ enim hæc alienatio ante plurimos annos facta fuerit, in tanta temporis antiquitate præsumendum est omnia solenniter esse acta; nec quicquam prætermissum eorum, quæ requiruntur ad validam alienationẽ; præsertim quam tanti temporis insequens cõtinua possessio approbauit[b]. Deinde tãti temporis cursus plusquam duplicatam lõgissimi temporis præscriptionem induxit aduersus laicas personas[c]; concurrẽte iusto titulo emphyteusios, seu potius dationis ad censum seu reditum annuum[d]. † Quæ 5
cũ ita sint, & præsertim quod de iustitia inhibitionis D. Officialis Leod. non sit dubitandum, quodq; per illam coram eodẽ D. Officiali lis sit aduersus dictos Opponentes pro Impetrantibus inchoata ex die 11. mensis Maij, an. 1570. quo in parte Opponentẽ atq; etiã Iustitiarios facta est executio dictæ inhibitionis; consequẽs est omnia quæ post executionẽ eiusdẽ inhibitionis non tantũ pro parte Opponente, sed etiã per dictos Iustitiarios de la Halle; & præterea per Burgi-magistros ac magistratũ ciuitatis Leod. in præiudiciũ dictæ inhibitionis ac litispẽdentiæ super ea, & cõtra illã facta sunt, esse attentata & innouata. Inhibitio. n. quæ fit per eum qui authoritatem & potestatẽ inhibendi habet, in effectu priuat eũ cui inhibetur potestate in lite vlterius progrediẽdi siue agendo, siue cognoscẽdo, siue iudicãdo[e]. Ita quod post datam executæ inhibitionis, per iudicem inhibitũ aut alium quemcunq; in præiudiciũ dictæ inhibitionis facta tanquã attentata & innouata debeant in primis & ante õia reuocari & cassari[f]. Et quidẽ siue super inhibitione, an sit iusta vel bene impetrata sit cognitũ siue non[g]: quia inhibitio siue sit iusta, siue iniusta metuenda est, & in præ-

a l. Prses C. de transact.
b l Sciendum de verb. oblig. late Crauetta de antiqu. temp.
c c Sanctorũ de præscriptio. l Sicut. l. omnes C. de præscriptio 30. annor.
d l. 1. C. de iure emphyt. Carol. Molin. in ad consuetud. paris. §. 1. glossa 3. part. 2.
e l. Hac enim § fin. & ibi Bart. de suspect. tutorib. Quintilian. Mandosius in tract. de inhib. quest. 19 in fin.
f c non solũ. c. Romana de appellat. lib. 6.
g Quintilia. Mandos. de inhib. quest. 20.

6 iudiciũ illius nihil attendendũ[a]. † Quicquid igitur dicti Iustitiarij de la Halle eodẽ die quo illis dicta D. Officialis inhibitio insinuata erat, videl. 11. maij, 1570. (vt constat ex attestatione Secretarij dictorũ Iustitiariorũ de la Halle) super cassatione transportus dictorũ fundorum, cũ magna præcipitatione causa minime instructa, ad præueniendũ dicti D. Officialis iudicium iudicatũ fuit; quicquid magistratus Leod. maiore violatione iurisdictionis Ecclesiasticæ inuoluendo se periculo non futuræ tantũ, sed præsentis etiã excommunicationis[b] ad supplicationẽ Opponentiũ inhibendo sub pœnis præcipiendo mense maio, itẽ mense Iulio dicto an. 1570. iudicando contra dictas Impetrantes & earũ sindicum. Quicquid rursus in sequente an. 71 & seqq. exequendo & pœna proscriptionis (quã albinatũ vocant) dictum sindicũ & exactionis expensarũ persequendo; subsidiumq; Officialis Leod. desuper implorando, idemq; Officialis iudicij inhibitionis corã se inchoati, & per auocationem Pontificiã ad R. D. Abbatem translati; immemor etiam vsq; ad inuocationẽ brachij sæcularis in a. 71. & 72. & denique hac lite pendente per apprehensionẽ & incarcerationẽ dicti sindici, illiusq; coactionẽ ad solutionẽ dictarum expensarum fecit; pro meris purisque attẽtatis & innouatis accipi debet in præiudicium huius litis corã dicto Officiali inchoatæ & huc coram R. D. Abbate per auocationẽ translatæ: quæ ob id ante omnia ex priuilegio attentatorũ iam diu reuocari debuissent, nunc saltẽ instructa vtraq; causa partim ex conclusione in causa principali, partim ex conclusione in accessoria causa attentatorũ proposita, reuocari
7 & cassari debẽt[c]. † Nihil in contrariũ faciente quod Opponentes allegant de prorogatione iurisdictionis magistratus Leodiensis, quia cum corã illo nihil pro parte Impetrantium propositũ fuerit, nisi quod tendebat ad declinationem illius iudicij, (vt constat ex scriptura responsionis in eo iudicio per Opponentes exhibita, censeri debet eadẽ declinatio prorogationẽ impediuisse. Cũ alioqui Iudicis laici aduersus Ecclesiasticã personam qualis etiã fuit dictus sindicus, non tantũ dicti Imperrãtes, iudiciũ & sententia propter omnimodam inhabilitatẽ, incapacitatem, & incõpetentiam vsq; adeo vitio nullitatis laborent, vt nec prorogatione[d], nec dissimulatione aut taciturnitate, nec omissione appellationis conualidari possit[e]. Concludimus itaq; officium R. D. Abbatis esse, vt in vtraq. tam principali, quam attentatorum causa, secundum conclusionem Impetrantium in illis propositam iudicet.

a Rota decis. 327 alias sub tit. de app. l. 26. Nota quod authentice in antiquis. Francisc. Hercula in tract. de attenta. c. 28. nu. 2.
b c. non minus de immun. Ecclesia. c. 1. & ibi Ioannes Andr. & de immun. Ecclesia. lib. 6. Panorm. in c. aduersus eccl. tit. lib. 6. c. seculares de foro compet. lib. 5.
c Extra vt lite pendente per tot.
d c. Si diligenti & Significasti de foro compet.
e c. 2. de foro compet. l. 1. C. Si à non compet. Iudice c. At si clerici de iudic.

SVMMA-

SVMMARIVM.

De foro competenti. An institor ex contractu Domini conueniri possit?

1. *Mandato dato ibi contractum præsumitur, vbi mandatum executioni mandandum est.*
2. *Locus contractus non facit vt ibi quis non deprehensus conueniri possit.*
3. 6. *Institores vbi quis habet, an forum sortiatur.*
4. *Institor Dominum obligat.*
5. *Institor ex persona vel contractu Domini in ius vocari non potest.*
7. *Creditores multi vnius debitoris quomodo inter se ex diuersitate loci præferentiam habeant.*
8. *Rationes reddendæ sunt vbi societas contracta est.*
9. *Socius socium extra societatis causam non obligat.*
10. *Societates plures commiscendæ non sunt.*
11. *Socij plures pro parte tantum singuli teneantur.*

CONSILIVM XIV.

EX facto proponitur quod hæredes Antonij, & Ludouici Bonuisij, socij in Ciuitate Lugdunensi anno 1563. mense Augusto, mandauerint Paschasio Spinulæ Antuerpiæ agenti, vt Antuerpiæ solueret summam 2163. coronatorum, cum tribus quintis coronati, singulis coronatis ad 74. grossos, & tertiam grossi computatis, ex tribus literis cambij, quarum dies cederet 29. Februarij tunc proxime sequentis. Per quas literas cambij hoc quoque ordinatum est Actori, vt hoc debitum poneret ad rationes Octauiani Pallauicini Veneti: Sed cum Actori per dictum Octauianum minime succurreretur, neque via demonstraretur, qua dictis tribus literis satisfieret, idem Actor dictas literas acceptauit cum protestatione, quod id faceret pro honore dictarum literarum; prout etiam summas prætactarum literarum soluit; eamque ob causam Antuerpiæ sub literis cambij, per dictos Bonuisios Lugduni soluendis, accepit summam 2221. coronatorum vndecim solidorum, & vnius denarij soluendam Lugduni in nundinis omnium Sanctorum tunc proxime. Cæterum cum hæ literæ cambij per Bonuisios Lugduni acceptatæ non fuerint, sunt Antuerpiam remissæ, cum solita protestatione sub interusurio, seu interesse trium grossorum, ac trium denariorum in singulis coronatis: totali summa principali, cum prædicto interesse, & expensis ad decimam Maij nouissime præteriti, ascendente ad summam 679. librarum 13. solidorum grossorum monetæ Flandriæ. Proinde dictus Actor in ius vocauit coram Magistratu Antuerpiensi Alexandrum Bonuisium vnum ex socijs dictæ societatis Bonuisiorum Lugduni exercitæ, aliam societatem cum alijs Antuerpiæ habentem, ad solutionem prætactæ summæ 679. librarum tredecim solidorum grossorum Flandriæ cum damnis & interesse. Quæritur itaque in primis, num dictus Alexander idoneo loco conuentus sit Antuerpiæ, & an ibi iuri stare debeat, ob id, quod vt in facto proponatur, quod & Alexander Antuerpiæ domicilium nullum habeat, sed tantum institorem in quadam societate, quam Antuerpiæ, non cum Bonuisijs, sed alijs habet & exercet? Ad quæ respondendo dicimus Alexandrum recte vsurum exce-
1 ptione declinatoria fori. † Namquamuis mandatum à Bonuisijs Actori datum hoc efficiat, vt Antuerpiæ contractum videatur; quasi non sit attendendus locus mandati, sed vbi exequendum est, mandatur [a], vt ibi contractum videatur, eoque loco mandans conueniri possit, perinde vt vbi domicilium habet: hoc tamen verum est, quod ratione loci contractus nemo possit conueniri, nisi ibi eius persona
2 deprehendatur, seu inueniatur [b]. † Neque enim tam potens est consideratio loci contractus, vt quis ex aliena iurisdictione, vbi domicilium habet, coram Iudice, vel Magistratu loci contractus in ius trahi, aut euocari possit [c]; quia per solum contractum non fit subditus Magistratus
3 illius loci vbi contraxit [d]. † Neq; Actori suffragatur ad magis fundandam Magistratus Antuerpiensis iurisdictionem in hac causa, quod Alexander Antuerpiæ institorem habeat, & vt ait Baldus [e] ibi quis forum sortiatur, vbi suos institores seu factores habet: nam id simpliciter verum non est, sed ita demum, si de contractu Institoris agatur, qui propter locum facies,

a *l. hæres absens. §. apud Labeonem, & ibi Doct. de iudic. Bart. in l. Si, vt proponitur in prin. de fideiuss. Bald in l. multum interest. nu. 11. C. Si quis alteri vel sibi.*

b *gloss. 1. in l. 1. Si quis in ius vocatus non ierit. Salyc. in l. Iuris ordinem. n. 4. C de iurisd. omn. iudic.*

c *c. 1. § contrahentes de foro compet. lib. 6.*

d *Castr. in d. l. Iuris ordinem num. 6. Sosin. in c. Dilecti n. 23. de foro comp.*

e *in d. § apud Labeonem.*

ciet, vt non tantum obligetur Dominus
præponens [a], sed vt etiam eo loco, quo
factor, seu institor contraxit, conueniri
possit, si ibi deprehendatur [b]: ita vt nihil
referat, ipse contraxerit, aut institor e-
ius. † Sed quod institor ex alio domini 4
contractu, cui se institor non interposuit
(quale est hoc mandatum, de quo hic a-
gitur) eo loco, quo per dominum præpo-
situs seu constitutus est, conueniri possit
nomine domini, nullo iure cautum est. † 5
Nam etsi dominus recte conueniatur ex
contractu Institoris, cum propter præpo-
sitionem, & antecedens mandatum ipse
quodammodo contraxisse videatur [c]: nul-
lo tamen iure cautum est Institorem ex
persona domini in ius vocari posse, pro
quocunque alio contractu per dominum
inito; quale est hoc commune mandatum
societatis Bonuisiorum Lugduni nego-
tiationem exercentium. † Sed nec inde 6
iustificari, aut fundari potest iurisdictio,
quod societatem Antuerpiæ habeat Ale-
xander. Nam satis est ad declinandum,
quod hæc societas nihil contingat socie-
tatem Lugdunensem, sociique Alexan-
dri, in societate Lugdunensi in hac parti-
cipes non sint: distinctæ enim ac separatæ
ex rebus, locis, & personis societates,
coniunctionem per omnia non habent; † 7
Ideoque etiam fit, vt in concursu plurium
creditorum vnius debitoris, qui pluri-
bus locis societates, aut stationes habet,
in bonis vnius loci alijs præferantur, qui
in ea societate seu statione contraxerunt,
& in creditum iuerunt [d]. † Illudq; ex lo- 8
co societatis, & administrationis peculia-
re est, quod eo loco agendum sit de ratio-
nibus, & computu, ac rationes reddendæ
sint, vbi societas exercita, & res admini-
strata fuit [e]: cum loci commoditas pluri-
mum faciat in proferendis instrumentis, &
discutienda veritate [f]. Sic quod non tan-
tum eo loco conueniri possit socius et-
iamsi alio loco se transtulerit [g], sed etiam
debeat, & non alibi, si velit [h]. † Ideoque 9
traditum est, quod socius per socium, ære

a l. 1 ff de instit. act.
b d. §. apud Labeonem Ludouic. Roma singular 240. procurator meus Boerr. decis. 114.
c d. §. apud Labeonem l. ita autem. §. S. ff. de adm. tutor.
d l. procuratoris §. si plures de instit. actio. & ibi Angel. Castrens. cons 283 versis & ponderatis vol. 1. Aret in §. introduxit instit. quod cum eo qui in alien. potest.
e l. 1. C. vbi de ratiocinijs.
f Bald. & Cast. in d. l. 1. Specul. in tit. de compet. iud. ad §. 1. vers. tricesimo nono, per l. neque scribunt. §. fin. de procurat.
g Raphael Cumanus cons 73. Titius Lucanus.
h Maria. Socinus cons. 31 prosequendo ordinem. in fin. vol. 1.

alieno extra causam societatis obligatum,
non obligetur, nec eo nomine conueniri
possit [a]. Ita vt si Actor intentionem suam
aduersus societatem præfati Alexandri,
quam Antuerpiæ separatam à societate,
quam cum Bonuisijs Lugduni habet, di-
rexit, male, & non suo loco, neque ad-
uersus quem debuit, aut potuit egisse, di-
10 cendus sit [b]: † Vna enim societas ad a-
liam trahenda non est, nec ad diuersum
actum, seu contractum gestum vel initum
per vnum ex socijs cum alijs [c]; & sic vnus
socius non potest societatem suam obli-
gare in alia, quam cum alijs habet [d]. Ita vt
quoquo res vertatur, nulla ratione funda-
ri possit iurisdictio seu competentia iuris-
dictionis, vel aduersus Alexandrum, vel
aduersus eius factorem, vel denique ad-
uersus hanc separatam societatem. Et
quamuis dissimulare nequeam quin quia
Alexander forum ex prætacto mandato
Antuerpiæ sortitus est, ibique recte con-
ueniri posset, si ibi inueniretur, eamque
ob causam fieri posset missio in ipsius bo-
na Antuerpiæ existentia, si Antuerpiam
non veniat [e], & sic in eam portionem quam
Alexander in societate Antuerpiensi ha-
bet: id tamen nihil prodest in proposito
casu, quo persona Alexandri conuenitur,
sicut demonstrat tenor libelli; quod, vti
diximus, nulla ratione faciendum est, &
viam missionis Actor non est sequutus [f].
Ita vt, cum, quod potuit, non voluerit,
& quod non potuit, tentauerit, omni-
no aberrasse dicendus sit, & Reus ab in-
11 stantia iudicij absolui debeat. † Quo pro-
cliuior debet esse dominorum Iudicum a-
nimus, quod aduersus Alexandrum, cum
vnus tantum sit ex pluribus socijs Lugdu-
nensibus, in solidum ad totam summam
actio sit proposita; cum quisque socio-
rum propter commune debitum societa-
tis, pro sua virili parte tantum conueni-
ri, & excuti possit [g]; & regulariter plu-
res socij non censeantur plures rei de-
bendi.

a l. cum socio ff pro socio.
b Paulus Parisius cons. 14 Stephanus n. 27. vol. 1.
c Petrus Ancharan. cons. 332. pro clariore.
d l. sed si non. illud § con. de instit. actio. d l. procuratoris § sed etsi dominus.
e d l. heres absens § 1. Salyc. in d l. cum in ordine. Socin. in d c. dilecti. de foro compet.
f arg. l. in ambiguo de rebus dubijs.
g l. si tamen plures de exerc. act. Cynus in l. cum te C. si cert. petat. Francisc. Aret in l. Eandem. n. 5. de duob. reis.

SVMMA.

SVMMARIVM.

Mandatum restitutorium.

1. *Inhibitio omnia futura respicit.*
2. *Solutio in quacunque parte iudicij fieri potest.*
3. *Domum vicini rescindens quando teneatur.*
4. *Relatiuæ particulæ quam vim habeant.*
5. *Noua nouum iuris remedium desiderant.*
6. L. egi, & l. harum. Si serui. vindice. *Intellectus*
7. *Iudex non respicit ad tractum futuri temporis.*
8. *Iudicium in pendenti esse non debet.*

CONSILIVM XV.

IN contentione, quæ est inter Ioannem de Frelonx, certarum literarum inhibitorialium impetrantem nunc appellantem; & Ioannem Schartier de Houbroix Opponentem: in virtute mandati restitutorij antea anno 1561. ab Officiali Leodiensi Impetrati, cui Opponens paruit, vrgeri potuerit Opponens ad fidem faciendam se dicto mandato obtemperasse, & ad tollendum ea, quæ postea longo ex interuallo vi & clam Opponens fecisse dicitur; potior nobis visa est Opponentis causa, rectéque & iure dominum Officialem posteriorem citationem virtute dicti prioris mandati decretam & executioni mandatam reuocasse. † Illud etenim ex 1
tenore dicti mandati constat, restitutorium esse hoc mandatum, non inhibitorium. Non enim continet generalem inhibitionem, ne lite pendente quicquam attentetur; quo casu vnica inhibitio omnibus futuris, & postea subsequentibus turbationibus[a], posset accommodari: quia plures turbationes cohærent, & ex eadem origine oriuntur, contrauentione scilicet, sed vnius tantum rei reuocatione; vt scilicet id, quod iam tunc factum erat, tolleretur; ita vt vires & potestas huiusmodi mandati resoluantur paritione & obediētia illius, qui opus vel aliud quiduis tollere iussus est. † Quemadmodum solutio- 2
ne eius quod debetur, tollitur obligatio[b]; & soluente Reo in quacunque parte iudicij, iudicia sunt absolutoria[c]. Vnde in huiusmodi restitutorijs mandatis ex præsenti statu ius metiri oportet non ex præterito aut futuro seu post facto. Vsque adeo, vt si is qui vi vel clam aliquid fecit, vltro sustulerit, interdicto seu mandato propter id quod prius factum fuit, vrgeri nō possit[d]. factum enim esse & durare oportet[e], cuius nomine huius generis interdictum datur. † Et in simili quamuis excusetur, 3
nec vlla actione teneatur, qui oborto incendio vicini domum rescindit; non excusatur tamen qui nullo incendio orto domum rescindit, etiamsi postea incendium oriatur. Ex præsenti enim statu, non ex post facto id æstimare oportet[a]: ideoque etiam diuerso iure censentur, quæ diuersis temporibus fiunt. Veluti cum quid clam factum est, à quo, prohibente domino, in præsentiarum desistit, qui clam fecit; si idē postea quam prohibitus erat, faciat, vi magis quam clam fecisse videbitur[b]. Resolutis itaq; dicti mandati viribus, non potest eius idem prætextu amplius contendi; præsertim quod eiusdem mandati verba ad vnicum certumq; factum tam præcise sint restricta, vt sub illis non possit aliud fa-
4 ctum cadere, aut contineri. † Sunt enim in eo designata certa signa, ligna, & stipites, quæ eo loco habebat Opponens, quo ei ius ita habendi esse negabat Impetrans, adiectis ijs verbis in dispositiua parte dicti mandati, quæ rem ad indiuiduum restringunt, & generalitatem omnem excludunt, scilicet his, *supra tacta, supra dicta & eadem*; quæ vim relationis[c], & propter relationem expressionem indiuiduorum & demonstrationis rei in indiuiduo continent[d]; efficiuntque vt propter vim indiuidui non possit de casu in casum fieri extensio[e]. Qui enim inquit Baldus[f], se verborum angustia constringit, in periculum incidit. Licet itaque si generaliter & indeterminate prohibitus fuisset Opponens eo loco habere ligna, vis mandati ad futurum tempus, & item alia ligna extenderetur: non extendetur tamen nunc cum de certo corpore lignorum actum fuit, quæ eadem postea non fuerunt reposita. Sic vt cum non possit dici Opponens, ea non sustulisse, & sublata ac amota non detinere, mandato per omnia obtemperasse censeatur. Nihil enim est, in quod mandatum pro tenore verborum
5 & præcepti vires exerceat. † Nouo itaque facto, quod à priore separatum & diuersum est, nouum adhibendum erat remedium seu mandatum: quia quæ de nouo emergunt, noua remedia desiderant[g]. Neque exceptionem operari debet ius Impetrantis: qui hoc impe-

a argumento eorum quæ notant Doct. in c. ne aliqui. de heret. lib. 6.

b Instit. quib. mod. tollit. oblig. in princ.

c § fin. instit. de perpet. & tempo. act.

d l. is qui in puteum §. quod ait Prætor. ff. quod vi aut clam.

e glossa verb. ad præteritū & ad verb. ad præsens. in d. §. quod ait Prætor.

a l. si alius. § est & aliam fin. ff. quod vi aut clam.

b l. 1 § item Labeo dicit ff. quod vi aut clam.

c Bart. in l. si seruus §. fin. de leg. 1. & Carol. Ruinus consil. 103. nu. 5. vol. 1. & consil. 3. nu. 4. vol. 3.

d Bal. in l. fin. C. de impube. & alijs sub. stit. nu. 3.

e l. commodissime. l. filius à patre § si quis ex certa. de lib. & posthum.

f in d. §. si quis ex certa.

g l. 2. §. sed quia. C. de vetere iure enucleando. Gloss. & DD. in l. 1. in princip. de ventre inspiciendo.

trare poterat, vt in futurum etiam prohiberetur Opponens: nam sola facultas non sufficit, sed specialiter peti, & impetrari hoc debuit. † Quemadmodum 6
in simili casu huic admodum vicino respondit Iureconsultus[a]; si egi vicino ius non esse tigna in parietem meum immissa habere, de futuris non immittendis cauendum esse: quasi scilicet sola petitio, vel declaratoria sententia, quod non liceat vicino illa tigna immissa habere, non sufficiat ad futuras immissiones, quarum nomine specialiter agendum est, ture cum factum incidit; cui male occurritur per cautionem si petita est, eam enim Iudex non imperat, nisi specialiter petatur[b]. † Non enim pertinet ad Iudicem tractus 7
futuri temporis[c]: neque sub vna interpellatione aut iudicio continentur, quæ postea emergunt & eueniunt[d]. Et demonstrat id ratio: nam non potuisset Impetrans, tempore impetrati mandati iustificare querelam suam ex hoc facto, quod tunc nondum extabat, & postea longo
8 interuallo sequutum est: † neque etiam eo nomine iudicium in pendenti esse debet; vel in futurum concipi de his, quæ postea euentura essent[e]. Restricta itaque mandati conditio intra suos fines coangustanda est, & ad alia, quæ eo non continentur minime extendenda. Ideoque nos subscripti Iuris vtriusque Doctores arbitramur præfati Domini Officialis reuocationem iustam esse, & prouocationem ab ea interpositam, nullo iure sustineri posse.

a in l. egi, & in l. harum. si ser. vindi.

b Alber. in d. l. egi.

c Doct. in l. 1. de vsuris.

d l. non potest. de mu-cij.

e l. non quemadmodum de iudicijs.

SVMMARIVM.

Iurisdictio ordinaria in loco exempto.

1. *Iurisdictio in territorio consistit.*
2. *Exempta loca non sunt de diœcesi.*
3. *Iudex tribunal suum constituere non potest in loco exempto.*
4. 6 *Iurisdictio consuetudine acquiritur.*
5. *Archidiaconus acquirere potest iurisdictionem in præiudicium Episcopi.*

CONSILIVM XVI.

Visa concessione ac cõfirmatione Godefridi Ducis Lotharingiæ de anno 1140. Item Gosvvini Domini de Heuerle de anno 1159. transactione seu concordia cum Domino Henrico de Heuerle de anno 1304. inita; atque item declaratione alterius Henrici Domini de Heuerle de anno 1418. illiusque confirmatione eodem anno, per Ioannem Ducem Brabantiæ facta, circa ius & superioritatem Reuerendi Domini Abbatis, & monasterij de Parco, in loco de Vinckenbosche & Langendael: videtur mihi infra scripto, quod in proposita facti specie Villicus, & alij Institiarij de Heuerle, non possint iudicium exercere inter subditos Dominij seu loci de Heuerle in causis ciuilibus intra limites Dominij de Vinckenbosche, & Langhendael. Nam etsi tenuia primo aspectu videri possint initia iurisdictionis, quæ Abbati, & monasterio prædicto per Godefridum Ducem, & Gosvvinum dominum de Heuerle concessa fuit; quasi illa non tam loci aut territorij, quam hominum, & mansionariorum loci de Vinckenbosch, & Langhendael foret: exceptio tamen & reseruatio solius altæ Iustitiæ, quam dictus Dux fecit; & certorum criminum quæ Dominus Gosvvinus sibi, & hæredibus suis in dictis mansionarijs reseruauit, facit vt bassa &
1 media iurisdictio † cum territorio concessa dici debeat; non tantum quoad homines seu mansionarios, sed etiam quoad forum, & territorium, in quo plerumque consistit iurisdictio[a]. Quo pertinet quod in litteris, tam concessionis & confirmationis, quam supratactæ concordiæ, seu transactionis tam exacta facta sit limitum huius iurisdictionis seu territorij designatio ac circumscriptio. Ex hac enim non obscure percipitur, ad homines tantum hanc potestatem non esse restrictam: sed ideo hominum specialem mentionem factam esse, quod iurisdictionis exercitium maxime per illos fiat: hoc est vt Bartolus[b] dicit, quod iurisdictio inhæreat personæ, & quod iurisdictio personarum sit. Et quod ad homines seu mansionarios tantum id restrictum non sit, satis etiam indicat dictæ transactionis illa particula, qua Abbatis & Monasterij iurisdictio, exceptione prædicta salua, conseruatur etiam tunc, cum & vbi mansiones sublatæ erunt. Quod ipsum non obscure subiudicatum fuit per verba ipsius concessionis; quod scilicet iurisdictio attributa fuerit, non tantum quoad homines, sed etiam quoad forum, sic enim habent verba: *Ipsum itaque Parcum donaui cum Villula & Mansionarijs de Vinckenbosche* ab vtraque parte riui, vsque ad molendinum quod dicitur

a l. pupillus. § Territorium ff de verb. signif.

b In l. 1. in fin. de iurisd. omn. iudic.

dicitur Broeck, prout nunc eſt, aut in futurum eſſe poterit. Quia vero pars iſta villulæ de Vinckenboſche nunquam ſubfuerat dominio de Heuerle, idcirco adiectum fuit, *cum ea parte eiuſdem villulæ, & manſionarijs apud Langhendael, quam ab Anſelmo nobili viro de Auerendoren per meum aſſenſum acquiſierant*. Hic enim meminiſſe oportet dictionem *Manſionariorum* per ſe iuriſdictionem importare, ſaltem mediam ſiue dominium fundorum, nec idem eſſe cum dictione inhabitantium vel ſubditorum: quia ſupponit ius Curiæ cenſualis, hoc eſt, in bonis inhæredandi, & exhæredandi. Qui autem tales ſunt domini, vel tale ius habent Curiæ cenſualis, non Scabinos, ſed manſionarios habere dicuntur, vt ſignificetur, quod ſi non ſupremam, ſaltem mediam vel baſſam habeant iuriſdictionem. Hoc quoque ex huiuſmodi inſtrumentis deprehenditur, quod harum conceſſionum, & tranſactionis poteſtas in eo potiſſimum verſetur, vt deſignatus hic locus in Vinckenboſche, & Langhendael ſit & maneat proprium allodium Monaſterij, & eximatur à iuriſdictione & ſuperioritate domini de Heuerle; excepta ſola alta Iuſtitia. † Sic 2
vt locus de Vinckenboſche & Langhendael ſit quidem in dominio de Heuerle, ſed non de illo: vt generaliter loca exempta in diœceſi ſunt, de illa tamen non ſunt; & poſſeſſiones ſeu Caſtra, quæ pro franco allodio in regno ſunt, non tamen ſunt de regno[a]. † Pro- 3
inde quamuis dominus in quolibet loco ſui dominij ius dicere, cathedram ſeu tribunal conſtituere poſſit; non poteſt tamen id facere in loco exempto[b], etſi vndique incluſus ſit intra limites dicti dominij ſeu territorij illius: quia illius reſpectu ſine territorio eſt: & ibi ius dicendo extra territorium ius dicit[c]. Et ſic in propoſito quia ad dominum Abbatem ac Monaſterium Parcenſe translatum eſt hoc dominium de Vinckenboſche & Langhendael iure proprij allodij cum omni iuriſdictione, excepta alta Iuſtitia, ſeu coërcitione criminum; ita enim habent verba dictæ tranſactionis; **Alle die gherichten van ſchat/ ſchouwe / ende van anderen gherichten; Behouden ons etc.** hoc eſt, omnes iuriſdictiones de taxatione, camino & alijs iuribus reſeruamus nobis &c. non poteſt dominus de Heuerle, nec eius iuſtitiarij intra limites de Vinckenboſche & Langhendael, prætacto Monaſterio conceſſos, exercere iuriſdictionem, aut ius dicere; non tantum non in ſubditos ſeu manſionarios illius loci, quod dubitationem non habet, ſed nec in a-
4 lios ſubditos dominij de Heuerle † non magis quam quocumque alio loco extra limites dominij de Heuerle; exceptis tantum cauſis altæ Iuſtitiæ: quia quoad alterius generis cauſas, ſpecialis eſt iuriſdictio Abbatis, & Conuentus, quæ generalem ſemper excludit[a]. Quæ minorem dubitationem ex eo habent, quod in facto proponatur, quod nulla extet hominum memoria, quod Iuſtitiarij domini de Heuerle vnquam ius dixerint, aut tribunal conſtituerint intra hos limites de Vinckenboſche & Langhendael; ſed tantum Abbas, & eius man-
5 ſionarij. † Qua conſideratione, deficientibus ſupradictis conceſſionibus, & tranſactione, poſſet aſſeri ius domini Abbatis in exercenda hac iuriſdictione, cum excluſione Iuſtitiariorum de Heuerle extra cauſas altæ Iuſtitiæ, vt in ſimili decidunt Doctores[b] de Archidiacono, qui in vna parochia ſolus vltra hominum memoriam iuriſdictionem exercuit; in cuius præiudicium dicunt Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt illa parochia, non poſſe in illa parochia conſti-
6 tuere Officialem: † cum generaliter in obtinenda, retinenda, & exercenda iuriſdictione, conſuetudo præualeat, & inſpicienda ſit[c]. Atque ita putamus, quod Reuerendus dominus Abbas bono iure ſe opponat, nouis conatibus dictorum Iuſtitiariorum de Heuerle; aſſerendo libertatem ſui dominij de Vinckenboſche & Langhendael quoad vſurpationem iuris dicendi, ſeu conſtituendi tribunal, ſeu locum iudicij; in quo alijs ſubditis dominij de Heuerle in cauſis ciuilibus ius dici poſſet.

a Hoſtienſ. in c. Non minus. d. Immunit. Eccleſ. Cardinalis Clem. Archiepiſcopo verſ. ſimili nu. 6. & in Bonifac. nu. 40. de priuil.
b c. Cum Epiſcopus de offic. ordin. lib. 6. d. Clem. Archiepiſco. in fine. de priuileg.
c Archidiac. in d. c. Cum Epiſcopus.

a Philip. Franc. in d. c. Cum Epiſcopus.
b Archidiac. & alij in d. c. Cum Epiſcopus.
c c. Cum contingat de foro competent.

SVMMA.

SVMMARIVM.

Iurisdictio in Scholares.

1. *Clericus coram Laico reconueniri potest.*
2. *Expensarum condemnationem non potest Iudex in sententia reseruare.*
3. *Victus Victori in expensis est condemnandus.*
4. *Expensarum condemnationem facere potest, etiam Iudex incompetens.*
5. *Scholaris coram Iudice Laico conueniri potest.*
6. *Iudex Laicus sententiam contra Clericum quomodo & quando exequi possit.*

CONSILIVM XVII.

INhibitio super qua in hac causa inter M. Bartholomæum Grauium Artium Magistrum, Bibliopolam Almæ Vniuersitatis Louaniensis Impetrantem, & Cornelium ac Petrum Scheurbroet opponentes disputatur, fundata non est. Etsi enim pro indubitato hoc habeatur, quod per priuilegia dictæ Vniuersitatis nemo Magistrorum seu suppositorum dictæ Vniuersitatis coram Laico Iudice in ius trahi inuitus possit; & quod dictus M. Bartholomæus Grauius sit eiusdem Vniuersitatis indubitatum suppositum: hoc tamen ex aduerso non constat per Opponentes in præiudicium dictorum priuilegiorum aliquid factum esse; hoc est, dictum M. Bartholomæum per Opponentes in ius coram Magistratu seu Scabinis Louaniensibus pertractum esse. Prout dictus Impetrans documentum aliquod huiusmodi pertractionis, aut acta alicuius litis contra eundem Impetrantem coram iisdem Scabinis, aut Magistratu per Opponentes intentatæ, non exhibet. Sic quod in his actis non extet iustificatio seu verificatio contentorum in literis dictæ inhibitionis. Quæ est sufficiens causa ad reuocationem earundem literarum, absolutionem Opponentium, & condemnationem dicti Impetrantis in expensis huius litis. Extat quidem in actis huius causæ Opponentium confessio de lite inter Impetrantem, & Opponentes coram dictis Scabinis pendente; sed hæc confessio aliter, quam Opponentes illam fecerunt, accipienda non est. Neque enim Opponentes sunt confessi, quod Impetrantem coram dictis Scabinis in ius pertraxerint; sed ex contrario, quod ipsimet per viam Arresti coram iisdem Scabinis in ius pertracti sint, per dictum Impetrantem. † Quod 1
vt hic sine offensa dictorum priuilegiorum facere, ita quoque illi in iudicio ei respondere potuerunt; cum defensio sit necessaria, & magis quam actio permissa[a]; imo eo casu etiam scholarem seu Magistrum reconueniendi potestas permissa[b]. De qua contraria veritate constat per notulam sententiæ, quam Opponentes exhibuerunt, & Impetrans recognouit, per quam sententiam Scabinorum Louaniensium pronuntiatum est præfatum M. Bartholomæum, in ea lite arrestantem & Actorem in suo prætenso arresto, in & ad personam dictorum Opponentium posito non fuisse receptibilem; dictis Opponentibus ab hoc arresto relaxatis ac absolutis, dictoque Impetrante in damna & expensas huiusmodi arresti ac litis sub debita taxatione condemnato. Ex qua condemnatione fatentur Opponentes postea se coram eodem Magistratu processisse ad liquidationem huiusmodi damnorum, interesse, & expensarum: vt constat binis scripturis continentibus huiusmodi damnorum, interesse, & expensarum deductionem ad finem prætactæ liquidationis: Quas scripturas Impetrans semel satis recognitas, & admissas, postea quando vidit illas suæ intentioni obesse, cepit diffiteri & reijcere, negando illas esse exhibitas in illa causa, ob quam dictas literas inhibitoriales in hac causa aduersus Opponentes impetrauit. Quæ negatio improbabilis omnino est; ideo quod dictarum scripturarum contenta ortum, & progressum manifestissime habeant, ex dicta Scabinorum Louaniensium, contra præfatum M. Bartholomæum, non Reum, sed Actorem in illa lite lata sententia: potissimum quod per huius causæ impetrantem non sit probatum, imo ne quidem formaliter cum debita specificatione declaratum, quod aliam actionem Opponentes aduersus Impetrantem coram dictis Scabinis in præiudicium dictorum priuilegiorum instituerint; licet cum maiore improbabilitate, imo euidente calumnia, quo Opponentium exceptionem & defensionem in hac causa improbabilem faceret, adhuc hoc præterea addixerit, quod dicta sententia Scabinorum Louaniensium

[a] c. Intelleximus. de iudicijs.
[b] Gloss. in verb. ante condemnare. in c. 2. & de DD. De foro compet. Bart. & alij. in l. cum Papinianus. & in auth & consequenter C. de sentent. & inter l. omnes iudic.

sium pro parte sua ante motam hanc litem fuerit paritum: immemor suæ confessionis, & oblationis, quam paulo ante in hac causa fecerat; quod scilicet paratus sit, & offerat de & super huiusmodi prædictis damnis, interesse, & expensis iuri stare, & respondere coram Reuerendo D. Abbate dictorum priuilegiorum Conseruatore, vel coram Domino Rectore dictæ Vniuersitatis. Quæ oblatio nec fundata nec idonea est, vt Impetrantem eximere possit à necessitate vlterius standi iuri coram dictis Scabinis in eo iudicio, quod ipso agente ibi cœptum fuit; cuius iudicij pars & sequela est damnorum, interesse & expensarum liquidatio, & taxatio: quæ demum in executione sententiæ,
fieri debet. † Neque enim post latam sen- 2
tentiam aliud est iudicium damnorum & expensarum, si illorum condemnatio facta non est in principalis litis decisoria sententia[a]. Vsque adeo quod Iudex ferendo sententiam in principali, non possit sibi reseruare condemnationem damnorum aut expensarum, sed tantum taxationem illorum[b]; quam cum facit, seu cum de illius liquidatione cognoscit, non aliud iudicium instituit, sed institutum prius continuat. Vt frustra Impetrans nouum sibi iudicium coram suo Iudice dictari petat, iam semel facta condemnatio-
ne, & acquisita re iudicata. † Et absur- 3
dum plane esset, si supposito Vniuersitatis permitteretur potestas conueniendi suum aduersarium coram Iudice laico; Iudici autem laico non permitteretur facultas suppositum temere litigantem in damna, & expensas condemnare: cum in eo sit iuris necessitas, quod Iudex requisitus hoc debeat facere[c]; & non faciendo litem suã faciat, illaque ob hoc parti vincenti restituere cogatur[d]. Actor enim etsi non subsit ordinariæ iurisdictioni Iudicis sui aduersarij, quem in illius foro conuenit: agendo tamen in hoc se subijcit, vt possit coram illo reconueniri[e]; & per illum puniri, si aures Iudicis offenderit[f]; vel in vlla litis parte contumax fuerit[g]: atq; etiam propter temerariam litem, in expensas & damna litis condemnari[h]. Alioquin impunita relinqueretur Actoris, qui de eadem cum Reo iurisdictione non est, temeritas; quam leges omnimodo condem-

a l. terminato C. d. fruct. & liti expens.
b Felynus in c. Significauerunt nu. 6. de excep; tit. Hippolytus de Marsilijs in l. Patre nu 69. & 70. ff. de quæstio.
c l. Eum, quẽ temere, de iudic. l. properandam §. siue autem C. de iudicijs
d d. §. siue autem vers. non ignorantes. Bart. in l. 4. §. hoc autẽ ff. de damno infecto.
e d l. Papinianus d. Auth. & consequenter
f argumento l. vnellum C. de t-stib.
g c. consensu de dolo. & contumacia.
h l. non ignorat. C. de fruct. & liti expens.

natione ad damna, & expensas litis coer-
4 ceri volunt[a]. † Quod igitur Impetrans proposuit, se non potuisse prorogare iurisdictionem Scabinorum Louaniensium, nec per eos condemnari, & sic nec executionem pati; per quam ineptum est: cum non tam virtute prorogationis superinducatur hæc potestas condemnandi Actorem in expensas & damna litis; quam ex iuris authoritate, quæ Actorem alterius fori in hoc subijcit iurisdictioni & potestati Iudicis sui aduersarij, vt possit per illum condemnari in expensas & damna litis[b]; etiamsi is sit Clericus, qui Laicum in sæculari iudicio conuenit; & nisi causa sit priuilegiata, in eo iudicio Laicum con-
5 uenire debet[c]. † Cum alioqui verum non sit scholarem, siue priuilegio scholastico gaudentem, si Clericus tonsuratus quoque non sit, non posse alterius Laici Iudicis iurisdictionem, etiamsi vt Reus in iudicium trahatur, prorogare: cum etiam secundum terminos iuris communis, Scholaris recte conueniatur coram Magistratu loci; quamuis conuentus desiderare possit, vt coram suo Rectore vel Episcopo conueniatur[d]: quod si conuentus non desiderat, censebitur alterius Iudicis iurisdictionem prorogasse[e]; licet Clericus tonsuratus Iudicis Laici iurisdictionem prorogare non possit[f]. Prorogato itaque seu potius constituto per dictum Impetrantem coram dictis Scabinis iudicio; sequitur quoque condemnandi in damna, & expensas potestas; atque etiam exequendi, si non recta via, saltem per iuris subsidium; implorata Magnifici Domini Rectoris licentia, ac officio, vt vel ipse exequatur, vel per dictos Scabinos
6 executioni mandari patiatur. † Vt solet obseruari in executionibus sententiarum, quæ per Laicos aduersus Clericos in casibus à iure permissis feruntur[g]. Quod hactenus factum non esse Impetrans conqueri non potest; cum nondum agatur de executione sententiæ dictorum Scabinorum, vt nec executioni mandari potest, nondum absoluto iudicio liquidationis damnorum & expensarum. Reuocanda itaque & cassanda est dicta inhibitio, velut per surreptionem & obreptionem impetrata; & Impetrans Opponentibus condemnandus in expensis huius litis.

a d. l. eum, quem temere § hoc autem. in fin. Inst. de pœna temere litigant. c. Accr. de dolo & contum. lib. 6.
b d. l. non ignorat.
c c. si Clericus c. cum s. 1 de foro compet.
d In proœmio digestorum §. illud vero sa-tis. vers. & hoc quidem. Bart. in auth. Habita nu. 5. C. Ne filius pro Patre.
e Bald. in d. Authen. Habita nu 36.
f c. 1. & 2 de foro compet.
g Panormitanus in c. Non minus nu 18 in fin. de immunitatib. Eccles. Bart in c. ut-rasque nu 36. de probatio. Natta cons. 27. viso processu. vol. 1.

SVMMA.

SVMMARIVM.

Iurisdictio in Scholares.

1. *Clericus coram Laico reconueniri potest.*
2. *Expensarum condemnationem non potest Iudex in sententia reseruare.*
3. *Victus Victori in expensis est condemnandus.*
4. *Expensarum condemnationem facere potest, etiam Iudex incompetens.*
5. *Scholaris coram Iudice Laico conueniri potest.*
6. *Iudex Laicus sententiam contra Clericum quomodo & quando exequi possit.*

CONSILIVM XVII.

INhibitio super qua in hac causa inter M. Bartholomæum Grauium Artium Magistrum, Bibliopolam Almæ Vniuersitatis Louaniensis Impetrantem, & Cornelium ac Petrum Scheurbroet opponentes disputatur, fundata non est. Etsi enim pro indubitato hoc habeatur, quod per priuilegia dictæ Vniuersitatis nemo Magistrorum seu suppositorum dictæ Vniuersitatis coram Laico Iudice in ius trahi inuitus possit; & quod dictus M. Bartholomæus Grauius sit eiusdem Vniuersitatis indubitatum suppositum: hoc tamen ex aduerso non constat per Opponentes in præiudicium dictorum priuilegiorum aliquid factum esse; hoc est, dictum M. Bartholomæum per Opponentes in ius coram Magistratu seu Scabinis Louaniensibus pertractum esse. Prout dictus Impetrans documentum aliquod huiusmodi pertractionis, aut acta alicuius litis contra eundem Impetrantem coram iisdem Scabinis, aut Magistratu per Opponentes intentatæ, non exhibet. Sic quod in his actis non extet iustificatio seu verificatio contentorum in literis dictæ inhibitionis Quæ est sufficiens causa ad reuocationem earundem literarum, absolutionem Opponentium, & condemnationem dicti Impetrantis in expensis huius litis. Extat quidem in actis huius causæ Opponentium confessio de lite inter Impetrantem, & Opponentes coram dictis Scabinis pendente; sed hæc confessio aliter, quam Opponentes illam fecerunt, accipienda non est. Neque enim Opponentes sunt confessi, quod Impetrantem coram dictis Scabinis in ius pertraxerint; sed ex contrario, quod ipsimet per viam Arresti coram iisdem Scabinis in ius pertracti sint, per dictum Impetrantem. † Quod 1 vt hic sine offensa dictorum priuilegiorum facere, ita quoque illi in iudicio ei respondere potuerunt; cum defensio sit necessaria, & magis quam actio permissa [a]; imo eo casu etiam scholarem seu Magistrum reconueniendi potestas permissa [b]. De qua contraria veritate constat per notulam sententiæ, quam Opponentes exhibuerunt, & Impetrans recognouit, per quam sententiam Scabinorum Louaniensium pronuntiatum est præfatum M. Bartholomæum, in ea lite arrestantem & Actorem in suo prætenso arresto, in & ad personam dictorum Opponentium posito non fuisse receptibilem; dictis Opponentibus ab hoc arresto relaxatis ac absolutis, dictoque Impetrante in damna & expensas huiusmodi arresti ac litis sub debita taxatione condemnato. Ex qua condemnatione fatentur Opponentes postea se coram eodem Magistratu processisse ad liquidationem huiusmodi damnorum, interesse, & expensarum: vt constat binis scripturis continentibus huiusmodi damnorum, interesse, & expensarum deductionem ad finem prætactæ liquidationis: Quas scripturas Impetrans semel satis recognitas, & admissas, postea quando vidit illas suæ intentioni obesse, cepit diffiteri & reijcere, negando illas esse exhibitas in illa causa, ob quam dictas literas inhibitoriales in hac causa aduersus Opponentes impetrauit. Quæ negatio improbabilis omnino est; ideo quod dictarum scripturarum contenta ortum, & progressum manifestissime habeant, ex dicta Scabinorum Louaniensium, contra præfatum M. Bartholomæum, non Reum, sed Actorem in illa lite lata sententia: potissimum quod per huius causæ impetrantem non sit probatum, imo ne quidem formaliter cum debita specificatione declaratum, quod aliam actionem Opponentes aduersus Impetrantem coram dictis Scabinis in præiudicium dictorum priuilegiorum instituerint; licet cum maiore improbabilitate, imo euidente calumnia, quo Opponentium exceptionem & defensionem in hac causa improbabilem faceret, adhuc hoc præterea addixerit, quod dicta sententia Scabinorum Louaniensium

a c. Intelleximus. de iudicijs.
b Gloss. in verb. aut condemnare. in c. 2. & ibi DD. De foro compet. Bart. & alij. in l. cum Papinianus. & in auth. & consequenter C. de sentent. & inter l. omnium. iudic.

ſiam pro parte ſua ante motam hanc litem fuerit paritum: immemor ſuæ conteſtationis, & oblationis, quam paulo ante in hac cauſa fecerat; quod ſcilicet paratus ſit, & offerat de & ſuper huiuſmodi prædictis damnis, intereſſe, & expenſis iuri ſtare, & reſpondere coram Reuerendo D. Abbate dictorum priuilegiorum Conſeruatore, vel coram Domino Rectore dictæ Vniuerſitatis. Quæ oblatio nec fundata nec idonea eſt, vt Impetrantem eximere poſſit à neceſſitate vlterius ſtandi iuri coram dictis Scabinis in eo iudicio, quod ipſo agente ibi cœptum fuit; cuius iudicij pars & ſequela eſt damnorum, intereſſe, & expenſarum liquidatio, & taxatio: quæ demum in executione ſententiæ, fieri debet. † Neque enim poſt latam ſen- 2
tentiam aliud eſt iudicium damnorum & expenſarum, ſi illorum condemnatio facta non eſt in principalis litis deciſoria ſententia [a]. Vſque adeo quod Iudex ferendo ſententiam in principali, non poſſit ſibi reſeruare condemnationem damnorum aut expenſarum, ſed tantum taxationem illorum [b]; quam cum facit, ſeu cum de illius liquidatione cognoſcit, non aliud iudicium inſtituit, ſed inſtitutum prius continuat. Vt fruſtra Impetrans nouum ſibi iudicium coram ſuo Iudice dictari petat, iam ſemel facta condemnatione, & acquiſita re iudicata. † Et abſur- 3
dum plane eſſet, ſi ſuppoſito Vniuerſitatis permitteretur poteſtas conueniendi ſuum aduerſarium coram Iudice laico; Iudici autem laico non permitteretur facultas ſuppoſitum temere litigantem in damna, & expenſas condemnare: cum in eo ſit iuris neceſſitas, quod Iudex requiſitus hoc debeat facere [c]; & non faciendo litem ſuã faciat, illaque ob hoc parti vincenti reſtituere cogatur [d]. Actor enim etſi non ſubſit ordinariæ iuriſdictioni Iudicis ſui aduerſarij, quem in illius foro conuenit: agendo tamen in hoc ſe ſubijcit, vt poſſit coram illo reconueniri [e]; & per illum puniri, ſi aures Iudicis offenderit [f]; vel in vlla litis parte contumax fuerit [g]: atq; etiam propter temerariam litem, in expenſas & damna litis condemnari [h]. Alioquin impunita relinqueretur Actoris, qui de eadem cum Reo iuriſdictione non eſt, temeritas; quam leges omnimodo condem-

a l. terminato C. de fruct. & litis expenſ.
b Polyton in c. Significauerunt nu. 6. de excep; tio. Hippolytus de Marſilijs in l. Patre nu. 69. & 70. ff. de quaeſtio.
c l. eum, quẽ temere de iudic. l. properandum § ſiue autem C. de iudicijs.
d d. § ſiue autem verſ. non ignorans. Bart. in l. 4. §. hoc autẽ ff. de damno infecto.
e d. l. Papinianus d. Auth. & conſequenter.
f argumento l. vnicam C. de ſ-ſtib.
g c. cunſam de dolo & contuma.
h l. non ignorat. C. de fruct. & litis expenſ.

natione ad damna, & expenſas litis coer-
4 ceri volunt [a]. † Quod igitur Impetrans propoſuit, ſe non potuiſſe prorogare iuriſdictionem Scabinorum Louanienſium, nec per eos condemnari, & ſic nec executionem pati; per quam ineptum eſt: cum non tam virtute prorogationis ſuperinducatur hæc poteſtas condemnandi Actorem in expenſas & damna litis; quam ex iuris authoritate, quæ Actorem alterius fori in hoc ſubijcit iuriſdictioni & poteſtati Iudicis ſui aduerſarij, vt poſſit per illum condemnari in expenſas & damna litis [b]; etiamſi is ſit Clericus, qui Laicum in ſæculari iudicio conuenit; & niſi cauſa ſit priuilegiata, in eo iudicio Laicum con-
5 uenire debet [c]. † Cum alioqui verum non ſit ſcholarem, ſiue priuilegio ſcholaſtico gaudentem, ſi Clericus tonſuratus quoque non ſit, non poſſe alterius Laici Iudicis iuriſdictionem, etiamſi vt Reus in iudicium trahatur, prorogare: cum etiam ſecundum terminos iuris communis, Scholaris rectè conueniatur coram Magiſtratu loci; quamuis conuentus deſiderare poſſit, vt coram ſuo Rectore vel Epiſcopo conueniatur [d]: quod ſi conuentus non deſiderat, cenſebitur alterius Iudicis iuriſdictionem prorogaſſe [e]; licet Clericus tonſuratus Iudicis Laici iuriſdictionem prorogare non poſſit [f]. Prorogato itaque ſeu potius conſtituto per dictum Impetrantem coram dictis Scabinis iudicio; ſequitur quoque condemnandi in damna, & expenſas poteſtas; atque etiam exequendi, ſi non recta via, ſaltem per iuris ſubſidium; implorata Magnifici Domini Rectoris licentia, ac officio, vt vel ipſe exequatur, vel per dictos Scabinos
6 executioni mandari patiatur. † Vt ſolet obſeruari in executionibus ſententiarum, quæ per Laicos aduerſus Clericos in caſibus à iure permiſſis feruntur [g]. Quod hactenus factum non eſſe Impetrans conqueri non poteſt; cum nondum agatur de executione ſententiæ dictorum Scabinorum, vt nec executioni mandari poteſt, nondum abſoluto iudicio liquidationis damnorum & expenſarum. Reuocanda itaque & caſſanda eſt dicta inhibitio, velut per ſurreptionem & obreptionem impetrata; & Impetrans Opponentibus condemnandus in expenſis huius litis.

a d. l. eum, quem temere § hoc autem. in fin. Inſt. de pœna temere litigant. c. Accr. de dolo & contum. lib. 6.
b d. l. non ignorat.
c c. ſi Clericus c. cum. ſ. 1 de foro compet.
d In proœmio dig. florum §. illud verò ſatis. verſ. & hoc quiuerit. Bart. in auth. Habita nu. 5. C. Ne filius pro Patre.
e Bald. in d. Authen. Habita, nu. 36.
f c. 1. & 2 de foro compet.
g Panormitanus in c. Non minus nu. 18 in fin. de immunitatib. Eccleſ. Bart. in c. inueniat nu. 36. de probatio. Natta conſ. 27. viſo proceſſu. vol. 1.

SVMMA.

SVMMARIVM.

Scholaris alio in ius vocandus non est. Sententia parte non citata lata.

1. *Factum Iudicis est factum partis.*
2. *Scholaris in loco originis conueniri non potest.*
3. *Scholaris ad laicum tribunal vocari non potest.*
4. *Enuntiatiua verba sententiæ prolatæ à Iudice incompetente non probant.*
5. *Citatio non præsumitur.*
6. *Citationis defectus annullat sententiam etiam pro absente latam.*

CONSILIVM XVIII.

IN causa, quæ per Reuerendum Dominum Conseruatorem decedenda est inter Magistrum Arnoldum de la Capelle Actorem; & Nicasium Petit, & viduam Nicolai Leurion Reos, illud expendendum est, num actione in factum teneantur Rei, quod Actori impedimentum præstiterint, quo minus consequatur solutionem reditus controuersi. Negant enim id Rei, eo prætextu quod in causam iudicati per apparitorem distractus sit hic reditus, quasi nihil sit quod eis imputari possit; 1 † Cæterum cum factum Iudicis, sit factum partis[a], hoc est is fecisse intelligatur, quo instante Iudex facit; consequens est, vt factum ad instantiam dictæ viduæ ei quoque imputari debeat: Quemadmodum etiam iniuriarum nomine tenetur, cuius querela aliquis à Magistratu cæsus est[b], Quod hîc potentius dici potest ex eo, quod sententia, virtute cuius prætendunt Rei dictum reditum in causam iudicati distractum esse, sit ipso iure nulla: ex ea causa, quod ab incompetente Iudice lata sit huiusmodi sententia[c]. 2 † Iudex enim originis vel incolatus in Clericum seu Scholarem ius dicere non potest; cum is peculiarem suum Iudicem habeat[d]: præsertim in hac Vniuersitate Louaniensi quæ tam notoriam habet exceptionem, vt in tota hac Belgica à nemine dissimulari possit. 3 † Quod priuilegium cum habeat insertam clausulam irritantem, vltra ius commune longe potentius est ad dictæ sententiæ nullitatem; & hoc quoque operatur, quod cum notorium & certum sit scholasticos non posse ad laicorum tribunalia euocari[e], nihil quoque obsit Actori si vocatus coram Magistratu Tornacensi non comparuerit[f], & priuilegium suum non allegauerit[g]. Quamuis interim de vocatione seu citatione nihil omnino cõstet, etiamsi sententia citationis mentio- 4 nem faciat. † Constat enim ex tenore sententiæ, latam esse sententiam in Actorem huius causæ absentem, quo casu communi opinione receptum est[a], quod enuntiatiua verba, quæ sententiæ inseruntur, non probent, neque contineant præsumptionem quod citatio vere præcesserit, vbi sententia est recens, hoc est, intra decem annos lata, vt est in casu proposito. 5 † Citatio enim est solennitas extrinseca, ideoque præsumi non debet[b]: ita vt hinc aliud nullitatis vitium rursus constitui possit; & præterea ex eo consequatur eromodicium nullum contrahi, nec in absentem sententiam ferri potuisse. 6 † Defectus enim citationis tam potens est & substantialis, vt sententia etiam in fauorem absentis non citati lata ipso iure sit nulla[c]; Cum itaque ex tenore sententiæ constet, dictam viduam non potuisse huius causæ Actorem conuenire ex syngraphis mense Iulio anno 1553. scriptis, nisi post lapsum trium mensium; hoc est, post octauam mensis Octobris tum sequentis; intra quod tempus idem Actor matriculæ dictæ Vniuersitatis inscriptus est, & continue in eadem resedit; vt patet ex notula intitulationis, & attestatione non tantum Bedelli, sed etiam testium pro Actore productorum; consequens est vt omnia medio tempore in causa ciuili contra Actorem Tornaci coram Magistratu & illius authoritate acta, ipso iure sint nulla, & tanquam iniuriam manifestam continentia, & quatenus de facto processerunt per dominum Conseruatorem (cui via canonicæ sanctionis iniuriatoribus Clericorum obuiam ire litteris Apostolicis mandatum est) sint reuocanda, cassanda, & annullanda: sic vt hic sufficiat constare reditum Actoris esse; & à Reis distractum, & emptum esse: prout constat ex responsione Reorum ad libellum Actoris.

a *l. si plus. ff de euictio. Alberi in l. qua ratione § hi quoque. ff de acquir. rer. dom.*
b *l. sed etsi. § seruum meum. de in iur. & famosis lib. lbe.*
c *l. 1. & fin. C. si à non competente iudice.*
d *Auth. habita. C. Ne fi. lius pro patre.*
e *gloss. l. 1. §. 1. in verb sciatur siquis in ius vocatus non ierit.*
f *l. fin. de iurisd. omni. Iudic.*
g *d. l. 1. §. 1.*

a *Alex. consil. 42. viso processu. vol. 4. & consil. 123. viso processu. vol. 2.*
b *Bart. & alij in auth. si quis in aliquo C. de edendo. canonistæ in c. quoniam contra. de probatio.*
c *Bart. in l. ea quæ. C. quomodo & quando. l. furioso & ibi Alexand. & Iason. de re iudicata.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

Iurisdictionis & Territorij præscriptio.

1. *Nomen rei conuenire debet.*
2. *Iurisdictiones omnes originaliter sunt à Principe.*
3. *Iurisdictio ex præscriptione acquiritur.*
4. *Iurisdictiones quare introductæ.*
5. *Iurisdictio quanto tempore præscribatur.*
6. *Iurisdictiones in commercio sunt.*
7. *Castrum & eius iurisdictio præscribi potest.*
8. *Iurisdictio prorogabilis est.*
9. *Possessionis immemorialis potestas.*
10. *Restitutio integri non datur aduersus centenariam præscriptionem.*
11. *Castro plerumque adhæret territorium.*
12. *Argumentum ab etymo.*
13. *Iurisdictio rustica quæ sit.*
14. *Interpretationem certam quæ habent mutari non debent.*
15. *Constitutiones in vsum non receptæ quid possint.*
16. *Iurisdictio inferiori concessa excludit superiorem.*
17. *Consuetudo constitutiones abolet.*
18. *Testes valetudinarij parte non citata audiri non possunt.*
19. *Præscriptionem non interrumpunt actus extraiudiciales.*
20. *Interruptio superueniens post præscriptionem nihil facit.*

CONSILIVM XIX.

GRaues plerumque solent esse controuersiæ quæ de iurisdictione, superioritate, & seruitutibus excitantur in pari hominum studio, ac contentione dominandi, & iugum seruitutis excutiendi; sed in ijs definiendis ac sopiendis plurimum valet vsus, & præteritorum temporum longius producta obseruatio. Quod cum nobilis ac validus Dominus Gosuinus à Raesfelt, Illustrissimo Domino Duci Cliuensi, eiusque amplissimo Concilio pro auertendo ac deprecando edicto nuper 23. Augusti anno 1565. in Schermbeke publicato, & asserenda iustitia contentorum in libello supplice Illustrissimæ suæ Gratiæ eo fine exhibendo cum omni modestia per iuris rationes demonstrari ac deduci cupit, paucis propositæ consultationis materiam pro iudicij nostri tenuitate, & quantum illa extra iudicij figuram in gratiosa ac clementi tractatione postulat, expendemus. Et quoniam dicti edicti Principalis scopus est, vt quicunque in Dominio de Raesfelt illiusque appendicibus homines iuris Cliuensis aut Xantensis resident, posthac ordinario iudicio Dominij de Raesfalt, quod in Assenkamp exercetur, etiam in ciuilibus causis impune non pareant, exceptis causis rusticis quæ de sepibus, fossis, seu finibus agrorum, vijs, pauperie, seu damno in fructibus dato exoriuntur; inde tractationis initium faciemus.
1 † In quo articulo hoc in primis intentioni Illustrissimi Domini Ducis plurimum suffragari videtur, quod iurisdictio de Raesfelt seu Assenkamp rusticum iudicium appelletur; hoc est, in vulgari & vernacula voce **Burgericht**: quasi rurale, & ad rura, ruralesque causas pertinens; vt nomen rei conueniat, & per nomen res ipsa definiatur ac circumscribatur [a]. Quæ ex nomine consideratio adiuuari videtur ex constitutionibus Frederici [b] & Maximiliani [c] Imperatorum, iurisdictiones liberorum & clancularioium Iudicum, ac iudiciorum potestatem & vsum restringentium. Verum non tam firma & inconuincibilia hæc sunt vt iurisdictionem, quam Dominus de Raesfelt sibi fartam tectam cupit, aliquo modo prosternant, vel debilitent.
2 † Hoc enim in iurisdictionis acquisitione, continuatione, & retentione receptum est, vt quamuis omnes iurisdictiones originaliter à Principe, qui author est, hoc est, Imperatore profluant, & ab eo per varios Magistratus ac Officiales, pro vsu & commoditate subditorum diffundatur [d]; eaque ratione iurisdictio publici iuris esse dicitur [e], vt nemo iure subiectionis iurisdictionem, & minus merum vel mixtum imperium generaliter vsurpare vel prætendere possit:
3 † hoc tamen receptum ac perpetuo obseruatum est, vt iurisdictio non tantum ex speciali concessione

a §. est aliud. instit. de donat.
b de anno 1442. Francofurdiæ.
c de anno 1495. VVormatiæ.
d l. 1. C. de officio præt. vrb l. 1. §. Cum vrbem. ff. eod.
e gloss. in l. 1. de iurisdict. omni iudic.

Principis, sed etiam ex consuetudine, ac longissimi temporis præscriptione, etiam aduersus Principem acquiratur[a]. Consuetudo enim & Principis non tantum supremi, verum etiam mediati taciturnitas, ac tolerantia circa iurisdictionis distributionem, & adiectionem seu translationem, parem vim habent; cum consuetudo vincat legem[b]. † Cum 4
enim iurisdictio & superioritas non tam ipsorum Principum gratia, quam ob propriam subditorum vtilitatem introductæ sint[c], non tantum quoad ciuiles, verum etiam criminales causas[d], † 5
per vsum & præscriptionem consuetudinem acquiri possunt; & quidem communi & ordinario tempore triginta annorum, imo vt plerique volunt, decem vel viginti saltem aduersus Principem seu alium inferiorem: licet aduersus summum Principem; hoc est Imperatorem[e] communiter omnes requirant tanti temporis decursum vt de illius initio ac origine nulla extet hominum memoria; idque eo casu tantum, quo in ignorantia vsurpati huiusmodi iuris, supremus Princeps versatur: nam data Principis etiam supremi scientia ac tolerantia, ordinarium tempus præscriptionis, sufficere communius receptum est[f]; multo ergo magis aduersus Principem inferiorem, quamuis præscribentis ipsius superiorem. Hi enim inter se comparati priuatorum loco constituuntur; vt nulla sit ratio cur maius tempus exigatur in præscribenda iurisdictione aduersus alium priuatum, & vni supremo Imperatori subditum, quam in alijs quibuscumque priuatorum rebus[g], quarum conditionem & naturam inter has personas etiam habet iurisdictio, † quæ 6
hodie, vt aliæ quæcumque res, in commercio est, & vendi, alienari, ac ad quoscumque etiam priuatos transferri, & per hos retineri potest[h]; & denique per actus iurisdictionales illius possessio seu quasi acquiri potest[i]. † Nec mirum, si cum castrum præscribi possit[k], 7
illi quoque imperium & iurisdictio præscriptioni subiacere dicatur[l] etiamsi iure vasallitio seu beneficiario castrum seu dominium habeatur[m]. Quæ quoad iurisdictionem, quam bassam Iustitiam vocant consistentem in ciuilium causarum cognitione, nullam dubitationem habent, cum præscribi possit etiam ab eo qui alioqui nullam iurisdictionem ha-

a Bald in l. 1. C. de emanc. lib. & Bartol. in l. 1. §. Denique. de aqua quotid. & æstiua. Ias. in l. Imperium num. 20 ff de iurisd. omn. iudic.
b l. de quibus. de legib. l. 1. C quæ sit long. consuetud.
c l. 2. §. nouissime de origin. iur.
d Bart in d. §. Denique late Io Franc. Balbus de præscript. 2. parte 5. partis princip. quæst. 3.
e l. viros & ibi gl. C. de diuers. offic. lib. 12. Doct. in d. l. Imperium. Bald consil. 439. vol 3. Anchoran. consil. 142. Alexand. consil 16. num. 27. vol. 5.
f Balbus in d. 2. parte quæst. 3. versic. circa primum Didac. Couarr. ad c. poss. in 2 parte. §. 3. num. 5.
g Didacus Couarr. d. num. 5.
h Bald & Angel. in l. qui furere ff. de stat. hom.
i Angel. in l. Sed etsi hac lege. § qui manumittuntur. De in ius vocando. Bart. in l. 3. C. de seruit. & aqua. Anton. de Butrio in c. In litteris. de restit. spoliat.
k l. Quicumque Castellorum. C. de fund. limitroph. lib. 11.
l d. l. 2. C. de diuers. offic. lib. 12.
m l. Si quis per 30. annos. Si de feud. defuncti. content. sit. &c.

bet[a]; quanto magis ex vsu & longa possessione extendi ac ampliari ad plura genera causarum, quam prima iurisdictionis
8 huiusmodi origo continet; † vt facilior semper est iurisdictionis prorogatio, tam quoad personas, quam causas, quam est iurisdictionis prima acquisitio[b]. Cum ergo Dominus Gosuinus de Raesfelt nunc supplicans, eiusque maiores non tantum triginta aut quadraginta annis, sed vltra hominum memoriam hanc ciuilem iurisdictionem in omnes omnino sub dominio seu parochia de Raesfelt, atque etiam eos qui iuris Cliuensis aut Xantensis sunt, in ciuilibus causis, atque mulctis dicendis ex certis causis per suos Scabinos seu Iudices exercuerit, & exercitæ huiusmodi iurisdictionis tam quoad mulctas, quam omnium ciuilium causarum realium & personalium cognitiones, plurima exempla antiquitatis veneratione illustria proferat nulla legitima aut effectuali interruptione interueniente; æquum bonum esse videtur vt quemadmodum Illustrissimus Dominus Dux propter præsentem possessionem, in possessione huiusmodi iurisdictionis clementer illum relinquit, ita quoque litem super proprietate ad impediendum aut inferendum hac præscriptione acquisitam
9 iurisdictionem deserat; † præsertim quod immemorialis possessionis potestas tanta sit, vt pro constituto legali, & priuilegio haberi debeat[c], omniaque non tantum priuata, sed etiam publica occupet & excludat[d]: ita vt ius ex tanti temporis decursu acquisitum, ne Imperator quidem retro abolere vel tollere possit[e]; & in ea sustinenda ac defendenda necessarium non sit de titulo aliquo vel bona fide præscribentis docere[f]; quia tam diuturna possessio præsumptionem iusti tituli ac priuilegij se-
10 cum trahit[g]. † Sic quod omnium concors & indubitata sententia sit, aduersus centenariam seu immemorialem præscriptionem, nullam prorsus dari restitutionem integri, etiam ex capite iustæ ignorantiæ[h]; & in tantum fundata est ex huiusmodi præscriptionibus possidentis ab antiquo intentio, vt non cogatur ostendere titulum suum. Vnde quæ ex nominis ratione ducitur ac trahitur obiectio, parum in proposito obstat; cum nihil vetet iurisdictionem, angustius ab initio concessam, ex vsu
& tem-

a c. Cum contingat de foro compet.
b l. 1. & 2. de Iudic.
c l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quot. & æstiu.
d Bart. in l. 1. C. de annal. exceptio. & in l. data opera C. qui accus. non poss.
e Carol Molin. consil. 18. visis & diligenter num. 28.
f Cardinal. Zaberella consil. 94. Dico Petrum Ludo Gozad. consil. 8. In hac causa Illustrissimi. Zasius consil. 6. Illustri. num. 23. vol. 2.
g d. §. ductus aquæ. Alexand. consil. 24. ponderatis his. vol. 5.
h Alexand. consil. 131. viso Themate & 163. viso processu. volum. 2. Decius in l. 2. C. Qui admitt. & consil. 29.

vſu & tempore dilatari, cum vt dictum eſt, illius prorogatio in procliui ſit[a], in qua conſideratur, non tam ſuperioris, quam partium ſeſe ſubmittentium ac ſubijcientium conſenſus[b], non tantum in temporali ſeu ſingulari, ac perſonali ſingularis perſonæ; verum etiam perpetua ac vniuerſali prorogatione totius populi, ſeu certi generis hominum; præſertim cum prorogationis & extenſionis cauſa, non habet ortum ex ſola voluntate prorogantium, ſed aliunde ex alia qualitate ſubiectionis; veluti vt in propoſito contingit, ratione caſtri ſeu dominij quod in loco habet is cuius iuriſdictio prorogata eſt, ab his qui ſub territorio caſtri, vel in locis vicinis habitant.
11 † Caſtro enim cum adhæreat territorium plerumque[c] & vt ait Baldus[d] per quatuor elementa ei ſit conglutinatum, facilis debet, aut ſaltem poteſt eſſe omnium eidem caſtro quacumque ratione ſubiectorum, aut etiam vicinorum partim inuoluntaria, partim voluntaria in iuriſdictione ſubiectio & prorogatio: exigente id ac ſuadente ibidem habitantium vtilitate & neceſſitate.
12 † Sic quod ab etymo hic deducta argumentatio parum efficiat, vt etiam plerumque illa in iure infirma ac fragilis eſt[e]. Exemplo ſint in iure noſtro multa huiuſmodi rerum vocabula, quæ ad ſuum Etymum relata, per omnia non correſpondent, nec intra Etymi poteſtatem concluduntur: vt teſtamentum, matrimonium, poſſeſſio, & alia huiuſmodi multa[f].
13 † Deinde vt à nominis Etymo non recedatur, nihil vetat ex poteſtate huius vocis **Burrichț** contineri iuriſdictionem, & cognitionem omnium cauſarum, quæ inter ruſticos incidunt, & ex antiquis legibus Saxonum, quorum pars eſt VVeſtphalia, aliæque vicinæ Regiones vſque ad Rhenum, compertum eſt Ruſtica iudicia fuiſſe erecta, quæ **Bawrsgherichten** appellata ſunt, & huiuſmodi iudiciorum cognitores **Bawrmeiſters** / quorum iuriſdictionem conſtat ab initio latius fuiſſe extenſam, etiam aliqua ex parte ad criminalem iuriſdictionem[g]. Cuius rei argumentum Domino Supplicanti exhibet antiquum illud inſtrumentum, quo olim Dominus Adam de Berghe hanc Curiam de Raeſfelt cum iure ciuili vulgariter **Burrichte** dicto, eidem Curiæ, (vt habent verba dictarum litterarum) attinente transfert; ita vt ſi in retropræterita temporis antiquitate, hæc vox aliter fuit accepta, & vti veroſimile eſt, ex vſu ampliata, & extenſa, vt pertineret ad

a d. l. 1. & 2. de mde. Vartol in l. 1. §. & poſt operis. ff. de noui oper. nunciat. Andr. de Iſernia in c. Imperial. in §. præterea ſi inter duos d. prob. ba. feud. alienat. per Fred. r.
b Iaſon in d. § & poſt operis.
c Bald. conſ. 369 vol. 2. et conſil. 141. vol. 5.
e Preiſis in loco ab Etymologia.
f Doctor in l. 1 ff. de acquir poſſ. ff & In ſtit. de teſta. in princip.
g Speculum Saxonicum lib. 2. nu. 13

ius ciuile, hoc eſt, omnes ciuiles cauſas omnium ſubditorum, & quacumque ratione ad hoc iudicium pertinentium, merito nunc quoque ita accipi debeat.
14 † Quæ enim interpretationem certam acceperunt mutari non debent[a], cum vſus nedum vocum, ſed omnium rerum controuerſarum vel dubiarum optimus ſit interpres[b]. Simili ratione deprecationi ac defenſioni Dom. de Raeſfelt, non obſtant præfatorum Imperatorum conſtitutiones; tum primo quod illæ dicantur nunquam in vſum receptæ:
15 † Etſi enim leges, ſeu conſtitutiones Imperatoriæ ſemper viuere, ac in viridi obſeruantia eſſe dicantur[c], id tamen obtinet, ſi ſemel in vſum receptæ fuerint[d]: vnde etiam eſt quod generaliter conſtitutum ſit, vt nouæ conſtitutiones ab ipſa prima conceptione, & Principis promulgatione ſubditos non ligent[e]. Tum ſecundo quod dictarum conſtitutionum verba ad hoc iudicium pertinere non videantur, ſed tantum ad illa iudicia, quæ D. Carolus Magnus, in magna Saxonum, adiacentiumque populorum ruſticitate, & in aſſumenda fide Chriſtiana duritie, ac peruicacia, eaque retinenda lubricitate & commutanda ſeu deſerenda facilitate conſtituit & erexit, conſtitutis clancularijs latrunculatoribus ſeu Iudicibus, qui ſine ſtrepitu & figura iudicij in male viuentes, aut à religione Catholica quoquo modo recedentes extra ordinem cognoſcerent & animaduerterent; quorum iudiciorum & Iudicum vſus in ſucceſſu temporum & abuſu quibus huiuſmodi poteſtas data erat, grauis ac pernicioſa eſſe inceperat; vt merito huiuſmodi Principum conſtitutionibus, vti etiam priuilegia conſtringi, & in ordinem reduci debuerint. Sed hoc iudicium ſeu iuriſdictio iſta, quam Dominus in Raeſfelt tuetur, eius ordinis non eſt, ſed eſt ordinarium iudicium ſui Dominij, ac territorij de Raesfelt in cauſis ciuilibus caſtro & Curiæ ſuæ (vt habent dictæ antiquæ litteræ) attinens eique annexum, quod dictis conſtitutionibus non continetur, nec ſubijcitur: quod ſiue competat ex conceſſione ſeu priuilegio, ſiue ex conſuetudinis ac temporis præſcriptione, ſic competit vt quicumque alius ſuperior, multo magis qui ſuperioritatem quoad obtinens huiuſmodi iudicium nullam habet, excluditur.
16 † Nam cum alicui inferiori, vel à Principe, vel ex conſuetudine ac conſenſu ſubditorum datur iuriſdictio, ita illa datur, vt ſuperior & maior exclu-

a l minime. d. legib.
b l. Si de interpretatione. de legib.
c l Arrian. C. de hæretic.
d gloſſ in c. 1. de treuga & pace. Bald. in Auth. omnes peregrini C. commun. de ſucc. ff Alex. conſil 39 viſis & conſideratis. vol. 3.
e In Auth. vt facto non. conſtitutio. &c.

excludatur[a]. Præterea si aliquo modo hæc iurisdictio controuersa prætactis cōstitutionibus ab initio subiecta esse dici posset, attendenda nihilominus est sequentis temporis ratio & conditio; hoc est huiusmodi iurisdictionis, non obstantibus his constitutionibus, continuatio, vel saltem renouatio. † Neque enim ita ligant 17
Principum constitutiones, quin noua consuetudine legitime præscripta aboleri possint; præsertim cum consuetudo ratione non caret[b]; prout hæc in ea parte qua nunc oppugnatur; videlicet quo ad homines Cliuenses & Xantenses, ratione non caret, propter commoditatem habitantium; quorum interest longius extra domicilium alio in ius non vocari. Cum itaque exercitæ per tanta tempora, huius iurisdictionis exempla à supplicante proferantur, & ex prædictis nullum impedimentum injiciatur, nec contrariæ possessionis aut contrarij exercitij exempla ex parte Illustrissimi Domini Ducis proferantur, non admodum commouere debet recordium seu certificatio Scabinorum de Schembeke ab hinc paucis annis facta: nam cum illa sit confecta à proprijs Iudicibus Illustrissimi Domini Ducis, quos propensis animis esse constat ad iurisdictionem suam ampliandam, & quod testimonia in huiusmodi certificatione cōprehensa sint audita, parte aduersa & cuius interest, absente, & non vocata; † quod 18
iure etiam in valetudinarijs, aut abituris ad perpetuam rei memoriam testimonijs vetitum est[c], aduersus illa quæ liquidioribus magisque indubitatis rationibus ac modis ex parte Domini Supplicantis proferuntur, vires habere non debent; præsertim quod de particularibus tantum quibusdam actibus atque articulis, & non vniuersaliter de tota hac iurisdictione Domini de Raesfelt loquatur, & quorum actuum ius aut possessionem idem Dominus Supplicans prætendit; videlicet in criminalibus causis, criminaliter mouendis. Deinde minus huic posteriori certificationi tribuendum videtur; tum quod aliæ præcedentes de hac Illustrissimi Domini Ducis iurisdictione tam liberaliter non loquantur; tum quod obstantibus huiusmodi certificationibus ac testimonijs vsus prætactæ iurisdictionis Dominis de Raesfelt semper integer permanserit. Sic quod iure consuetudinis & immemorialis possessionis, de quibus superius multa in medium adducta sunt, Dominus Supplicans omni-
19 no in tuto versetur: † præsertim quod hæc possessio, huiusmodi extraiudicialibus actibus, & ad quos Domini de Raesfelt vocati non fuerunt, minime interrumpatur ciuiliter aut naturaliter[a], & quod à tempore præcedentium certificationum seu recordiorum domini de Raesfelt hanc possessionem, quam Illustrissimus Dominus Dux agnoscere videtur, huc vsque aut saltem vsque ad annum 1549. quo dicta posterior certificatio, & testimoniorum receptio facta est, tempora longissimæ ac plenissimæ præscriptionis decursa & lapsa sint: sic vt etiam noua præscriptione, cessante antecedentis temporis consideratione, eaque ante annum 1549. absolute impleta, Dominus Supplicans munitus sit; & ita quidem vt si in recordio anni 1549. aliqua interruptio constitui posset (quod admit-
20 tendum non est) nihil noceret: † non enim debet tollere ius præscriptione acquisitum, superueniens interruptio[b]. Quæ omnia cum applicari quoque possint iurisdictioni, & iuri banniendi ac mulctandi eos, qui in syluis sub territorio de Raesfelt sitis cædendo, alijsque plurimis quæ ex instigatione Officialium Illustrissimus Dominus Dux controuersa partim iam nunc fecit, partim facturus videtur, & in quorum longæua ac immemoriali possessione Dominus Supplicans eiusq; prædecessores domini in Raesfelt fuerunt, minime necessarium quoque videtur de ijs hic seorsim agere. Quamuis lite instituta, & præfato Illustrissimo Domino Duce Actoris partes sustinente, (vti in omnem euentum propter indubitatam possessionem Domini Supplicantis sustinere debebit) multa particulatim ad singula controuersiarum capita pro sustinendo bono iure Domini Supplicantis proferri poterunt: à quibus prolixitatis vitandæ causa in hoc articulo deprecationis consulto abstinemus, spe & fiducia obtinendi apud Principem clementissimum, Iustitiæ & æquitatis amatorem.

a c. Cum contingat & ibi Anton. de Butrio. de foro compet. glossa in c. Pastoralis de offic. ordinar.

b Anton. de Butrio in c. fin de consuet. Gemmin. in c. 1 de constit. lib. 6.

c Auth. sed etsi quis C. de testib. c. 2. & c. significauit. & ibi Felin. & alij de test.

a Franc. Balbus in tract. de prescri. sexta partis princip. parte 2. quæst. 4.

b c. Auditis. vers. Si tamē. & ibi Panor. de prescr.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Prohibitio facta ab incompetente Iudice.

1. *Iurisdictionis incompetentia mater est nullitatis.*
2. *Iudici sine actis asserenti non creditur.*
3. *Aliud est factum, aliud mandatum de faciendo.*
4. *Mandatum non præsumi.*
5. *Scholaris quis sit.*
6. *Scholaris quando quis esse desinat.*
7. *Tempus præsens excludit futurum.*
8. *Permissum ad tempus censetur postea prohibitum.*
9. *Receptatores qui puniantur.*
10. *Ignorantia non punitur.*
11. *Nox quando sit.*
12. *Comminatio Iudicis pro sententia non est.*
13. *Iudex faciens exorbitantia præcepta in syndicatu tenetur.*

CONSILIVM XX.

Plura in lectione actorum occurrunt, ex quibus deprehenditur improbabilitas sententiæ, quæ per Magnificum Dominum Rectorem primæ instantiæ Iudicem pro Promotore Vniuersitatis Louaniensis Actore, contra Ioannem Franckaert lata est; per quam pro facto, quod per se est nullius momenti, condemnatus est in pœnam centum coronatorum. † Et 1
primum quidem occurrit eiusdem nullitas, quam constituimus in defectu iurisdictionis, quæ omnium nullitatum maxima [a] & insanabilis [b] est. Neque enim Magnificus Dominus Rector est Laicorum, seu eorum qui iurisdictioni Vniuersitatis subditi non sunt, Iudex competens; sic vt aduersus eos ius dicere non possit [c]. Cum ergo Reus non sit, neque tempore institutæ litis fuerit dictæ Vniuersitati subiectus, vt mox dicetur, non potest aduersus eum lata hæc sententia viribus subsistere. Secundo præ supposita iurisdictionis competentia, saltem ex aliqua prorogatione, arguitur hæc sententia de euidenti iniquitate. Idque ex eo in primis, quod non constet Reum quicquam præcepto, seu prohibitioni Magnifici Domini Rectoris contrauenisse, ex eo quod legitime non constet de aliqua huiusmodi prohibitione seu præcepto. Nam quamuis Actor pro huiusmodi prohibitionis probatione exhibuerit notulam quandam scriptam ignota manu, subscriptam tamen manu Domini & Magistri Stephani Craesbekij, V. I. Doctoris protunc dictæ Vniuersitatis Rectoris, non habet tamen huiusmodi notula vim probationis, nec præsumptionem veritatis, quod huiusmodi prohibitio, seu iniunctio eo tempore & eo modo sit facta vt in ea continetur: ob id quod non sit facta adhibito Notario per illius scripturam, seu subscriptionem. † 2
Iudici enim asserenti se aliquid fecisse non creditur, nisi de eo constet per acta seu scripturam Notarij aut duarum honestarum personarum [a]; præsertim in actu, qui graue præiudicium infert [b]. Deinde vt admittatur quod hæc prohibitio legitime sit facta quoad formam; nihilo tamen magis pro formali & effectuali inhibitione seu prohibitione accipi potest: cum tantum sit mandatum de mandando, seu vt sonant verba dictæ notulæ, iniungendo ne quis personas aut res ex domo Reginaldi Perry reciperet. Quod quidem mandatum de iniungendo seu prohibendo pro iniunctione seu prohibitione accipi non potest, nisi post executionem huiusmodi mandati factam modo & forma quibus id à Magnifico Domino Rectore datum seu præscri-
3 ptum fuit † Vt enim aliud est solutio, quæ semel debite facta reuocari non potest [c]; aliud mandatum de soluendo quod
4 re integra reuocari potest [d]; aliud item venditio, aliud promissio de vendendo [e]; aliud denique aditio, aliud iussus de adeundo [f]; & quod proposito congruit, aliud citatio, aliud iussus seu præceptum de citando; quia prius pertinet ad officium nuncij, seu apparitoris citationem exequentis, posterius ad Iudicem, qui citationem decernit [g], & decernendo actum iudicialem facit, qui ob id per Notarium in actis scribi debet [h]: ita quoque aliud est iniunctio seu prohibitio, aliud iniunctio seu mandatum de iniungendo seu prohibendo; quia illud facti, hoc iuris est [i]; illud ad executionem, hoc ad commissionem pertinet. Iam vero constat quod huiusmodi iniunctio seu mandatum sit datum Promotori, vt demonstrant prima verba dictæ notulæ: vt scilicet is illam faceret vicinis dicti Reginaldi; sed non constat, quod Promotor huiusmodi mandati executionem aliquam fecerit, iniunxerit, seu prohibuerit ne reciperent vicini; saltem

a Bald. ad rubr. C. si à non compet. Iudice
b Sebastian. Vantius de nullitat. tit. de nullitate ex defectu iurisd.
c l. Præses Prouinciæ de offic. Præs. d. l. neque C. qui dare tuto vel curato. possunt.

a c. quoniam contra falsam de probatio.
b Panor. in d. c. quoniam contra falsam nu. 3.
c l. qui sic soluit. de solu.
d l. vero procuratori. §. seu & si quis ff de solut.
e l. aliud est vendere. de reg. iuris.
f l. si quis mihi bona. §. iussum de acquir. hered.
g Gosin. in tract. de citat. art. 4. nu. 1.
h d. c. quoniam contra.
i Lanfra. in d. c. quoniam contra cap. 1. de citat. nu. 10. in fin.

ſaltem non quod Reo facta fuerit. Neq; ſufficit quòd exhibita ſit notula dictæ executionis huiuſmodi iniunctionis ſeu mãdati; cum ex propria Actoris allegatione conſtet, quod Promotor illam non fecerit, ſed Auguſtinus de Colonia, qui illius faciendæ mandatum aut poteſtatem non habuit. Fuit enim formaliter & ſpecialiter iniunctum dicto Promotori. † Pro- 4
inde falſa eſt dicti Auguſtini relatio, in qua ponitur quod de ſpeciali mandato Domini Rectoris, dictis vicinis inhibuerit; cui ob id credi non debet, etiamſi alias nuncio referenti ſe citaſſe credatur, dum conſtat de commiſſione illi facta[a]: quia in aperto mendacio deprehenditur per inſpectionem prætactæ notulæ, quæ continet commiſſionem ſeu mandatum, de iniungendo ſeu inhibendo, dicto Promotori factã: proinde hæc iniunctio, quam Auguſtinus fecit, facta eſt ſine mandato & commiſſione Domini Rectoris, & ſic nulliter; & ea quæ dicto Promotori mandata eſt, executione facti caret. Sic quod Reus neque ex huiuſmodi iniunctione ſeu mandato Domini Rectoris, neque ex inhibitione Domini Auguſtini, (ſi modo facta eſt, quod Reus negat, nec Actor idoneè probat) vllo modo potuerit illaqueari, aut ad periculum tam exorbitantis pœnæ deduci. Rurſus conceſſo quoq; quod per dictum Promotorem executio prætactæ iniunctionis ſeu mandati rite & legitime facta eſſet, adhuc Reum illa non contingeret. Primũ ex eo quod quoad Reum eſſet facta aduerſus eum qui mandato D. Rectoris impune non parere potuerit; ob id quod Reus iuriſdictioni Rectoris tunc nõ ſubfuerit[b]. † Etſi enim Actor probauerit 5
Reum aliquando fuiſſe inſcriptum matriculæ Vniuerſitatis; ex eo tamen non ſequitur eum eſſe ſcholarẽ aut de gremio Vniuerſitatis: quia ſcholaritas & ſtudium, non matricula faciunt ſcholarẽ[c]; ita quod matricula non probet quem eſſe de collegio, vel Vniuerſitate per id quod quis in ea ſit inſcriptus, ſi cætera quæ requiruntur, vt in ſcholari ſcholaritas, non concurrant[d]; præſertim cũ immatriculatio eſt iniuſta: hæc enim nec prodeſſe nec nocere poteſt[e]. Cũ ergo Reus iniuſte ſit immatriculatus, quia ſcilicet fuerit in ſenio, literarum imperitus, & ad ſtudia minime idoneus (vt per teſtes in hac ſecunda inſtantia productos & examinatos optime probatum eſt) curauit ſe inſcribi matriculæ, pro immatriculato, & per conſequens pro ſuppoſito Vniuerſitatis haberi non potuit: ac rurſus ex eo, præceptis D. Rectoris conſtringi pœnaliter propter defectum iuriſdictionis non potuit[f]. Neque Reo hac in parte obijci

a Bart. in inconſt. ad reprimend. ad verb. nuntiũ Ioa. Andrea in addit. ad ſp. eod. tit. de citatione §. 1. verſ. ſed nunquid credatur.

b l. extra territorium de iuriſdict. omni. iudic.

c Bart. & alij in l. ex eo tempore. de milita. teſta.

d Bart. & Bald. in l. Scriniarios in fin. C. de mil. teſtam.

e Bald. in d. l. Scriniarios.

poteſt propriæ turpitudinis allegatio[a]: quia turpiter non fecit ſe inſcribi in matriculam, ſed ex ſimplicitate ac ignorantia veritatis, & maxime ex perſuaſione aliorum, non ad finem ſtudendi, ſed conſequendi immunitatem vectigalium, quam credidit ſolam matriculam tribuere. Cum alioqui maior ſit improbabilitas ex parte illorum, qui hominem ſenem, & linguæ latinæ imperitum, accepta ab eo immatriculationis pecunia, numero ſtudioſorum adſcripſerunt; & in pari cauſa rei male actæ melior ſit conditio à quo petitur, quam Promotoris qui petit[b]. Deinde quia immatriculatus pro ſcholari in vſu priuilegiorum Vniuerſitati conceſſorum, per Vniuerſitatem retentus aut defenſus non eſt; ſed tanquam minime immatriculatus coactus eſt vectigalia, vt cæteri ciues, ſol-
6 uere. † Præterea Reus diu ante hanc litem, videlicet in menſe Septembri, anno 71. nouiſſime præterito in ius ciuium tranſijt, & ad venditionem granorum ſe compoſuit, onus vectigalium pecunia redemit à Magiſtratu huius Oppidi ſe illi ſubijciendo, & ſcholaritatem relinquendo: non enim inhærens & inſeparabilis eſt qualitas ſcholaritatis; cum ſtatim contraria voluntate deponi poſſit, & per actum contrarium priuilegio, quis amittat priuilegium[c]; nec inhærendi ſtudijs vlla ſit neceſſitas, vt interdum eſt, cum quis ordini alicui adſcribitur, à quo libere rece-
7 dere non licet[d]. † Vlterius inſtando dico, etiam ſi vere Reus fuiſſet ſcholaris, adhuc tamen non poſſet dici incidiſſe in pœnam dictæ inhibitionis: ob id quod non conſtet de Rei contrauentione. Nam dicta iniunctionis notula admodum ſtricta eſt; non enim pertinet ad quamcunque dicti Reginaldi aut bonorum ſuorum receptationem, ſed tantum ad eam quæ fieret illa nocte; illius ſcilicet diei quo huiuſmodi iniunctio, ſeu verius mandatum de iniungendo, facta fuit: videlicet viceſima ſeptima Decembris per hæc verba, *hac nocte:* quæ verba demonſtrant[e], & reſtringunt, & alterius temporis ſiue citerioris, ſiue vlterioris conſiderationem excludunt[f]; ita quod ſub ea prohibitione non poſſit contineri alia conceſſio tranſitus, aut bonorum receptio, quam quæ poſt momentum factæ executionis dictæ iniunctionis
8 contingeret. † Quod enim certo & limitato tempore prohibetur, id eo præterito conceſſum ſeu permiſſum cenſeri debet: vt contra quod ad tempus permittitur, eo lapſo prohibitum reputatur[g]; præſertim quando id quod prohibetur non eſt de genere malorum ſeu illicitorum, nec continet iuris perpetuam prohibitionem: vt nõ eſt,

a l. cum profitearis de reuocand. donatio.

b l. in pari. de reg. iuris.

c Bart. in l. cum Decurionatus n. 3. C. de decurio. lib. 10.

d d. l. cum decurionatus.

e l. nemo de hered. inſtitu.

f l. liber homo. § decem de verb. oblig.

g l. ſtatu liberum §. Stichum de legat. 2. l. Imperator de poſtuland.

est, vicino permittere familiaritatis ergo
transitum per suum fundum; item deposi-
tum à vicino recipere[a]. † Verum quidem 9
est receptatores latronum, & aliorum sce-
leratorum iure puniri[b], propter occultæ
societatis præsumptionem: sed aliorũ qui
innoxij sunt; item rerum receptio per se
non est prohibita. Nunc vero de recepta-
tione ipsius Reginaldi, qui homicidium
perpetrauit, nulla est quæstio: is enim tũc
notorie extra oppidum fugitiuus erat,
ideoq; etiam illius in dicta notula, nulla
fit specialis mentio; neq; item de recepta-
tione vel transitu alius ex illius familia;
quia id non probatur, sed tantum de rece-
ptione rerum, quã Reus pernegauit se fe-
cisse, aut se sciente factam esse, nec ex ad-
uerso probata est. Nam quamuis VValte-
rus de Vroye primus testis de scientia Rei
deponat, solus tamen id facit, & sibi con-
trarium habet testimonium Annæ vander
Beken secundæ testis, quæ dicit Reum id
ignorasse, & eo dormiente id factum esse:
ita vt propter singularitatem, nulla ratio-
ne sit adhibenda fides dicto VValtero de
Vroye[c]; non obstante quod Sophia vã Ba-
kel vltima testis de scientia Rei aliquid
etiam deponere velle videatur: quia non
addit quando illa scientia Reo superuene-
rit, an tempore illationis seu receptionis
(quod negat Anna vander Beken) an ve-
ro postea, & quando; quæ non potest noce-
re, nisi sit de illa nocte. Quid enim si se-
quente die, postquam illuxit, id ad eius
notitiam peruenit? ita vt & hic testis in suo
testimonio sit singularis, ideoque perinde
fidem non mereatur[d]. † Qua ratione re- 10
mouentur etiam aliorum testimonia, qui
deponunt de ablatione rerum receptarum:
quia non probant de scientia Rei, quæ est
omnino necessaria; nam ignorantia pœnã
non habet[e], præsertim in delicto seu ex-
cessu receptationis, quæ etiam, non proba-
ta scientia, semper præsumitur[f]. Præterea
inuniuersum nemo est qui probet, quod il-
la nocte, quæ fuit 27. Octobr. hæ res fue-
runt illatæ: & dictus VValterus deponit
de illatione & receptione, quæ fuit facta
ipso die Innocentum, quæ fuit 28. De-
cembris, quæque præterita nocte diei 27.
illuxit; & sic post finitam seu resolutam
prohibitionem. Sic quod etiam ex hac cõ-
sideratione testimonium istius non possit
coniungi cum testimonio dictæ Sophiæ;
præsupposito etiam quod Sophia depo-
suisset de scientia Rei illa nocte: ob id
quod, vt dixi, VValterus deponat de
receptione facta die sequenti, quæ non
includitur prohibitione. † Nec obstat 11
quod Anna vander Beken deponat, quod
tempore vespertino de nocte vxor Regi-

a l. qui iure familiaritatis ff. de acq. poss.
b l. 1. ff. de receptat. l. 1. C. de his qui latrones.
c l. maritus. ff. de quæstion. l. iurisiurandi C. de reb. cred. & iureiur. c. licet causam. de probatio.
d c. bonæ. 1. de electio.
e l. vlt. ff. de decretis ab ord. faciendis.
f gloss. 1. in fin. in l. 1. ff. de receptator.

naldi res suas in domum Rei intulerit:
nam ea in parte illa quoque singularis est,
nec contestem habet; & in omnem euen-
tum ex illius hac depositione non con-
stat, quod illatio sit facta post executio-
nem dictæ iniunctionis, quam præfatus
Augustinus (licet nulliter) fecit hora
octaua vespertina, vt continet illius re-
latio; cum nox sit statim ab obortis te-
nebris[a]; ex eo tempore in solstitio bru-
mali nox fuerit statim post quartam ho-
ram pomeridianam; & sic potuit esse fa-
cta ante prohibitionem: quæ receptio
sub dicta inhibitione non includeretur,
quia primum ligare cœpit post execu-
tionem. Neque rursus hic Reo ad cul-
pam referri potest scientia suæ vxoris, si
illa dici posset esse probata: nam ex de-
licto aut culpa vxoris maritus non te-
netur[b]; neque in proposito accusatur deli-
ctum, aut contrauentio vxoris. Nouissi-
me vt prædicta omnia cessent, nulla
est ratio cur Reus ad tantam, & tam
exorbitantem pœnam centum coronato-
rum condemnari possit: non ob delictum
ipsum (si id dici posset) quod per se mi-
nimum est, & ex quo nemo læsus est,
nec respublica aliquod damnum acce-
pit: cum nihil ex rebus illatis deperie-
rit; & Reginaldus pœnæ non sit sub-
tractus, qui ipse se vltro in carceres &
ad pœnam dedit; pœna quippe delicto
commensuranda est, non per occasio-
nem illius quærenda mulctarum seuera
compendia. Crimina enim non in occa-
sionem ob authoritatem superioris, aut
ob augendum ærarium in occasione ha-
benda sunt, sed in rei veritate[c]. Quis
enim nisi barbarus, & omnis rationis
expers, dicet æquum bonum esse rece-
ptatorem ducentis florenis; hoc est cen-
tum coronatis puniri vel mulctari pro-
pter receptionem rerum alterius crimi-
nosi; cuius crimen principale per sen-
tentiam tantum mulctatum est sexagin-
ta florenis cum ieiunio trium dierum in
septimana per duos menses: non enim
maiore pœna affectus est dictus Regi-
naldus. Pudendum sane id omnino est:
cum vbique receptatores etiam ipsorum
famosorum latronum, minore pœna,
quam ipsi receptati puniantur[d]. Neque
rursus ea tanta pœna affici debuit Reus
propter authoritatem ipsius prohibito-
ris; vt in sententia exprimitur: quia
ipsa prohibitio non continet incommu-
tabilem causam, neque pro re iudica-
12 ta accipi debet. † Vt generaliter com-
minationes Iudicum, præsertim extra-
iudiciales rei iudicatæ authoritatem
non habent; vt pluribus legibus aperte

a Eleganter Felinus in c. si perfodiens. extra de homicidio.
b l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito.
c l. famosi. ff. ad leg. Iuliã maiestat.
d gloss. in d. l. 1. de receptator.

statutum est[a], ad quas respicere debebat, quisquis huius sententiæ author fuit: & ijs expensis, si aliquod delictum argui potuisset (quod omnino non puto) moderatam pœnam statuere pro modo delicti; quod ne quidem vna libra grossorum si verè etiam omnia probata essent, mulctari merebatur; & seueriorem comminationem in sententia condemnatoria ad modum rationis reducere: cum vix pro interlocutione accipi possit, quæ retractabilis est[b]. † Vnde merito ad syndicatum 13 & pœnam syndicatus Paris de puteo[c] eos Iudices, qui tam exorbitantia pœnalia, & pecuniaria præcepta faciunt, & inde pecuniam exigunt. Qua de re plura congererem, si temporis angustia me non excluderet: quamuis id res ipsa non necessario requirat, in tanta Rei innocentia, & actionis seu accusationis improbabilitate, quæ nec iure per se subsistit, nec probatione idonea adiuuatur. Proinde existimo Venerabilium Dominorum Iudicum partes esse, vt retractata Magnifici Domini Rectoris sententia, Reum absoluant, ab impetitione Actoris, & Actorem propter nimiam improbabilitatem & iniustitiam in expensis vtriusque instantiæ condemnent.

a l. 1. l. interlocutio. l. programma C. comminationes, epistol. program.

b l. quod iussit. de re iudic.

c In tractat. de syndic. incipien. quia sæpe contingit, quod Officialis.

SVMMARIVM.

Resistentia aduersus Officialem.

1. *Officialis in alieno territorio aliquid facere non potest.*
2. *Officiali extra suum territorium iurisdictionem exercenti impune licet resistere.*
3. *Officiali eripere captiuum an impune sit?*
4. *Crimen læsæ Maiestatis non est eripere captiuum.*

CONSILIVM XXI.

VEritate propositi facti supposita, & potissimum quod Guilielm⁹ B. Officiarius Dominij de Diestelbergen in oppido Teneremundensi, nullam iurisdictionem aut potestatem habeat; existimamus factum Christophori Mertens trahi non posse ad crimen vel delictum aliquod; multo minus ad crimen læsæ Maiestatis, aut illius vel alterius cuiuscunque legis pœnam. † Nam in primis ma- 1 nifestum est Iudici, aut Officiali alterius territorij, in alieno territorio nihil iuris esse; eique non tantum impune non pareri[a]; verum etiam de facto & vi resisti posse, non minus quam cuicunque priuato: † quia extra limites sui territorij non tan- 2 tum loco priuati est, sed præterea exercendo iurisdictionem intra limites alieni territorij, illicitum committit. Vt ex definitione Bartoli[b], communi omnium interpretum opinione receptum est. † Vt 3 nihil necesse sit in huiusmodi articuli latiore deductione, vel ampliatione insistere; vnaque hæc ratio dictum Christophorum à crimine liberet, quod rem illicitam Guilihelmus attentauerit alienamque iurisdictionem vsurpauerit, & resistendi etiam de facto occasionem dederit. Nil ad crimen vel constituendum, vel augendum faciente, quod arrepto & opposito conto, seu furca Guilihelmum, eiusq; ministros terruerit; quodq; Adrianus Denijs, quem ligatum ducebat, euadendi occasionem nactus sit. Nam cum resistendi ius est, discrimen non est, an etiam id vi, & armata manu fiat[a]. Nec pariformiter resistentiæ qualitatem alterat clamor dicti Christophori, quo alios ciues ad resistentiam & liberationem captiui excitare visus est: nam cum id non tendat ad excitandum aliquem tumultum aduersus proprium Magistratum, sed tantum ad illicitam apprehensionem impediendam, & libertatem oppidi Teneremundensis aduersus vsurpantem iurisdictionem tuendam, velut in populari causa, licuisse quoque id ei dicendum est: cum extra legis pœnam, imo legis præceptum sit pro auertendo illicito, aut improbato facto, per clamorem concursum, 4 auxiliumque aliorum concitare[b]. † Nec velamento obiecti criminis læsæ Maiestatis premenda seu aggrauanda est hæc causa: id enim crimen non in occasione ob Principalem Maiestatis venerationem habendum est; sed in rei veritate; quæ in re proposita hæc est, quod nihil, neque directe, neque indirecte, neque item mediate, aut immediate in Principem per hoc factum commissum sit; sed tantum aduersus hominem priuatum, excedentem terminos sui officij; & facientem quod illi nullo modo licuit. Cum alioqui ne quidem eo casu crimen læsæ Maiestatis, rebellionis,

a l. final. de iurisdictio. omni. iudic. & ibi DD.

b in l. prohibitum nu. 2. C. de iure fisci. lib. 10. & in l. contra. n. 2. C. de excepto. & exactio. lib. 12.

a l. 1. § vim vi. ff. de vi, & vi armata.

b l. 1. § pertinuisse. ff. ad SenatusC. Syllan.

bellionis, aut seditionis constituendum sit, quo quis non tantum debitorem, sed etiam criminosum è manibus veri Magistratus, præsertim inferioris eripit, quamdiu ille nondum vel confessus est crimen, vel de illo condemnatus est [a]. vt ex distinctione Bartoli [b], communiter receptum esse diligenter tradit aliquot locis Guido Papæ [c]: qui etiam secundum illam in Parlamentis, & consilijs iudicari testatur. Ita quod ex his rationibus, quæ accumulatione quoque aliarum, latius adhuc ampliari, & dilatari facile possent, si res postularet; in proposito casu existimemus Iudicis partes esse, vt Christophorum ob huiusmodi factum apprehensum absoluat. Et quoniam apprehensio, quam Christophorus suo hoc facto relaxauit, non erat de homine facinoroso; sed tantum obnoxio, seu debitore triginta florenorum, ex causa mulctæ; existimamus in his accusationis exordijs Reum non tantum ab arctiore carcere, & custodia, sed etiam ab assignatione certi loci, quod illum non exibit sub idonea cautione relaxandum esse: tum propter apparentem Rei excusationem in alterius facto illicito; tum propter eiusdem Rei integram, & in anteacta vita innocentem conditionem; & denique propter facultates eius idoneas; ita vt etiam sibi committi debere videatur: hoc est sub iuratoria cautione relaxari. Vt aperto iure constitutum est [d].

a l. fin. C. de malefic. l. cuiusque dolo §. fin. ad leg. Iuliam Maiestat.
b in d. §. fin.
c decis. 179. contigit in facto & consil. 211. iuxta materiam. nu. 3.
d l. 1 ff. de custod. & exhibit. reor.

SVMMARIVM.

Arrestum.

1. 3. *Repræsaliæ quando prohibitæ.*
2. *Nundinarum libertas.*
4. *Repræsaliæ etiam in futurum concedi possunt.*
5. *Dilatio non admittenda quando celeriter est subueniendum.*
6. *Repræsaliæ generales an inter mercatores exerceri possint.*
7. *Reuocatio generalis ad priuilegiata non pertinet.*
8. *Ciuitati dicta sententia omnibus ciuibus Ius facit.*
9. *Res iudicata quibus obsit.*

CONSILIVM XXII.

IVstam dubitationem habere non videtur causa, quæ in Amplissimo Concilio Brabantiæ instituta est, pro parte Philippi de Vrient, Iudoci vanden Cruyce, pluriumque aliorum ciuium oppidi Gandauensis litisconsortium Impetrantium: cõtra domicellum Adamum van Berchem Schultetum oppido Antuerpiensis citatum; pro quo Magistratus eiusdem oppidi interuenit. Concurrunt etenim ad partis citatæ seu interuenientis defensionẽ tam euidentia remedia, vt de absolutionis spe nihil dubitandum videatur: quod paucis demonstrabimus. Versatur autem totius causæ status circa iustitiam vel iniustitiam arresti, quo iussu Magistratus Antuerpiensis Impetrantes tempore nundinarum Antuerpiæ detenti sunt: eo prætextu quod earundem nundinarum tempore, paulo ante Gandaui, authoritate Magistratus, instante Diego de Pardo, arresto detentus erat Ioannes de Loopere ciuis Iprensis, ad dictas nundinas proficiscens. Iniquitatis & iniustitiæ dicti arresti causam in eo collocant Impetrantes, quod ad instar repræsaliarum sit positum, ob alterius, quam arrestatorum factum [a]. † Re- 1
præsaliæ enim seu personarum pignorationes, vt iure communi prohibitæ sunt [a]; ita quoque vbi ex consuetudine [b] in vsu sunt, non exercentur nisi denegata iustitia à populo seu Magistratu eius loci, vbi factum admissum est [c]. Quæ iustitiæ administratio Antuerpiensibus per Magistratum Gandensem non tantum non denegata, sed etiam oblata reperitur: qua denegatione interueniente ad repræsalia, his qui sub vno eodemque Principe degunt, atque etiam aduersus eos, qui superiorem habent, ad quem pro iustitia recursus haberi potest, decurrendi nulla est potestas [d]. Cui conformis est ordinatio Cæsareæ Maiestatis anni 1540. qua incidente controuersia vetuit ne oppida & communitates contra se inuicem via facti procedant, sed ad Reginalem Maiestatem recurrere de-
2 beant. † Cæterum cum ius singulare, seu priuilegium rationes iuris communis vincat [e], non satis momenti habent ad iniquitatis colorem inducendum prædictæ causæ. Singulari enim priuilegio ab Imperatoribus, & huius inferioris Germaniæ Principibus, ac præsertim Philippo Duce Burgundiæ, Brabantiæ, ac Comite Flandriæ [f] &c. concessa est quibusuis, libere veniendi ad nundinas Antuerpienses

indeque

a Bartol. in tractat. repræsal. 5. quæst. 2 quæstio principalis.

a Authen. vt non fiant pignoratio pro alijs perso. collat. 5. Authent. sed omnino. C. ne uxor pro marito. c. unico. de iniurijs & damno dato. lib. 6.
b Gloss in d. authent. sed omnino C. ne uxor. pro marito.
c Bart in d. tract. circa princip. Guido Pape decis. 32.
d Ioannes Andre. in c. non debet aliquis de regul. iur. lib. 6. Bart. in d. tract. quæst. 2. Bal. in d. authent. sed omnino.
e l. Ius singulare de legib.
f an. 1454.

indeque reuertendi poteſtas; & pro ea po-
teſtate tuenda ac conſeruanda facultas ar-
reſtandi incolas illorum locorum, in qui-
bus proficiſcentibus ad eaſdem nundinas
aliquod impedimentum per arreſtum aut
aliter inijcitur. † Ea enim poteſtas ſeu fa- 3
cultas ſiue repræſalijs, ſiue alij cuicunque
iuri annumeretur, iniqua & à ratione alie-
na reputari non debet: tum quod tendat
ad conſeruationem priuilegiorum, quæ
iure communi nundinis pro libertate ad-
uentus ac receſſus mercatorum, conceſſa
ſunt[a]; tum quod ſic non exerceantur re-
præſaliæ iure priuato, quo inter ſe cenſen-
tur oppida vni Principi ſubiecta[b], ſed au-
thoritate Principis concedentis & ſupe-
riorem non agnoſcentis[c]; & ad quem in
caſu denegatæ Iuſtitiæ communiter pro
obtinendis repræſalijs recurritur. † Ni- 4
hil autem vetat ex iuſta cauſa etiam in fu-
turum ius generale repræſaliorum per pri-
uilegium concedi; ne ad ſingula momen-
ta aut occurrentem vſum neceſſe ſit cum
iactura temporis & tarditatis periculo,
Principem adire[d]. Iuſta autem cauſa quin
ſit proficiſcentium ad nundinas ob priua-
tum debitum retentio ſeu arreſtatio, du-
bitationem non habet[e]: ita vt ex ipſo fa-
cto, & facti per ſpeciale Principis priuile-
gium prohibita qualitate, ſtatim emergere
videatur denegatæ Iuſtitiæ iudicium, &
neceſſitas celeriter & prompte ſubuenien-
di. † Ad inſtar aliorum caſuum non re- 5
cipientium dilationem, ex qua res ipſa
hoc eſt vtilitas nundinarum peritura eſ-
ſet[f]. Cuius ſane priuilegij in præfati Du-
cis Philippi literis recitatio & confir-
matio, cum in eo exemplo verſetur, quo
ipſis Gandauenſibus ad eaſdem nundinas
proficiſcentibus, & apud Rupelmondam
retentis, eadem ratione olim ſuccurſum
eſt, multum illuſtrat præſentis cauſæ de-
ciſionem; etiam ſi alioqui nulla alia ex-
empla exerciti huiuſmodi priuilegij, neq;
nouas Regiæ Maieſtatis in iucundo ad-
uentu confirmationes ampliationeſq; Op-
ponentes attuliſſent. † Neque hic quic- 6
quam immutat, quod pleriq; tradunt[g] ge-
neralem conceſſionem repræſaliarum in
mercatoribus ad nundinas venientibus
exerceri non poſſe, quod iure communi
detineri prohibeantur[h]: nam & in hac
parte derogatum eſt iuri communi per di-
cti priuilegij verba, quibus aperte permit-
titur poteſtas in loco & tempore nundina-
rum arreſtari eos, qui inde venerunt; vbi
alijs aliunde venientibus ad nundinas
profectio arreſto aut aliter impedita eſt.
Quæ priuilegij extenſio apertis verbis ex-
preſſa, abſurditatis quoque nihil habet, vt
in ſuis ciuibus patiantur municipes, quod

a l. vnica C. de nundi.

b l. eum qui vectigal. de verb. ſignific.

c Bart. in tractat. repræſal. in 3. quæſtio. Mart. Laudenſis de repræſa. nu. 9.

d l. 3. in princip. de Epiſcop. audientia l. vnica C. de theſau. li. 10.

e l. vnica C. de nundinis.

f arg. l. fin. C. Quorum app. non recip. & l. fin. de appell. recipi.

g Bald in d. l. vnica nu. 3. Anchora. in d. c. vnico & ibi Iacobus de Canibus. nu. 44.

h l. vnica C. de nundin.

contra notoriam nundinarum prærogati-
uam alijs inferre non ſunt veriti[a]. Pari
ratione quoque nihil obſtat Opponenti-
bus, Cæſareæ Maieſtatis ſupratacta ordi-
natio: nam nihil noui continet illa præter
iuris communis[b] refricationem & admo
7 nitionem † Vnde qua ratione iuris com-
munis diſpoſitio priuilegia non exclu-
dit[c], & in generali ſermone ſeu diſpoſi-
tione non continentur quæ ſpecialiter
conceſſa & diſpoſita ſunt[d], neque per ge-
neralem reuocationem aut mutationem
reuocata aut mutata cenſeri debent, quæ
exemptionis aut priuilegij titulo haben-
tur[e]; tunc ſcilicet quando generalis di-
ſpoſitio ſeu reuocatio & priuilegium de
eodem capitulo loquuntur vt eſt in pro-
poſito[f]; ſcilicet de ſpeciali permiſſione
repræſaliarum, ſeu contra arreſti, ob eui-
dentem vtilitatem reipub. quæ in nundi-
narum obſeruatione conſiſtit: & generali
earundem repræſaliarum prohibitione ex
omnibus & vulgaribus cauſis non poteſt
per huiuſmodi generalem, latam, & in-
determinatam ordinationem videri re-
ceſſum à dicto priuilegio Antuerpienſium
ob publicum bonum ſpecialiter conceſſo.
Quæ omnia corroborantur per ſenten-
tiam Reginalis Maieſtatis decimaoctaua
Octobris, Anno 1552. latam; qua decre-
uit Ioannem Loopere relaxandum ſimpli-
citer ab arreſto authoritate Magiſtratus
Gandauenſis poſito: idque nulla præſtita
cautione, nec vllis expenſis refuſis, ſed
illis reiectis ad onus Diego de Pardo; quo
inſtante arreſtum factum erat. Et præter-
ea recedendo aliquantulum a ſtricta iuris
ratione, pro conſeruanda inter duas po-
tentes ciuitates amicitia, ordinauit Impe-
trantes huius cauſæ relaxandos ab arreſto;
liberos quidem à præſtanda cautione, ſed
non exoneratos ab expenſis. Inde enim a-
nimaduertere licet prioris arreſti impro-
babilitatem & poſterioris contra arreſti
probabilitatem. Cur enim ſi eadem vtri-
uſque erat conditio, par quoque in vtroq;
8 ius ſtatutum non fuit[g]? † Rei iudicatæ
igitur poteſtatē cum ſtatim habuerit ſen-
tentia[h]; imo ius ſtatuiſſe inter Impetran-
tes & Opponentes videatur[i]: fruſtra &
ſerius videntur dicti Impetrantes de præ-
tacti contra arreſti iniquitate conqueri;
& ex ea propoſitæ actionis ad intereſſe
fundamentum aduerſus Opponentes con-
ſtituere[k]. Neque rei iudicatæ effugient
poteſtatem Impetrantes, quod nomen eo-
rum ſententiæ inſertum non ſit, ſed iudi-
cium illud inter vtriuſque ciuitatis Ma-
giſtratum peractum fuerit, atque ita res
inter alios iudicata, his qui in iudicio non
fuerunt non poſſit obeſſe[l]: nam cum eorū
nomine,

a ff. quod quiſque iuris. per totum.

b d. authent. vt non fiant pignorationes pro alijs perſonis c & d. authent. ſ. d. omnino.

d l. in 91. l. non ſingulare de legib.

e l. Sancimus legum de pac... l. decurionibus C. de ſilentia li. 12.

f Caſtrenſ. conſil. 2. primū dubium oritur nu. 2. vol. 1.

Gloſſ. in verb. conſuetudine in c. vnico de capellis monach. lib. 6

f l. fin. de dote relegata. Roma conſ. 308. pro habenda n. 4.

g l. illud ad leg. Aquil. l. 3 §. 1. de fonte. l. 3 §. 1. de inieſto rupto.

h l. vnica. C. de ſententijs præfect. prætori.

i l. 2. C. de legib.

k l. 1. C. de re iudicata. l. Iulianus. l. ſingulis de except. rei iudicatæ.

l l. 2. C. quib. res iudi. non nocet. l. 1. ff. de except. rei iudicatæ.

nomine, imo ad eorum instantiam, & ex eorum conquæstione per Magistratum Gandauensem querela ec hoc contraarresto in auditorium Reginalis Maiestatis fuerit introducta, perinde ipsis Impetrantibus, & Magistratui ius dictum videri debet: vt satis sit in supplice libello ipsorum Impetrantium mentionem fuisse factam, etiamsi sententia nomina eorum inserta non habeat [a]; hic præsertim, vbi ciuitati ius dictum, omnibus ciuibus dictum videri debet, saltem in eodem negotij genere [b]. Quemadmodum etiam rei magis, quam personis sententia dicta hic videtur; hoc est, super iure arresti potius, quam personis arrestatis. Ita vt ex definitione ac determinatione materiæ, causarum quoque; hoc est, actio ad interesse propter contraarrestum definita & de-

a argumento l. 2. C. de diuersis rescrip. & pragm. sanctionibus.
b l. 2. C. de legib.

9 terminata videri debeat. † Quamuis sine negotio quoque sustineri posset ex dicta sententia exceptionem rei iudicatæ Impetrantibus recte obijci: quod de ea re, cuius actio primum sibi competebat, propter priuatum interesse, scientes passi, imo adhortati sunt Magistratum agere [a]. Relinquitur ergo quod iustificato hoc contraarresto tam ex ipsa materia, quam authoritate dictæ principalis sententiæ, nulla occasio sit ex non improbato facto repetendarum expensarum aut emergentis damni seu cessantis lucri actionem petitionemque fundandi. Iniuriam enim non facit qui suo vel publico iure vtitur [b]. Atque ita nobis subscriptis Elberto Leonino, Ioanni VVamesio, & Petro Peckio V. I. Doctoribus secundum acta, de iure respondendum videtur.

a l. Sepe de re iudicata.
b. l. Iniuriarum § 1. de iniurijs & famosis libellis.

SVMMARIVM.

Arrestum ob debitum Ciuitatis non solutum.

1. *Verba ex communi vsu accipienda.*
2. *Coniugata eandem rationem habent.*
3. *Mora ex qua monitione inducatur.*
4. *Interpellatio sola quomodo sufficiat ad moram.*
5. *Ciuitas quomodo in mora constituatur.*
6. *Epistolam accipiens & non contradicens illam approbare censetur.*
7. *Interpellationis illegitimæ nullus est effectus.*
8. *Cedi potest ius executiuum.*
9. *Cessio nominis trahit secum cessionem interusurij.*
10. *Cessionarius non potest incipere ab executione non præmonito debitore.*
11. *Vsuraria pactio omni iure prohibita est.*

CONSILIVM XXIII.

IN causa arresti quod D. Hermannus van Haeltefelt, Dominus in VVildenberch &c. in oppido Trancofordiensi posuit in personis Gerardi van Barel, Adriani Gillis, & plurium aliorum mercatorum ciuium ciuitatis Antuerpiensis, ad consequendam solutionem summæ viginti, & vnius millium, septingentorum sexaginta septem florenorum aureorum germanicorum, quā sibi ex causa cessæ actionis à Domino Georgio Haelisfelt & Domina Gertrude Kobbenraedtt vxore, principalibus creditoribus sibi à dicta ciuitate Antuerpiensi deberi contendit, ratione sortis seu denariorū capitalium mille sexcentorum consimilium aureorum, & eidem sorti adiunctorum mille ducentorum octuaginta, ratione interusurij primi anni; addita pactione vt eidem ciuitati liceret dictam sortem & interesse retinere quamdiu vellet illius vsuras soluere; aut dicto creditori placeret prædictam sortem sic per interesse seu interusurium primi anni auctam repetere; in exordio litis incidit inter Aduocatos vtriusque partis quæstio & contentio, quo sensu accipi debeant literarum seu instrumenti, quibus hæc obligatio continetur, absolute & in effectu conditionaliter hæc verba, **des wettelike vermaent**/hoc est, de eo legitime admonitus accipi debeant; an vt Aduocatus Actoris seu Arrestantis contendit pro nuda scientia; an vero, vt Rei contendunt pro iuridica seu legitima admonitione & interpellatione: sic vt ex Actoris opinione quæcunq; interpellatio, imo vndecunq; obueniens scientia, tam soluēdarum vsurarum, quam reddendæ sortis Actori sufficiat ad facultatem arrestandi quoscunque ciues Antuerpienses, propter moram Magistratus in soluendis vsuris & reddenda sorte commissam. Contra vero ex Reorum contraria opinione, non sufficiat scientia, sed requiratur iuridica, seu legitima interpellatio; ita vt ea non præmissa nec interueniente, non fuerit Actori potestas faciendi hoc arrestum; sed quod in limine iudicij, ex nul-

ex nullitate arresti obiecta exceptio Reis prodesse debeat, ad declarationem nullitatis huiusmodi arresti, ac ad absolutionem ab instantia iudicij citra vllam necessitatem contestandi litem. In qua sane contentione probabilitatem nullam habet Aduocati Actoris contentio; sed profecta ex ignorantia Belgicæ linguæ, qua dictæ literæ conceptæ sunt, facti & iuris errorem habet. 1 † Sermo enim cuiuscunque linguæ accipiendus est ex vsu, consuetudine, ac intellectu loquendi eius seu eorum, qui verba pronuntiant, ac loci, vbi ea proferuntur[a], non ex opinione verba legentis vel exaudientis; à quo communi sensu, & intellectu recedendum aliter non est, quam cum manifestum est loquentem aliter sensisse[b]. Cum ergo indubitatum & extra omnem controuersiam sit, quin belgice seu inferiori lingua germanica loquentibus dictio **Wettenlike** duplicata litera t, ad verbum sit deductum, à nomine **Wett** quæ significat ius seu legem; indubitatum quoq; est, quod aduerbij inde deducti significatio eodem tenore accipienda sit pro iuridice & legitime. 2 † Quæ enim ab vno principio commutantur, deducuntur, ac deriuantur vocabula, vt coniugata, significationis in genere eandem habent potestatem, nec à suo principio à significationis vsu recedunt[c]. At vero aduerbium **Wetelike** vnica litera t descriptum, casum & originem habet à verbo **Weten** / quod est scire, inde **Wetelike** est scienter; quæ quantum inter se distent, res vltro manifestum facit. 3 † Vt mirum non sit quod ob non iuridice seu legitime factam interpellationem ac denunciationem, repetendæ sortis, cum decursis vsuris, Rei contendant Actorem præpropere decurrisse ad arrestum singularium ciuium dictæ ciuitatis Antuerpiensis, ad quod ex lege, & conuentione dictarum literarum non prius dictis creditoribus decurrere permittitur, quam si recusatio aliqua solutionis fieret, non simpliciter ex sola dilatione seu mora, sed cum promittentes iuridice seu legitime admoniti erunt; nam quod in certum casum, seu sub conditione promissum est, ad effectum perduci non potest, nisi casu euenięte & conditione purificata[d]. Et quod Aduocatus Actoris Reis ad calumniam ac cauillationem refert, quod in alijs pluribus earundem literarum locis, eiusdem verbi aliam interpretationem faciant (cauillatio enim vera est dissimiliter acceptis terminis, quod falsum est inferre) ex eodem fonte ignorantiæ propter imperitiam linguæ proficiscitur; nam nusquam nisi duobus locis est vox aduerbialis **Wettelike** per duplex tt, & nusquam aduerbium **Wetelick** per vnũ t: sed aliquot locis & præcipue vbi agitur de tertio, ad quem hæ literæ peruenire possent; ponitur & repetitum inuenitur nomen **Wete** per vnum t; quod scientiam non ius aut legem significat. Vt scilicet ex his literis agere & exigere possit, ad quem illæ ex scientia & voluntate Domini Georgij & Gertrudis peruenirent. Nec sane hoc verborum complexu **Wettelike vermaent** per verbum scienter explicari potest, sine extrema absurditate; siue inferiore, siue superiore germanica lingua id adscriptum dicatur. Quis enim ita scribat aut loquatur, cum scienter admonitus eris: admonitio seu interpellatio quippe sine scientia non intelligitur, siue admonentem, siue admonitum respicias. Admonere non intelligitur, nisi qui & voluntatem & scientiam admonitionis habet, nec admoneri, qui non intelligit admoneri se; ita vt scientia sit admonitionis intrinseca qualitas: sed externa, & quæ non præsumitur, nec tacite inest; est legitime seu iuridice facta admonitio[a]. Non ita quidem quasi iudicialem in iudicio propositam (vt interdum fit[b],) huiusmodi verba requirant admonitionem & interpellationem; sed vt etiam extraiudicialis sufficiat, si modo sit iuridica seu legitima, congruo loco ac tempore, & debita forma facta[c]: ita vt merito per Reos Actori obijciatur factæ interpellationis vitium ad impediendum arrestandi ciues Antuerpienses facultatem.
4 † Neque ex sola scientia, quod sciuit ciuitas, seu scire potuit se debere, sine hac legitima seu iuridica interpellatione in mora constituta dici potest, ad hoc vt licuerit creditoribus transire & decurrere ad arrestum ciuium: quia licet id interdum sufficiat[d], præsertim vbi dies & pœna obligationi adiecta est[e]: regulariter tamen illa sola ad hoc non sufficit: vsque adeo, vt etiam obligatus ex guarentigiato instrumento, quod promptam & paratam executionem habet, sine legitima interpellatione in mora non constituitur ad hoc, vt ab executione aduersus eum procedi possit[f]. Et in proposito aperta conuentionis verba, & specialis conuentio quæ contractui legem dat ad hoc, vt ad ciues in subsidium per arrestum alio loco peruenire possit, formaliter requisita est legitima admonitio seu interpellatio per dicta verba, **Naer dien tyt oft die ghene die last van betaelinghe vande vorsz. Stadts wegen daer toe hebben sall / des wettelike vermaent sullen wesen** / hoc est, postquam, nos aut is qui soluendi mandatum ex parte ciuitatis ad hoc

a l. labeo. vers. non enim ex opinionibus ff. de suppellectile legata.
b l. non aliter. de leg. 3. Nicolaus Euerardus in loco ab opinione vulgi
c l. ita vulneratus. in verb. videbatur interpretatione. ad leg. Aquiliam. Alciatus in l. de testatio. §. familiæ ff. de verbo. signif.
d l. si ita scriptum sit §. 2. de leg. 2. l. si fundum in fin. de contrahe. emptio. l. Fulcinius. §. si in diem. ff. ex qu b. caus. in poss. eatur.

a l. mora ff. de Vsur.
b l. Centum vers. neque enim. de eo quod cer. loc.
c l. acceptam C. de vsur.
d l. 4 §. vlt. de lege commiss. l. quod te si cert. petat.
e l. magnam. C. de contrahenda & commit. stipulatione.
f Bart. in l. cum qui § si iusiurando ff de iureiurando.

hoc habebit, de eo legitime admoniti eri-
mus. † Cum ergo ab arrestante non pro- 5
feratur legitimum documentum aut alia
probatio factæ interpellationis, vel in
consessu Magistratus, vel apud Rectores
illius, vt regulariter opus est, ad hoc vt
per interpellationem ciuitas in mora con-
stituatur[a]; vel ex speciali lege huius con-
tractus, apud illius Receptorem eiusdem
ciuitatis; consequitur quod arrestationi
ciuium locus esse non potuerit: Neque
Reis ad probandam hanc legitimam in-
terpellationem, & ex illa moram seu re-
cusationem solutionis, sufficit illa episto-
la, quæ nomine ciuitatis ad Georgium in
anno 1569. scripta profertur: nam ex il-
la necessario non conuincitur, quod ad
admonitionem seu interpellationem legi-
timam sit scripta; quid enim si priuato a-
licui, aut vni ex Magistratu sit scripta,
non Senatui, non Receptori; ita vt in
hac incertitudine potius assumendum sit
quod minus nocet[b]; cum ex vsu & con-
suetudine hoc quoque obseruetur, vt fa-
cta interpellatione, si non sequatur solu-
tio, fiat protestatio recusationis. † De- 6
inde cum illæ quæ ad hoc proferantur li-
teræ; non recusationem, sed depreca-
tionem & petitionem dilationis conti-
neant; nec extet contraria aliqua Geor-
gij huiusmodi literas recipientis perseue-
rantia in exigendo aut interpellando, vi-
detur remissa, si qua ex interpellatione
contracta fuisset mora. Qui enim literas
recipit, nec contradicit, illis acquiesce-
re & contenta illarum probare censetur[c]:
hoc est in proposito, consentire in di-
lationem remissa repetendi debiti instan-
tia; quæ remissio instantiæ sic facta, mora
commissionem auertit[d]. Neque hoc il-
li, quod Angelus tradit[e], simile est de
debitore potentiore dimittente cum blã-
ditijs interpellantem creditorem: nam
de acquiescentia aliqua creditoris nihil
proponit, sed de sæpius repetita debiti
instantia, & sequenti huiusmodi blanda
dimissione, quæ pro recusatione est; quæ
constitui non potest in vnica deprecatio-
ne, ad quam repetitionis instantia remis-
sa est. De quo minus hic dubitandum
est, ob idquod ob simplicem moram non
permittatur ex hoc contractu, ciuium ar-
restatio, sed ex recusatione, quæ est præ-
fractior mora, & formalis contumacia ac
contradictio[f]. Recusatio nolentis est,
mora & dilatio etiam volentis, sed diste-
rentis ex aliqua causa, aut cum præsum-
pta indulgentia creditoris. Qua ratione
minor censetur contumacia citati ad iudi-
cium non comparentis, & maior citati,
qui declarat se non venturum[g]. † Quod 7

a Angel in d. l. mora nu. 7. vers. extra pro declaratione.

b arg. l. Quicquid astringend. ff. de verbor. oblig.

c Bart. in l. Titius nu. 2. de constituta pecunia.

d d. l. mora. in fin. princip.

e In d. l. mora in fin.

f l. recusari. de acquir. hered. & l. Recusare ad Trebellian.

g gloss. & Doctor. in l. consentaneũ C. quomodo & quãdo Iudex sen. ten. proferre debeat.

in proposito magis dicendum videtur in
constituenda mora aduersus rempubli-
cam: vt illa repetita, seu geminata sal-
tem requiratur, sicut ex quorundam sen-
tentia requiritur in mora constituenda
aduersus pupillum & minorem[a]; quibus
respublica comparatur, & eodem iure
censetur[b]. Et vt dici posset illa Geor-
gij interpellatio legitima; quia tamen fa-
cta tantum est pro interusurio præteriti
temporis, & minime etiam pro repeti-
tione sortis, seu capitalium denariorum;
non potest Actor propter illam constitue-
re moram solutionis totius sortis; ob
quam tamen hoc arrestum fecit. Alia e-
nim causa est sortis, alia vsurarum: cum
ex lege contractus huius, legitima inter-
pellatio statim inducat moram ad facul-
tatem arrestandi: at vero interpellatio
restituendæ sortis, quæ in dictis literis
appellatur **Losconbige** / hoc est, insinua-
toria luitionis statim in mora non consti-
tuit, sed ex lapsu sequente sex mensium.
Cum ergo Actor hoc arrestum indistincte
fecerit, tam pro sorte, quam pro interu-
sario, seu cessis vsuris, confusa vtriusque
obligationis velut in vnam massam, sum-
ma; consequitur, quod sic indistincte fa-
ctum arrestum ex omni parte sit nullum.
Vt enim interpellatio ipsa etiam legiti-
me facta, tam pro eo quod non debetur,
quam quod debetur, non inducit effe-
ctum interpellationis; hoc est, moram,
etiam in eo quod vere debetur[c]; ita quo-
que arrestum factum pro maiore debito,
quam pro quo id fieri poterat, videtur ex
nulla parte esse vtile aut validum. Quod
tanto potentius hic dicendum, & in con-
sideratione habendum est, ex eo quod si
pressius & exactius perpendãtur verba di-
ctarum literarum, non improbabiliter vi-
deri potest, quod potestas arrestandi ci-
ues extra ciuitatem Antuerpiensem, limi-
tata & restricta tantum sit ad casum dene-
gatæ seu recusatæ solutionis; quæ ex lapsu
primi anni facienda esset, quæ est prior
pars huius conuentionis: non etiam in po-
steriore casu continens pactum de retinen-
da sorte quamdiu vsuræ annuæ depende-
rentur & soluerentur[d], qua in parte facul-
8 tas arrestandi repetita non inuenitur. †
Sed frustra scrupulosius de interpellatio-
ne disputatur, num illa per Georgium
iuridice seu legitime facta fuerit, tam quo-
ad interusurium, quam sortem: nam etsi
id per omnia constaret, nec ea in parte
aliquis defectus esset; hoc tamen ex ad-
uerso constat quod huiusmodi interpella-
tionis effectus ad Actorem non transierit;
idque ea ratione, quod cessio cum pro
mandato sit[e] stricte semper accipienda sit,

a Petrus Loriotus in tractat. de mora axiomate. 7.

b l. respublic. C. ex quibus caus. maio. in integrum restituantur.

c Salycet. in d. l. mora. num. 9.

d l. Item quia § vlt. de pactis.

e l. per diuersas C. mandati l. plane ff. familiæ herciſ.

G nec

nec in ea contineatur quod verbis expressum non est. Et ideo cum Actor proponendo causam sui arresti, dicat sibi cessas tantum esse has sigillatas literas, nihil aliud censetur ei cessum, quam ius ex illis competens, non etiam quod extrinsecus obuenit; hoc est facultas arrestandi, propter factam per Georgium interpellationem, nisi nominatim exprimatur: etiamsi alioqui alias etiam ius executiuum cedi possit [a]; præsertim postquam Georgius deprecatorias dicti Magistratus literas recepisset, & instantiam actionis remisisset; imo sortem ipsam nunquam repetiuisset. Cedendo enim & transferendo postea has literas, censetur magis continuare quam abrumpere voluisse huius obligationis cursum in persona sui cessionarij. † Et licet cesso nomine, inter- 9
usurium quoque cessum censeatur, quasi nomen transeat sic cum sua causa [b]: quod extrinsecus tamen est, non perinde censetur translatum; quia creditor ab eo recedere per cessionem intelligitur. Quod maxime locum habet in eo, qui nomen cessum habet ex lucratiua causa, qualis certe præsumitur hæc, quam Hermannus [c] prætexit [d], simulata ad liberius exercitium arrestationis. † Nouissime vt & 10
hoc quoque ius arrestandi per Georgij interpellationes (si legitimæ & sufficientes essent, tam quoad interusurium, quam quoad sortem) in Hermannum per cessionem Georgij translatæ dici possent; adhuc tamen non potuit Hermannus ita prosilire ad has arrestationes. Est enim communi Doctorum opinione ex sententia Baldi [e] traditum, & receptum, quod cessionarius iuris executiui non possit ex abrupto procedere ad illius executionem, nisi prius citato seu certiorato debitore de cessione ei facta per ostensionem instrumenti cessionis [f]: ex quo defectu scribit Andreas Alciatus [g], se sæpissime vidisse obæratos debitores, sic arrestatos seu captos à carceribus dimitti, tanquam non legitime captos. Cum itaque Hermannus suos debitores, hoc est ciuitatem Antuerpiensem eius Rectores non fecerit legitime certiores de hac sua cessione per exhibitionem cessionis non potuit virtute cuiusuis interpellationis per Georgium forsitan factæ, procedere ad hanc horum Reorum arrestationem. De quo minus dubitandum, ob id quod quamuis alias vsitata illa clausula *& portitori literarum, seu habenti literas* sine cessione acquiratur

a l. 1. C de consuetud. eiusdem lit. Angel in l. generali C. de decurio. li. 10.

b l. nomen debitoris in princip. & §. 1. de lega 30. Ludou. Roman. consil. 38 & 131.

c l. ab Anastasio. l. per diuersas C. mandati.

d Paul. Parisius consil. 75. omnis difficultas & 64. vol 4

e In l. per diuersas nu 10. C mandati.

f Hippolitus de Marsilijs singul. 26. Boerius decis 10. Ludou. Roman. cons. 142. Quod cessionarius. Rodericus Zuarez in l. post rem iudicatam de re iudicata. extensione. 7. Imbertus. Institut. forens. lib. 1. cap. 4. vers. verum nec cessionarius. Anto. Massa Galesius. in tracta. ad formulam Cameralis obligationis quæst. 2.

g In l. 1. nu. 69. ff de operis noui nunciatio.

ius, vel saltem præsumatur cessio: in proposito tamen hoc quoque sit in conditione dictarum literarum, quod in illis scriptum sit non de quouis habente has literas, sed restricte de habente eas ex scientia & voluntate Georgij, & eius vxoris: sic vt & hoc in conditione facultatis exigendi, multo magis arrestandi sit, vt tertius ante omnia de cessione & translatione literarum per primos contrahentes doceat; vt plus operetur expressa, quam tacite comprehensa conditio: quod diligenter in consideratione habendum, quia facit ad constituendam omnimodam nullitatem huius arresti; ad cuius nullitatis declarationem, & Reorum absolutionem magnifici Domini Iudices proniores esse debent in hac odiosa materia arrestationis, quæ speciem repræsaliorum habet; & quidem ex odiosissima causa contractus plane vsurarij prohibiti, non tantum iure ciuili, quod nobilibus non nisi trientes vsuras, hoc est quatuor annua ex centum permittit [a], pro quibus hi creditores duplicatas, besses scilicet, hoc est octo sibi ex centum stipulati sunt: sed etiam iure Canonico, quod omnes vsuras & interesse sub sorte repetibili damnat [b]. Imo etiam ex constitutionibus modernorum Imperatorum, qui per totum imperium Germanicum tantum permittunt quincunces vsuras, hoc est quinque pro centum non in simplici & mero mutuo ad nutum creditoris repetibili; sed in formali etiam reditu. Quod odium hic iterum intenditur ex eo, quod hic quoque concurrat vsurarum anatocismus seu renouatio; hoc est quod vsuræ vsurarum exigantur, aucta per singulos annos sorte per accessionem & accumulationem interusurij, vt tam ex dictis literis, quam dinumeratione summæ constat; quod quoque omnia iura prohi-
11 bent [c]. † Nihil faciente ad huius odij auersionem renunciatione exceptionis, de vsuraria prauitate: cum illa vt nimis cautelosa, magis augeat, & aggrauet hoc odiũ, quam diminuat. Omnis enim pactio continens prauitatem vsurariam, vtroq; iure improbatur [d]: & indubitatum est pactum super futuris vsuris non repetendis, aut sine exceptione soluendis, illicitum esse [e]: & renuntiatio eius, quod ius prohibet, nulla est [f]. Atque ita nos subscripti V. I. Doctores, & in alma Vniuersitate studij generalis oppidi Louaniensis Ordinarij Professores de iure respondendum esse arbitramur.

a l. eos. §. super vsurarũ C. de vsuris.

b c. regimini. de emptione & vendit. in extrauag. communibus.

c l. vlt. C de vsuris.

d c. tuas de vsuris. d l. vlt. d l eos. C. de vsuris.

e l. si vxor. §. pactus de pactis. loan. Andreæ in d. c. tuas n 10.

f gloss magna in l. 1. sub finem. Ne fideiussor dotium dentur. Bald. in l si quis in conscribendo. nu. 5. C. de Episcop. & Cleric.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Arreſtatio. Damnorum & intereſſe poſt ſententiam petitio.

1. *Reſtitutio quomodo fieri debeat.*
2. *Arreſtans male iniuriarum tenetur, & ad damna.*
3. *Res iudicata prodeſſe non debet victo.*
4. *Damnorum quæſtio ceſſat lite finita.*
5. *Damna & intereſſe non continentur ſub condemnatione expenſarum litis.*
6. *Damnorum quæſtio liquida non eſt, ſed liquidanda.*
7. *Compenſatio liquidi tantum eſt.*
8. *Reconuentio executionem ſententiæ non remoratur.*
9. *Compenſationis ratione omiſſa in ſententia, an de nouo agi poſſit.*

CONSILIVM XXIV.

IN lite ac cauſa, quæ eſt inter Antoniū van Hoeue, eiuſque litis conſortes, in cauſa principali Actores; ac Nicolaum Diricx Reum, poſt longam diſputationē de iuſtitia arreſti, authoritate Magiſtratus Amſtelredamenſis, inſtantibus dictis Actoribus, præfati Nicolai in ſumma 7000. florenorum creditoribus facti in perſonā dicti Nicolai, ſententiamque de relaxando Reo ſub idonea cautione, & ſiſtendo per dictum Magiſtratum latam, & per Concilium Hollandiæ confirmatam; cauſaque in ampliſſimo Concilio Mechliniēſi pendente, ex communi conſenſu approbatam, noua exoritur, eaque non exigua contentio, in qua Nicolaus Rei magis, quam Actoris partes ſuſtinet; An quia per dictam ſententiam ſine condemnatione Rei, quoad principale debitum, dictum, arreſtum relaxatum eſt, Reus audiri debeat, ſi damna & intereſſe, quæ propter perſonæ, & bonorum arreſtum paſſus eſt, ab Actoribus petere pergat, & petendo contendere, Actores non paruiſſe ſententiæ per Magiſtratum Amſtelredamenſem latæ, quoad plenam relaxationem: & ob non paritionem, recte in Actores conuerſam eſſe arreſtationem; ob id quod non reſtitutis damnis, & intereſſe, non videatur facta relaxatio; & an ea non facta Actores audiri non debeant in petitione ſui principalis debiti?
1 † Probabilitatem aliquam primo aſpectu habere videtur Rei hac in parte intentio; ob id quod ſententia relaxationis arreſti, ſimilis ſit ſententiæ reſtitutionis rei; in qua non tantum ſimplex poſſeſſionis reſtitutio, aut relaxatio continetur, ſed omnis cauſa; hoc eſt damna, & intereſſe ob dilatam reſtitutionem illata[a].
2 † Qui enim arreſtum patitur, propter iniuriam quam ſuſtinet (vnde & iniuriarū actio ei competit aduerſus arreſtantem[b]) ciuilem quoq; actionem habet ad omnia damna, & intereſſe, quæ eo nomine arreſtatus paſſus eſt. Quemadmodum fit, cum quis rem alienam indebite ſequeſtrari ſeu arreſtari facit[a]; aut propter rem, quam quis venalem habebat, litē proprietatis alicui mouet, & inter moras litis, oportunitas vendendi omiſſa eſt: vt ſcilicet eo nomine actio pro indemnitate competat[b]. In quo intereſſe conſtituendo non tantum damni emergentis, verum etiam lucri ceſſantis in homine mercatore ratio habenda eſt[c]. Ita vt cum inter moras huius arreſti, bona in Portugallia, & alibi arreſtata partim deteriora, partim ex tempore, & amiſſa bona oportunitate vendendi viliora effecta ſint, & Reus tempore, quo in carcere arreſtatus ſedit, multum lucri facere potuiſſet, merito videatur illius detrimēti habenda in hac relaxatione ratio, nec Actores omnino dici poſſunt Reum, & res eius relaxaſſe non reſtituta omni cauſa, in qua erant res tempore, quo arreſtum factū fuit. Cæterum re penitius diſcuſſa facile deprehenditur huius petitionis iniuſtitia. Et primum quidem, ne præſuppoſita dicti arreſti iniuſtitia, ad Rei partes animus declinet, dicimus non tantum nullam extare facti arreſti vel nullitatem vel iniuſtitiā, ſed ex aduerſo per ſententiam Magiſtratus Amſtelredamenſis illius iuſtitiam detectā eſſe. Neque enim dicta ſententia aliquam nullitatis, aut iniuſtitiæ prætacti arreſti declarationem facit; ſed præſuppoſita illi validitate ac iuſtitia (prout reuera præſupponi, imo etiam declarari debebat, propter tanti debiti veritatem, ac rei imminentē ex accumulatione plurimorum debitorum, & paulo poſt ſecutam influentiā) decernit tantum relaxationē; idq; adhuc nō abſolute & ſimpliciter, ſed mediante cautione atq; exhibitione regiſtrorū: aduerſus quam cautionem & exhibitionem Reus ſe in lite formaliter oppoſuerat, contendens perpetuo ad declarationem nullitatis & iniuſtitiæ dicti arreſti, quam declarationem nullatenus obtinuit.
3 † Ita vt ex ſententia continente approbationē arreſti, eaq; in parte Reo aduerſante, Re' patroci-

a *l. plus eſt. l. reſtituere. l. vic. de rei vindic. l. vidua mus §. in fructuum de vſuris.*
b *l. ſi mmerie. l. item apud Labeone § ſi quis bona. de iniur. Alex. conſ. 19. viſo proceſſu n. 3. vol. 3. Ioan. Neuiſanus conſil. 52. Omnipotens Deus. Marc. Ant. Natta conſil 450. in cauſa captiuorum n. 8. vol. 2.*

a *l. ſi olivum. de dolo malo.*
b *l. rem quandam de dolo malo.*
c *Alex. d conſ. 19. in fi.*

nium aut occasionem instituēdæ actionis, seu faciendæ petitionis damnorum & interesse, desumere non debeat; cum euidenter iniquum sit ex ea sententia ius, aut actionem proponere, per quam quis condemnatus, aut a petitione, seu petitionis causa reiectus, & contra quem iudicatum fuit[a]. Ex conditionata itaque hac relaxatione, hoc est qua imperatur mediāte cautione, & exhibitione, arresti iustitia comprobatur; ita vt quæ paulo ante pro probabilitate petitionis adducta sunt, plane corruant: quod enim iuste, ac lege permittente fit, nullam pænam meretur[b]; neque relaxatione damnorū aut interesse emendari debet, sed ei imputari qui arresto faciendo occasionem dedit[c]. Hoc est in casu subiecto ipsi Reo, qui per accumulationes debitorum, & fraudationes creditorū in periculum huius arresti se coniecit: sic quod iustitia arresti, quoad arrestātem periculum damnorum, & interesse omnino auertat, & arrestato relinquat: & arrestatus neque de iniuria, neque de damno, aut interesse conqueri possit[d]; præsertim quod Actores ab initio semper, vt demonstrat prima conclusio coram Magistratu Antuerpiensi, ex eorum parte proposita, ad hoc contenderint, vt arrestum permaneret, donec Reus idonee cauisset; cui petitioni sequens sententia accommodata, & conformata est. Cum igitur Actores non teneantur ad aliquorum damnorum aut interesse reparationem, consequens est, dicere eos per simplicem relaxationem personæ, & bonorum, post exhibitionem registrorum, ac dationem fideiussorum per Reum, diu etiam post sententiam dilatā, sententiæ Amstelredamensium plene ex sua parte satisfecisse; neq; iuste eos ob imperfectionem paritionis vlteriore vadimonio, aut pignoratione, seu arresto suarum personarum per decretum Concilij Hollandiæ obstringi. † Quæ omnia certius euidentiusque dicuntur, ob id, quod 4
in prima causa de damnis & interesse, quæ Reus ex hoc arresto se incurrisse contendebat, proposita sit ex parte Rei reconuētio, sed eadem prætacta sententia declaratum, Reum in sua huiusmodi reconuentione fundatum non esse. Sic quod hac in parte Reo refricanti quæstionem damnorum, & interesse, obstet euidenter exceptio rei iudicatæ[e]. Eaque declaratione cessante, cum quæstio damnorum, & interesse proposita fuerit, si illius ratio in sententia habita non esset, nec facta vlla eius mentio, non debeat illius repetitio admitti: quia terminato iudicio principali, damnorum & interesse quæstio non recipitur[f]. Illud autem probabilius quæritur, an quia dicta sententia Amstelredamensium tantum pertinet ad damna & interesse pro tempore, quod dictam sententiam antecessit, non etiam quod sequutum est; in quo aliqua videtur fuisse agentium posterior mora, aut culpa, (ob quam solet periculum interitus, damnorum, & interesse in aduersariū transferri[a]) ex eo, quod Actores dictæ sententiæ Amstelredamensium non acquiescentes, propter defectum plenioris adiudicationis, ad Concilium Hollādiæ prouocauerint; & sic Reum diutius in arresto detinuerint, & præterea in appellationis causa succubuerint. Nam respectu huius secundæ instantiæ, ac sententiæ admitti non debet damnorum & interesse pro posteriore tempore refricatio; ob id quod iustitia arresti semper steterit, neque per vllam sententiam contraria declaratio iniustitiæ, scilicet arresti sequuta sit: sic quod ex perdurante iustitia arresti, damnorum, & interesse, periculum agentes metuere non debuerint. Quod indubitatum est vsque ad tempus, quo Reus ex sua parte dictæ sententiæ primæ plene paruit per idoneæ cautionis, & registrorum plenam exhibitionem, quod longiorem tractum habuit. Sententia etenim relaxatoria sub dicta conditione in fine anni sexagesimi quarti lata est, & exhibitio registrorum primum facta est in Februario anno sexagesimo sexto; nam relaxatio à conditione cautionis & exhibitionis fieri nō debuit, sed perdurauit indubitanter iustitia arresti conditione imperatæ relaxationis non purificata, aut adimpleta[b]: quia scilic. Reus non parendo in mora fuit, quæ moram agentium excludit, cum ex parte Rei prius cautio & exhibitio fieri debuerit, quam ab agentibus relaxatio[c]. † De-
5 inde si dici posset alicuius sequentis temporis moram, aut dilationem in agentibus fuisse (quod non admittitur) hoc quoq; verum est in iudicio appellatorio corā Concilio Hollandiæ pro parte Rei formaliter repetitam esse etiam pro sequenti tempore damnorum & interesse repetitionem, sed tamen tacite reiectam, ob id quod reiecta Actorū appellatione, Actores in solas litis expensas condemnati sunt; sub qua cōdemnatione, cū contineri non possint dāna & interesse, quæ separatā causam à litium expensis habēt[d], non permittit iuris ratio, vt damnorum nomine noua lis excitetur[e]; tunc potissimum cū de damnis & interesse formalis petitio ac disputatio in lite facta fuit. Relinquitur ergo quod Actores sententiæ Magistratus Amstelredamēsis quoad relaxationem plene paruerint, nec Reo occasionē dederint, aut pleniorē paritionem per arrestationem dictorū agentium, aut

a l. euidenter. de except. rei iudic.

b l. Gracchus C. ad leg. Iuliam de adult. c c. Damnū. de regul. iur. lib. 6.

d Ioan. Neuisanus d. consil. 52. Alex. d. cons. 19. Natta d. consil. 430.

e l. si inter me de exceptio. rei iudic.

f l. terminato C. de fruct. & liti. expensis.

a l. illud de periculo & commo. rei vendit.

b l. cum venditor ff de actiom. leg. l. si quis fundum in fin. de contrahenda emptio.

c arg. l. Iulianus §. offerri De actio. empt.

d Rubrica C. de fruct. & litium expens.

e d. l. terminato.

aut ex dilatione paritionis, damnorum aut interesse petitionem aliquam faciendi. † Cui hoc quoque consequens est, ni- 6
hil obstare, quo minus agentes causam principalem resumant, & in ea pergendo ex claris & liquidis obligationibus aduersus Reum agant; imo ad fiduciariã promptamque solutionem ex priuilegio mercantili contendant: quia principalis causa, causam arresti non contingat, nisi pro securitate iudicij; eaque finita siue secundum arrestantem, siue aduersus eum nihil vetet, quo minus arrestans in principali causa progressum faciat, si modo coram quo agitur, partium & causæ Iudex competens est. Neque incidens hæc quæstio damnorum & interesse remoram inijcere debet; primum quia, vt diximus, huic quæstioni hic nullus sit locus; Secundo quia admissa huius petitionis iustitia, inde impedimẽtum causæ principali fieri non debeat: non .n. est præiudicialis causa principali, quia præiudicialis quæstio illa est, sine cuius plena discussione, & executione ad principalem perueniri non potest[a]. At quæstio expensarum damnorũ, & interesse, quæ ex incidenti, ac determinato aliquo articulo exoritur, principali cognitioni præiudicare non debet: potissimum cum incidens, aut præcedens illa quæstio obscuritate aliqua inuoluatur, & liquida per se non sit, sed vt liquidetur maiorem inuestigationem, & altiorem indaginem requirat[b]. † Pendente itaque 7
illiquida quæstione hac damnorum & interesse, nihil vetat quo minus agentes liquidam debiti sui petitionem, prouisionalemque solutionem proponant, & vrgeant ad sententiam, tantum astricti ad satisdationem pro illiquida illa causa damnorum[c], vel pro restitutione eius, quod prouisionaliter solutum erit, si resoluta prouisione imposterum iudicabitur Reum debitorem non fuisse; vt in prouisionali iudicio fieri solet[d]. Ex quibus etiam conuincitur quod proposita hac principalis Rei ac causæ petitione, Reus vel compensatione vel reconuentione propter dicta damna & interesse promptam hanc fiduciariam solutionem non possit euadere. De compensatione dubitatio non est, quia omnino admitti non debeat, cum illa non sit, nisi de liquido ad liquidum[e]; quod hic nullo modo dici potest in tanta & iuris & facti perplexitate. Iuris quidem an videlicet agentes teneantur ex prædictis causis ad alicuius damni, aut interesse refusionem (de quo supra diximus agentes non teneri) facti vero quod quanti Rei interfuerit probatum non sit, & in interesse petitione cum in facto consistat, incertum semper vsque ad probationem
8 versetur[a]. † De reconuentione perinde dubium non est: nam etiam si reconuentio perinde de illiquido, vt de liquido proponi possit, non impedit tamen conuentionalis causæ executionem, si de illa statim, & in limine iudicij constat[b]. Vnde receptum est, quod quamuis etiam in causis summarijs, & prouisionalibus admittatur reconuentio, tamen differenda non sit executio causæ summariæ & liquidæ[c] propter reconuentionem, eius præsertim quod intricatum est, ac nisi longiore & exactiore probatione liquidari non potest, tam quoad causam petitionis reconuentionalis, quam præsupposita causæ veritate quantitatis illius. Non enim hic tantum quæritur de modo damnorum, sed etiam, ac potissimum, an ad eorum præstationẽ Actores obligati sint; ex eo quod per arrestum agentium, vel res arrestatæ debiliores aut viliores effectæ sint; vel nomina debitorum Rei propter dilatam eorum exactionem per hanc arrestationem, & arrestationis protractionem deteriora reddita sint; cum eorum condemnatio vel præstatio neque ex verbis, neque ex mente sententiæ Magistratus Antuerpiẽsis vel Concilij Hollandiæ contineatur; & eorum præstatio arrestanti nunquam incumbat, nisi cum vel nulliter, vel sine causa aut ex iniusta causa arrestatio facta deprehenditur[d]; Idque adhuc non nisi positione, ac disputatione damnorum in lite & quæstione iustitiæ arresti specialiter ac formaliter proposita, per sequentem sententiam arrestans in damnis & interesse propter nullum, vel iniustum arrestũ condemnatur; omniumq; minime vbi proposita per arrestatum reconuentione propter damna & interesse Actor à reconuẽtione
9 Rei absoluitur; vt hic euenit † Alia quippe est ratio compensationis, cuius ratione si Iudex in condemnando Reum non habeat, integra manet eius, quod in compensationem deductum erat positio etiã post rem iudicatam[e]: alia reconuentionis, in qua si Iudex reconuentum conuento condemnato non condemnet, perimitur reconuentio, si non appelletur[f]. Et in vtroque tam in compensatione, quam in reconuentione expressa reiectio, seu reprobatio compensationis aut reconuentionis, petitionem illius quod in compensationẽ vel reconuentionem deductum est, tollit; sic vt illius refricatio amplius non admittatur[g]. Quare in eo consistimus damnorum, & interesse petitionem, quam Reus vrget, nullo iure subsistere; nec ex ea agentium petitioni de liquido debito impedimentum posse facere.

a Bart. in l. Fundum de excettio [?] sui præscriptio.

b l. Statuliber ratione de statu. libera.

c d. l. Statuliber.

d l. postquam § 1 vers. si cauerit vt l. gat. non mir caueat l. 1 di carione. edict.

e l. vlt. C. de compensatio.

a l. vlt. de prætor. stipul. l. quatenus de reg. iur. §. vlt. instit. de verb. oblig.

b l. damni §. non solum de damn. inf. cl.

c Bart. in Auth. & consequ. inter nu. 13 C. de sen. t. ne. & interlo. u. om. iudic.

d d. l. si oleũ. d. l. rem quandam. Alex. Neusianus & Natta locis supra citatis.

e l. Quod in diem §. 1. de compensatio.

f l. 1. §. si a; u. ff. Quæ sentent. sine appell. rescinduntur.

g d. l. quod in diem §. 1 de compensatio.

SVMMARIVM.

Arrestatio iniuste facta.

1. *Arrestans iniuste iniuriarum tenetur.*
2. *Iniuriæ plurium plures actiones pariunt.*
3. *Arrestans iniuste ad interesse tenetur.*
4. *Mercator lucri amissi rationem habere potest.*
5. *Iuramento in litem locus est propter delictum Aduersarij.*

CONSILIVM XXV.

Titius in Franciam ad Regem profecturus in itinere in quodam oppido ad instantiam Sempronij arrestatur, eoque arresto facto, paulo post nouo arresto grauat eum Meuius: Super priore arresto diu processum non est, resolutumque illud est Titij & Sempronij voluntate, seu potius taciturnitate; in causa posterioris arresti iudicialiter processum est, & tandem sententia definitiua declaratum, quod huiusmodi arrestum male factum esset. Quæritur itaque quæ actio, & ad quid competat
Titio aduersus Meuium? † Certum est 1
Titio ex huiusmodi iniusto, & temerario arresto aduersus Meuium natam esse actionem iniuriarum. Iniuriarum enim actione tenetur, qui absentis alicuius domum claudi, vel obsignari facit, prætextu falsi alicuius debiti [a]. Item qui bona alicuius, vel rem vnam per iniuriam occupauerit [b]; aut pignus aliquod proscripserit; vel venditioni exposuerit sub nomine eius qui debitor non est [c]: imo quod magis est qui non debitorem quasi debitorem appellauerit [d]; multo magis si quis personam alicuius sub colore debiti, quod non est, apprehendi, aut retineri curauerit [e]. Ita vt cum huiusmodi arrestum non expediatur sine captura & apprehensione personæ, quam nemo nisi datis fideiussoribus, de stando iuri, & iudicato soluendo pro obtinente nunc passim consuetudine euitare potest, non possit non continere iniuriam, si arresti causa iusta non est [f]; perstringit enim aliquo modo famam arrestati [g]. Cum ergo ipsa res per se contineat iniuriam deficiente iustitia arresti, consequens quoq; est animum iniuriandi in eo præsumi, qui destitutus iustitia causæ, temere ad arrestum prosilijt, eoque ipso quod in exitu causæ deprehendatur nullam fuisse causam arrestandi; præsumitur quoque Meuium id alio consilio non fecisse, quam vt Titio iniuriaretur, & inceptum eius iter in-
terrumperet. † Quam iniuriantis animi 2
præsumptionem non auertit præcedens Sempronij arrestum: nam nihil vetat à pluribus diuerso tempore vni easdem, aut similes iniurias fieri; nec tamen sequens per priorem excusatur, sed quot sunt personæ, quotue actus, tot sunt iniuriæ, totidemque iniuriarum actiones: quarum altera alteram non tollit, solutione vel remissione vnius, quia singularum pro-
3 prium est maleficium [a]. † Porro ex hac iniuriarum actione Titius consequi debet non tantum ipsius iniuriæ (si id velit) aliquam condemnationem in pecunia, vel etiam aliam honorabilem emendam (potest enim ciuiliter, & criminaliter agi iniuriarum nomine [b]) verum etiam omnia damna, & interesse, quæ eo nomine passus est. Ita enim seruatur cum quis indebite rem alienam sequestrari seu arrestari facit [c]; aut propter rem quam quis venalem habebat, aliquis litem proprietatis moueat; & inter moras litis oportunitas vendendi amissa est: vt scilicet eo nomine actio pro indemnitate competat [d]; multo
4 magis ob personam detentam indebite. †
In quo interesse constituendo, si Titius mercator quoque est, ratio habebitur, non tantum damni emergentis, verum etiam lucri cessantis. Mercatoribus enim propter pericula quæ subeunt, & reipublicæ vtilitatem [e], etiam in lucro captando pin-
5 guius subueniendum est [f]. † Damnum
itaque quod Titius ob impeditum eius iter sustinuit; atque item interesse illius, in quo lucrum facere poterat, in hanc actionem veniet. Et cum huius actionis causa ex delicto Meuij originem habeat, consequens quoque est Titium admittendum ad iuramentum in litem. Quoties enim de delicto constat, & incidit difficultas probationis circa damna & interesse, statur iuramento delictum passi [g], salua iudicis taxatione & moderatione; quod Iudex faciet pro qualitate & conditione Titij, & verosimilitudine causæ, ac circumstantiarum [h]. Et quamuis Titius prius per Sempronium arrestatus fuerit, tamen quia illius arresti nulla fuit persecutio, in considerationem venire non debet. Et vt similiter perdurasset, ac in illo diutius perseuerasset Sempronius, diligentiamque persecutionis fecisset, a qua tandem destitisset, nihil excusaret, aut subleua-
ret

a l. Si iniuria. de iniurijs.
b l. item apud Labeonem §. si quis bona de iniur.
c d. l. item apud Labeonem. §. item si quis pign.
d d. l. item apud Labeonem. §. si quis non debitorem l. si creditor eod. tit.
e l. si vero. §. fin. qui satisd. cog. l. si creditores in fin ff. de priuileg. credito. Alex. consil. 19. viso processu nu. 3 vol. 7.
f Ioan. Nenizza cons. 53. Omnipotens Deus adsit.
g l. 3 § tutores de suspect. tutor. Nata cons. 430. in causa captur. nu. 8. vol. 2.

a l. si plures. de iniur. l. ita vulneratum in fin. ad leg. Aquil. l. si familia de iurisdict. om. iud. l. si per alium in fin. ne quis eum qui in ius vocat. est.
b l. vlt. de priuat. delict.
c l. si oleum. de dolo.
d l. rem quæ. dam. de dolo
e Alex. d. cons. 19. in fi.
f Bart. in l. 3. §. vlt de eo, quod cert. loc. Decius consil. 116. in causa Aluisij.
g l. si quando. C. vnde vi. l. si per alium § 1. iuncta gloss. §. vlt. ibidem in verb. hoc indictum. Ne quis eum qui in ius vocat.
h § pœnam autem iniuriarum & ibi gloss. instit. de iniur. DD. in l. iniuriarum actio ff. eod. Ioan. Bapt. ploetus in d. l. si per alium. & in d. l. si quando.

ret Meuium ex eo tempore, quo secundum arrestum accessit. Nam vti diximus cuiusque proprium hic delictum est, eiusq; pœnam in solidum quisque præstat[a].

a d l. si per alium. § vlt.

SVMMARIVM.

Termini ad agendum lapsus.

CONSILIVM XXVI.

IN plura capita diffunditur causa, quæ in amplissimo Concilio Brabantiæ agitur, inter AEgidium P. maritum domicellæ Vrsulæ viduæ quondam M. Christiani VV. Impetrantem; & M. Cornelium VV. aliosque eius consortes Opponentes in materia nullitatis, & restitutionis integri. Primum quoad consensum, quem Vrsula dicto M. Christiano testanti præstitit; Secundo per approbationem testamenti per eandem Vrsulam mortuo Magistro Christiano factam; Et vt omnia incidentia incurrentiaq; capita ordine tractentur, separatio eorum facienda est. Et primo quidem inquirendum, An ne præfatæ Vrsulæ via iudicij fuerit præclusa, & actione sua ante ingressum huius litis ceciderit? Secundo præsupposita perdurante facultate agendi, an recte contendat ad nullitatem præstiti consensus, aut approbationis? Tertio cessante nullitatis articulo, an in petita restitutione fundata sit dicta domicella Vrsula; primum quoad rescissionem adhibiti consensus, secundo quoad subsecutam approbationem testamenti? Quibus capitibus continentur omnia, quæcunque in hac causa vel controuersa sunt, vel allegantur.
1 † In primo capite seu articulo, in quo latet vis abrumpendi, & auertendi à limine, ac ingressu iudicij (qui enim vel actionem non habuit, vel si habuit tem-

pore, aut alias ab ea excidit, aut seclusus est, inepte agere dicitur a) hoc domicellæ, Vrsulæ agenti vehementissime obstat, quod cum vrgentibus Opponentibus, & ad diffamatorium iuris remediũ seu purgam b ciuilem confugientibus, Impetranti statutus sit terminus, intra quem suas actiones aduersus Opponentes proponat, eas durante termino plene ac perfecte non proposuerit, sed eo lapso Opponentes citari fecerit. † Terminus enim ab homi- 2
ne, hoc est, Iudice præscriptus perinde arctat, vt is qui à lege, vel statuto præstituitur c: atque ideo vt actione cadit, qui illam intra tempora à iure præfinita d, non proponit, ita quoque qui præcipiente Iudice intra terminum præscriptum non accusat, vel agit post lapsum terminum e, non auditur. Vt alias quoque litis damno afficitur, qui Iudici mandanti ac præcipienti non obtemperat f: † quasi lapsus 3
termini præscripti inducat actionis renũtiationem, seu remissionem g, quæ impedit reditum, ac regressum ad amissam, seu remissam actionem h. Idque siue maiori siue minori tempus ad agendum per Iudicem præscribatur; † quia vt inquit Bal- 4
dus i, in temporibus irremediabiliter currentibus, minoribus non succurritur. Ita vt in proposito parum curandum sit, an domicella Vrsula sit minor, aut maior annis. Et si distinctio aliqua ætatis esset, ea tamen concluderetur in facultate petendæ restitutionis aduersum huiusmodi statuti termini lapsum; quam petitionem Vrsula in hac causa non fecit. † Et quamuis 5
sint qui hanc præcisam actionis exclusionem ex solius termini lapsu non admittant, nisi quoque accusata diffamantis contumacia per sententiam declaretur, quod actione ceciderit, vel per Iudicem ei imponatur silentium k; quasi ante accusatam contumaciam, & impositum silentium pro conseruanda actione purgationi locus sit l: Admittunt tamen cum in citatorio, seu præcepto Iudicis adijcitur expressẽm cõminatio, vt si intra terminum præscriptum actio non proponatur, eo lapso non audietur. Hoc enim casu existimant declaratoria Iudicis sententia opus non esse m; nã hæc comminatio trahit secum executionem; Et ita quidem vt Salicetus existimauerit n, post lapsum huiusmodi termini, cum hac interminatione, Iudicem non posse vlterius alium terminum constituere; quasi officio suo functus sit. Vnde quia literæ purgæ ciuilis per Opponentes impetratæ, ac dictæ Vrsulæ intimatæ, hanc

a Lemmes l. sicut C de præscript. 30. vel 40 anno. Bart. in l. vlt. ff pro suo.
b l. diffamari. C de ingen. manumiss.
c l. clementis. quamdiu de appell. l. si eo C. Qui accusare nõ poss. c. oblata. de appell. Innocent. in c. ex ratione eod. tit.
d l. ob commissa. C. de ædil. ed. l. si maritus. §. hac in marito ff eod. l. cum proponas C de ædil. ed. aitio. l. quod si nolit §. si quid ita. ff de ædil. ed.
e d. l. si ea. d. l. diffamari. Bart. in l. mancipiorum ff de opt. legata.
f l. contumacia. de re iud. gloss. d. l. diffamari.
g Bald. in sua praxi. in qu. circa appellationem qu. 3. nu. 3. per l. fin. C. de his qui à non do. l. quamdiu. 3 de acquir. hæredit.
h l. quæritur. §. si venditor. de ædil. edict.
i In l. auxilium nu. 2. de minor.
k Sali. in d. l. si ea Angel. & Ioan. de Imola in d. l. quamdiu. Boerius decis. 255.
l l. Si ita quis §. Seia de verbor. oblig. l. & si post tres ff si quis cautio.
m Bart. in d. l. mancipiorum. & in l. 2. C. de edẽn Bald & Saly. in l. 1 C commina. epistol. epigrammata Felin in c. penul. de iudic. & in c. accepimus. de fid. instru.
n in d. l. si ea.

interminationem insertam habent, exclusa dici debet ab hac actione, tam rescindente, quam rescissoria: præsertim in huius amplissimi Concilij præcepto continente præfinitionem huiusmodi termini a. Nam licet in inferioribus Iudicibus seu Magistratibus quidam aduersus prædictam communem opinionem existimẽt, declaratoria sententia, aut saltem dũplicata admonitione Iudicis opus esse post lapsum terminum ad proponendam actionem præscriptum, si res adhuc est integra; dubitandum tamen non videtur, quia vis exclusionis ex huiusmodi interminatione in præcepto seu citatorio inserta, per so-
6 lius termini lapsum constituenda sit; † cum hoc præceptum sit à Principe, qui superiorem non recognoscit (vt est Dux Brabantiæ) vel eius supremo Concilio, quod vice Principis iudicat b, & cuius præcepta seu sententiæ perinde habentur
7 ac si à Principe facta essent c † propter summam Principis, eorumque qui eum repræsentant, authoritatem, qua in decernendo, statuendo, & iudicando vtuntur, quæ nullis formularum angustijs, nec iudiciario ordini, ac formæ astringuntur d. Vt de Cameræ Imperialis iudicio in hoc articulo scribit Bartholomæus Blarerius e; & summam rationem habet. Si enim terminus à lege vel statuto præscriptus continet præcisam vim exclusionis, & quidem ipso iure, non requisita aliqua declaratoria sententia Iudicis, aut accusatione contumaciæ (quod indubitatum est f) æquum quoque est eandem tribui termino præscripto à Principe, seu eius vices sustinente; cum Princeps sit lex animata in
8 terris g. † Ad excusationem autem Vrsulæ parum facit, quod intra terminum præscriptum, citationis decretum, ac literas aduersus Opponentes impetrauerit, & intra paucos admodũ dies post lapsum, citationis huiusmodi executionem fieri procurauerit: nam sola citationis impetratio nõ prodest ad perpetuitatem actionis, sed impetratæ citationis executio in partem realiter facta. Quin imo nec citatio ipsa, & citationis executio sufficere videtur, nisi Actor præterea durante termino in iudicio compareat, & actionem suã proponat i. Terminus enim qui diffamanti proponitur non ad citãdum tantum est, sed ad agendum seu actionem proponendum; ita vt propter iuris præcisam exclusionem, mora modici temporis hic nocere debeat: cum in facultate Actoris sit, quando agat k; sibique ob id imputare debeat, quod tam sero actionem proposuerit, quam citius proponere poterat, & debebat l: licet tantilli temporis mora Reo, cui

a Felin in c. ceterum. nu. 2. de iudic. Ang. in d. l. quamdiu. 3. nu. 3. Angel in §. si minus nu 12 vers. secundo vero casu. Instit. de actio. Bald in authen. ad hæc in pen. quæst. C. de vsur. Nota in Clem. sæpe columna 33. de verb. sign.
b l. 1. C. de offic. Præfecti Prætor.
c l. aduersus. C si aduersus rem iudic.
d Bart. in l. Æmilius in fin. de minor. Bald in l. 2. C. sen. rescin. non poss.
e Ad d. l. diffamari cap. 8. nu 45.
f d. l. ob commissa. d. §. si quid ita.
g In Auth. de consul. in fin. col. 4.
h l. Sicut vers. nec sufficiat C de præscript. 30 vel 40. annorum.
i l. & post edictum §. r. de iudic.
k l. qui in alterius. de reg. iuris.
l l. 2 §. si quis tamen ff. Si quis caut.

cui

cui magis fauetur, rebus omnibus integris, quin moram purgare possit, tam stricte non noceat [a]. Denique vt propter exiguum temporis interuallum, quo post lapsum terminum in ius vocati sunt Opponentes, admittatur petitio restitutionis in integrum aduersus consensum præstitum: nulla tamen subest ratio, cur etiam admitti debeat sequens petitio restitutionis aduersus latiorem approbationem testamenti, quæ non tantum non fuit proposita intra terminum præscriptum, nec breui tempore post, sed lapsis exinde mensibus fere decem; vt licet videre ex data petitæ huiusmodi posterioris restitutionis, quæ priore non continetur, nec illius pars est, sed per se sola, ac separata à priore stat. Quibus rationibus cum in aditu retundatur, vel saltem in angustum redigatur, partis Impetrantis agendi, vel petendæ restitutionis facultas, nullus vel saltem minor in progressu debet esse propositæ actionis fauor; concurrẽte propositæ nullitatis petitarum restitutionum iniustitia, vel improbabilitate, de qua nunc agetur.

9 † Et quidem de nullitate præstiti consensus, aut factæ approbationis parum laborandum est: quæ aduersus consensum præstitum, non perinde aduersus approbationem obijcitur; nam consensus adhibitionem pars Impetrans non nullitati, sed restitutioni in integrum subijcit; id non factura, si vera hic esset nullitas; quæ cessante hac Impetrantis declaratione [b], in neutro articulo, vel præstiti consensus, vel approbationis deprehendi potest. Quin enim vxor marito de re sua, & multo magis de re, quæ vel eius propria, vel ei, & vxori communis est, testanti, vel alienanti consensum adhibere possit [c], vt quiuis alius dubitationem non habet [d]. Vt nec illud, quod testamentum mariti etiam in eius præiudicium factum approbare possit; præsertim quod testamentaria dispositio reciproca sit, & paritatem relictorum ac emolumentorum contineat, etiam in casu quo Vrsula marito præmoreretur.

10 † Ita vt propter huiusmodi vicissitudinem, paritatem, æqualitatem, & reciprocationem, nullitas aliqua ex capite donationis inter virum & vxorem prohibitæ, præsertim eo qui donationem excepit, præmoriente [e], constitui nequeat [f]; potissimum propter incertitudinem futuri euentus, quæ tempore testamenti stabat, cum ignoraretur quis prior vita decederet [g].

11 † Quãuis donationis inter virum & vxorem cõsideratio hîc proprie non cadat; neque enim vxor consentiendo quicquam donat marito, sed marito donanti, seu potius alij relinquenti consentit [h]; in quo nulla est

a *l. etsi post tres ff. si quis cautio.*
b *l. in causa 2. d. minor.*
c *Bart. in l. cum quis decedens de legat 3. Ias in l. si fundum per fideicommiss de legat. 1. & in l. cũ alienam. C. de legat. Bald in l. Senium C. qui testamẽtum facere possint.*
d *l. distrahẽtu in princ. C. de rebus alienis non alienan. Nicola. Euerard. Præses consil. 60. vt vobis venerabilibus.*
e *l. etiam. l. marito. C. de donatio. inter vir. & vxor.*
f *l. quod autẽ §. si vir & vxor. de donatio. inter vir. & vxor.*
g *l. de fideicommiss C. de transact. d. §. si vir. Socinus Nepos consil. 80. vol. 2.*
h *eleganter in terminis Præses d. cons. 60.*

legis prohibitio, nisi maritus ei donet, cui vxor propter matrimonium donare non posset: velut filio mariti; fratri mariti, in eadem patria potestate cum marito existenti. Quod in proposito casu dici non potest; quia M. Christianus nihil reliquit eis, qui vel in potestate ipsius sunt; vel cum eo in eadem potestate degunt: cum sui iuris fuerit, ac liberis caruerit. Nec etiam dici proprie potest quicquam M. Christiano sic donatum, quod ipse vlterius reliquerit: nam nihil proprie vel ficte acquiritur marito, cui consensus adhibetur, neque ex re, neque ex pretio rei: sic vt non tam M. Christianus legando, quam Vrsula consentiendo donare videatur, quibus M. Christianus testamento reliquit [a]. Ita quod ex præmissis satis euidenter constet, nullam esse huius consensus nullitatem respectu prohibitæ donationis inter coniuges, quæ tamen hodiernis moribus non perinde vbique seruatur.

12 † Sed nec in metu seu reuerentia mariti, nullitatis fundamentum aliquod constituendum est; tum quod quæ metu, vel reuerentia fiunt, ipso iure nulla non sint, sed per restitutionem rescindi possint [b]; tum quod neque metus, neque reuerentia maritalis, occasionem huic consensui, & multo minus post mortem mariti, sequutæ approbationi dederit; vt in sequenti capite dicetur.

13 † Reiecto nullitatis articulo, ad sequentem de petita restitutione in integrum progrediamur; quam pars Impetrans generaliter fundat tam quoad priorem, quam quoad posteriorem in minori ætate. Fragile enim & infirmum cũ sit huius ætatis consilium, multorumque captionibus ac insidijs expositum [c], per integri restitutionem huius ætatis hominibus, & magis fœminis succurrendum est, quoties se circumuentos, aut læsos docent [d], ex quocunque negotio qualitercunque gesto [e], etiam si tantum de omisso lucro agatur [f].

14 † Sed impetrationem huius restitutionis petenti incumbit, non tantum probare se circumuentum, seu læsum esse; sed etiam & primum quidem se minorem 25. annis fuisse: Non enim creditur alleganti minorem ætatem, cum intentionis suæ fundamentum in ea constituit, neque pro illa etiam ex aspectu corporis præsumitur [g], sed liquido probari debet [h]. Vnde in conditione obtinendæ huius restitutionis lex duo ponit, si minor sit, & se circumuentum doceat [i]; præsertim ob id, vt ait Baldus [k], quia agit contra ius commune. Cum itaque Impetrans non probauerit minorem ætatem præfatæ Vrsulæ tam quoad tempus præstiti consensus, quam quoad subsequutam testa-

a *Castrens. in l. mortis causa capitur De donatio mortis causa. Ias. de imol. in l. 2. § si vero. in princ. de donat. Roderic Suarez ad l. quoniam in prioribus, limita. 3. nu. 15. C. de inoff. test.*
b *l. si mulier. §. si metu. l. non est verosimile § si iuste de eo quod metus causa.*
c *l. 1 in princip. de mino. l. aut Prætor, §. non solum ff de minor.*
d *d. l. ait Prætor in princ.*
e *l. 3. §. & si heres. l. aut Prætor §. non solum & §. vlt. de minor. Bald in l. pupillorum. C. de repud. her. di.*
f *Arg. l. fin. C. Quando tut. vel cura. esse desin.*
g *l. si minorẽ C. de restitu. in integ. l. intra vtile. de minor. l. nam postea § si minor. de iureiur.*
h *d. §. non solum vers. mihi autem*
k *conf. 66. factum tale est. num. 6. vol. 3.*

testamenti approbationem, & per Opponentem constanter negata sit, minoris ætatis allegatio, non potest vllo modo fieri, vt in hoc rerum seu huius processus statu Impetrans petitam restitutionem obtineat: deficiente scilicet primo ac præcipuo obtinendi fundamento. † Præsup- 15
posita quoque probatione minoris ætatis, nihilo magis indubitanter procedere videtur restitutionis integri petitio: ob id quod Impetrans alleget, Vrsulam præstiti consensus tempore fuisse minorem octodecim annis. Præsupposita enim huius allegationis veritate, adiuncta quoque pro parte Opponente allegata ac probata consuetudine seu statuto oppidi Louaniensis, qui est locus matrimonij, præstiti consensus, domus mortuariæ, & factæ approbationis, quod quicunque matrimonium contraxerunt tam mares, quam fœminæ, pro maioribus reputentur, eoque loco sint quoad quæcunque negotia, & contractus, quo sunt, qui viginti quinque annis nati sunt; consequitur quod beneficio restitutionis gaudere non debeat aduersus illa quæ post contractum matrimonium gessit. Minoribus enim conceditur hoc beneficium, non maioribus; minoris ætatis finem, ac maioris ætatis initium faciente matrimonio. licet enim iure communi matrimonium nihil faciat ad consequendam liberiorem potestatem agendi vel contrahendi his, qui intra legitimam ætatem adhuc constituti sunt [a]: consuetudine tamen ea in parte derogatum est, & anticipata maioris ætatis supputatio. † Quæ 16
consuetudo cum rationabilis sit, iuri scripto præferenda est [b]. etsi enim irrationabile videri posset statutum vel consuetudo, habilitans personam minorem septendecim annis; quia non tantum iuri communi aduersetur, & rationi iuri communi annexæ [c], sed etiam rationi naturali, propter iudicij imperfectioné maiorem, quæ est ante illam ætatem; quia tamen post illam, iudicij vigor perficitur, non repugnat rationi, si à commentitia, ac positiua iuris dispositione recedatur, & post excessum præsertim decimi octaui anni, initiũ maioris ætatis constituatur; quia, vt ait Iustinianus, propria sui iudicij stabilitas eos adiuuare potest [d]. † Nec in contra- 17
rium vrget, quod ex Glossa, & ex Baldo [f], plerique existiment, hanc anticipatam, ac repræsentatam maiorem ætatem ex consuetudine, vel statuto non impedire, quo minus restitutio integri competat, si ante exactum vigesimum quintum annum contrahendo, aut agendo [f], quis lædatur; quasi aliud sit maiorem esse, aliud pro maiore reputari, ac haberi [g]; vt veritas non fictio restitutionis integri beneficium excludat: nam controuersiam patitur hæc Baldi opinio, & ab ea recedit Franciscus Aretinus [a]; dicens ea quæ in maioribus inducta sunt, locum habere in minoribus, simulatque locum maiorum ingrediuntur: confirmans id authoritate Baldi [b], qui sui immemor aperte ex decisione Iacobi de Beluiso hoc casu denegat restitutionem in integrum. Quod idem ab alijs quoq; comprobatur, & in Cancellaria regni Franciæ ita seruari, & minoribus vxoratis literas rescissorias contractuum non concedi traditur [c]. Sed vt Baldum à contrarietate eximamus, sequenda est distinctio, quæ ab eo alio loco traditur [d], quod plurimum interfit an consuetudo, vel statutum positiue ac formaliter disponat super ætate; an vero minorem ætatem limitet; an denique permittat minori ius contractus nihil vlterius disponendo: ita vt quamuis hoc postremo tertio casu, quo maiori octodecim annis permittitur ius contractus, nihil vlterius disponendo, vis statuti tantum sit, vt ipso iure contractus valeat, etiam eo casu, quo iure communi contractus esset nullus, vt in alienatione rei immobilis: & sic non excludatur restitutio in integrum aduersus hunc contractum: duobus tamen prioribus casibus dicit restitutioni locum non esse; vt statuti, seu consuetudinis, & iuris ciuilis eadem sit potestas: hoc est, vt quod ius ciuile statuit in maiore viginti quinque annis; statutum quoque retineat in eo, qui per matrimonium maior reputatur: Cum igitur Louaniense statutum positiue, & formaliter faciat vtrumque; hoc est disponat super ætate, & præterea minorem ætatem limitet, vlteriusque ius contractus permittat, nulla est ratio, cur in concursu horum trium restitutionis integri beneficium permittatur. Potissimum accedente quarto; videlicet quod prætactum statutum non tantum limitet ætatem, sed præterea ipsum contractum per coniugatum celebratum affirmet, seu confirmet: per quam affirmationem, & ætatis limitationem tradit idẽ Baldus [e], restitutionis beneficium excludi. In hanc enim sententiam conceptum est dictum statutum, quod omnes qui ad contractum matrimonij peruenerunt, siue mares, siue fœminæ, reputentur, quasi ad vicesimum quintum ætatis annum peruenissent, possintque omnia valide facere, quæ viginti quinque annis maiores. Relinquitur ergo, quod siue dicatur quod præfata Vrsula sit minor viginti quinque annis, quod non probatum non præsumi diximus; siue maior viginti quinque annis, ad petitum beneficium restitutionis in hac

a l. 2. de mi l. de his. C. de administ. a. tutor.
b l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuetud.
c c. Cum venissent de eo qui mit. in poss. Anto de Butrio in repetit. c. fin. nu. 14. de consuetud.
d §. fin. inst. quibus ex caus. manu. non licet.
e in l. unica C. Si de momẽt. poss. fuerit appel. & in l. exigendi C. de procurato.
f Ludouicus Romanus cons. 90. viso themate.
g Bart. in l. si maritus § legis Iuliæ. ad leg. Iul. de adult. Bald. in l. siue possidetis nu. 2. C. de probationib.

a In l. si quis maior. in princip. C. de transact.
b In l. cum lege de recept. arbitrio.
c in addito ad Boerium in consuetud. Bituricens. tit. des costumes & vsages des droicts de l'estat des personnes §. 2.
d in auth. Si captiui C. de Episc. & Cleric.
e in d. l. cum lege de recepto arbit.

in hac causa admitti non debeat: quia posteriore casu omnia iura id ei negãt; priore admittit id prætacti statuti, seu consuetudinis potestas. Sic quod hic consistere, pedemq; figere ab vlteriore inuestigatione ac deductione iustitiæ, quæ pro Opponẽtibus stat, abstinere liceret; sed vt illustrior clariorq; sit obtinendi spes, & animos amplissimorum Dominorum ad partes Opponentium perducendi occasio, vlterius in petitæ restitutionis capita, ac materiã inquiremus; præsupposito non tamen concesso, quod ex ætate ac matrimonio Vrsulæ nihil obsit, quod restitutionem integri impedire possit. Quoniam vero non eandem per omnia rationem habent petitio restitutionis aduersus consensum, & illa quæ proponitur aduersus approbationem, seorsim vtraque distinctis capitibus tractanda sunt. Et quidem quod attinet ad priorem, hoc ante omnia, & præcipue ad illius exclusionem proferimus, quod hæc petitio restitutiois restricta sit ad illum consensum, quem Vrsula M. Christiano testanti accommodauit: ita vt cum restitutio stricte tantum pertineat ad illud, aduersus quod petitur, nec ad alios casus, aliaq; negotia aut contractus extendatur; hæc prædicto consensui accõmodata concedi non debeat. † Neq; enim peti aut cõ- 18
cedi debet quod concessum aut obtentum petenti nullam vtilitatem allaturum est[a]. Vnde cum restitutio integri aduersus hũc consensum obtenta, nihil operaretur, propterea quod per alium præcedentem contractum inter M. Christianum, & domicellam Vrsulam vno fere anno ante dictũ testamentum conuenerit super reuocatione contractus antenuptialis, & dohario domicellæ Vrsulæ vt testamento cautum est, nihil prodesse potest impetrata aduersus testamentum, seu testamento adhibitum consensum restitutio. † Cum enim 19
duo in aliqua re concurrunt impedimenta, sublato vno tantum manet vis impediendi in altero[b]; Quoniam igitur sic adhibitus domicellæ Vrsulæ consensus præcedenti conuentioni, & obligationi fuit conformis, idemq; ex maxima parte continet, quod præcedens conuentio, ad cuius obseruationem iure obligationis tenebatur; nulla est restitutionis occasio, nec obtinendæ restitutionis vtilitas. Quod autem prior petitio restitutionis restricta sit ad consensum testanti adhibitum, & nõ ad præcedentem conuentionem, demonstrat aperte tenor literarum patentium petitæ restitutionis prioris, quæ solius testamenti mentionem faciunt, & minime dictæ conuentionis. Demonstrat illud quoq; ætatis allegatio, seu mentio in ijsdem literis, ac scriptura Impetrantis facta; qua parte dicitur Vrsula tunc fuisse 19. annorum; allegando quod tempore contractus antenuptialis intra 16. & 17. annũ fuerit. Sic quod medio tempore, & præsertim vno anno acta ante dictum testamentum, ad petitam restitutionem referri non possint: ideoq; nihil facit quod contrahentes huiusmodi antecedentẽ conuentionem declarat velle valere, etiam iure testamenti, & codicillorum; quia ad illam non respexit Vrsula in impetratione suæ petitionis restitutionis in integrum; & adiectio huiusmodi verborum superuacanea
20 ac inutilis est; † quia actus quilibet nomẽ accipere ac iudicari debet ex veritate rei, quæ agitur, non ex diuersis nominibus, quibus inepte appellatur: cum superflua non noceat, nec abundans cautela[a]. Vnde manifestum esse putam[us] petitionem restitutionis aduersus adhibitũ consensum plane improbabilem, ac nullo iure fundatam esse, etiamsi Vrsula propter adhibitũ consensum minus consequatur, diminutionẽque conuentionalis Doharij patiatur, ac mobilia bona amittat: quia huiusmodi cõsensum non tam sponte, quam necessitate præcedentis conuentionis, aduersus quã nulla restitutio integri petita est, præstitit. Ita vt propter necessitatem antecedentẽ, cesset restitutionis beneficiũ aduersus se-
21 quentem ex eo actũ[b]. † Quin autẽ stante matrimonio contractus antenuptialis cõmuni voluntate coniugũ mutari ac transformari potuerit, iustam dubitationẽ non habet: præsertim quando mutatio pactorũ non concernit diminutionem dotis, quã mulier contulit[c]. Quod in proposito dici non potest, quia mutatio pactorũ concernit tantum lucra, de quibus vtrimq; in ca-
22 sum mortis alterutrius conuenerat. † Deinde cum hic præstitus cõsensus durauerit vsq; ad mortem mariti, reuocandi illius nulla est potestas: quia (vti superius obiter dictum est) ligat & constringit irreuocabiliter; sic vt per coniugem superstitem reuocari non possit[d]. Quamuis enim marito & vxore, vt alijs quibuscunq;[e], in vna charta coniunctim testantibus, altero præmortuo, superstes pro sua parte reuocare possit[f], non potest tamen idem superstes consensum coniugi testanti præstitum reuocare: Quod quoniam latissime, ac luculentissimis rationibus per D. Nicolaum Euerhardi, Præsidem in ijsdem terminis deductum est[g], & in hoc ampliss. Concilio aliquando ita iudicatum esse Opponentes exhibita sententia probarunt, latius non prosequimur. Consensu domicellæ Vrsulæ marito testanti præstito aduersus iniuriam restitutionis integri conseruato, præser-

a l rescripta C. de prec. Impera. off. reddu.

b l si non lex. in princ. & ibi Bart & alij de h. red. instit.

a l testa C. de testam.

b l. Æmilius. de minorib.

c l. ita constante de iure d. s. l si mulier l. Cũ maritus in princ. de pact. dotal. d Ias in d. l. si fundum per fideicom. versi. Roder cus Suuares ad d. l. Quoniam in prioribus. limitatio. 5.

e Bald cons. 276 factum super quo consilium petitur in fin. vol. 1.

f Oldra. cons. 174. Thema tale est. Tiraquel de iure primog. quæstio. 68.

g Nicolaus Euerardi Præses cons. 79. Casus e. & h. coniuges vt vobis venerabilibus.

præferuanda quoque subsequens eiusdem Vrsulæ approbatio testamenti; quam duplicem pars Impetrans fuisse imaginatur: alterã restrictã ad duas expressas clausulas concernentes tantum expressam reuocationem seu mutationem pactorum dotalium; alteram latiorem & generalem extendentem sese ad omnia testamenti capita, & articulos. Sed quoniam pars Impetrans diffidentia obtinendi, pressius non inhæret petitioni restitutionis aduersus priorem illam restrictiorem approbationem, multum hic non est laborandum; cum Impetrans posteriore restitutionis petitione non obscure significet approbationem testamenti, quoad duas clausulas cõtractum antenuptialem contingentes, restitutioni perinde subiectas non esse: nimirum propter antecedentem illam conuentionem, in qua iure obligationis domicella Vrsula astringebatur mutationem dictarum duarum clausularum seruare, & subseque͂tem consensum conformiter marito testanti præstitum. Sic quod ex colligatione & coniunctione horum trium conuentionis, consensus præstiti, & subsequutæ approbationis (sæpius etiam vt postea dicetur reiteratæ) indissolubilis firmitas constituta sit, quæ facilitate restitutionis integri subiacere non debet; vt paulo post deducetur, cum vis reiterationis, ac repetitionis expendetur: vt merito secundas curas, & posteriores cogitationes assumere debuerit Impetrans deprehensa fragilitate restitutionis aduersus approbationem testamenti quoad dictas clausulas. Rescissa enim approbatione maneret vis impediendi, ac constringendi in consensu præstito, eoq; etiam rescisso sisteretur restitutio, nec progressum vel effectum haberet, propter restantem communem conuentionem vtriusque coniugis, conformem ea in parte testamentariæ dispositioni; aduersus quam conuentionem nulla restitutio integri petita existit. Ita vt non sublatis vel rescissis omnibus quæ hanc in-
tentionem Vrsulæ pro obtinendis his quæ 23
ex contractu antenuptiali, & eo stante in casu mortis M. Christiani lucratura erat, remorantur, vis impediendi perduret etiam ex vno solo non sublato [a]. † Sane quod ad posteriorem illam testamenti approbationem quam generalem esse diximus, complectentem omnia testamenti capita, cõstituere illam videtur pars Impetrans non omnino in ipsa approbatione, quam mortuo M. Christiano in domo mortuaria ad interrogationem ac propositionem Opponentium fecit; sed magis in narratione, quam pro obtinendis literis restitutionis in supplici libello huic Concilio exhibito fecit: quod per illam Concilio exposuisset, & exponendo in effectu confessa esset [b], quod per testamentum per eam approbatum, reuocatæ essent omnes clausulæ contractus antenuptialis; cum tamen in rei veritate (vti putat) duæ tantum sint reuocatæ; altera de dohario centum Philippeorum annuorum conuerso in centum florenos; altera de bonis mobilibus per Vrsulam collatis, quæ conuentione antenuptiali iure immobilium censeri debebant, & per conuentionem sequentem, ac testamentum naturæ suæ restituta sunt; hoc est, iure mobilium reputata, eo fine, vt si propter consensum adhibitum contenta esse deberet centum florenis annuis pro dohario, receptis omnibus bonis per eam in subsidium matrimonij collatis iure contractus antenuptialis, præcipua tamen adhuc haberet omnia bona mobilia domus mortuariæ, & plenã proprietatem medietatis omnium bonorum immobilium, & redituum constante matrimonio acquisitorum, cum vsufructu alterius medietatis. Sed quoniam vis huius restitutionis dependet à veritate & amplitudine antecedentis approbationis extraiudicialiter in domo mortuaria factæ, atque etiam ab ipso consensu, quem Vrsula marito testanti præstitit, expendenda est inprimis vtriusque, hoc est, consensus & approbationis potestas. Et hoc quidem principio manifestum est, approbationem quã Vrsula fecit, simplicem & generalem esse his verbis declaratam, **Maer haer begeerende/ ghehelijck aent testamente te houden** / hoc est, quod omnino velit inhærere testamento: Cui conformis est & alia sequens, his verbis: **Hebben gheconsenteert dat selve sal effect sorteren**: hoc est, consenserunt quod suum effectum sortietur, nec ab hac dissidet ea, quæ altera die tunc sequente iterũ facta est his verbis,
24 **Verclaerdt haer te houden aen het testamente**: declarat se inhærere testamento. Sic quod non possit dici prætacta narratione latius approbatum esse testame͂tum, quam prius approbatum erat. † Prædictis enim verbis partim generalibus, partim vniuersalibus, partim indefinitis & indeterminatis, continetur approbatio omnium & singulorum, quæ testamento continentur [a]: cum absurda sit ea cogitatio, quod his verbis testamentum pro parte approbatum, pro parte improbatum fuerit; cum id fieri nequeat [b] & in dubio non præsumatur [c]. Quo fit vt Impetrantis solicitudo, quoad prætactam narrationem, superuacanea & inutilis sit; quia nõ narrando per exhibitum libellum, sed reipsa generalem hanc, latissimeque patentem

a d. l. Si non lex. d. hered. instit.

b l. cum proecum C. de libera causa.

a l. si ita fuerit. de leg. 3. l. 1. § generaliter de leg. præstan. l. si familia § de cæteris. de dam. infect. l. si ita relictũ. l. si pluribus. de leg. 2.

b l. neminem. l. grege de lega. 1.

c l. 1. §. si quis simpliciter. de verb. obliga. l. Pomponius de neg. gest.

tem approbationem, omnia testamento inscripta, omnesq; eius articulos continentem fecit, testamentum mariti verbis tam dilucidis comprobasse intelligitur, & non verbis tantum, sed etiam rebus; acceptis scilicet ijs ab Executoribus testamenti, quæ in conditione approbationis posuerat. Est itaq; manifestum hanc posteriorem restitutionis petitionem aduersus illam in supplice libello factam narrationem non esse fundatam, sed prorsus inutilem ac superuacaneam. Quemadmodũ quoq; fundata non est petitio restitutionis ipsi reali approbationi accommodata; quasi latius facta, quam conditio testamenti exigebat: nam quod Impetrans existimat per ipsam approbationem sibi ereptum esse ius omnium bonorum mobilium, & acquisitorũ immobilium plenam proprietaté pro vno semisse, erroneum est; hæc enim omnia testamento adempta sunt. Neq; enim, quia testator affirmat, etiam ipsa Vrsula præsente, se reuocasse ac reuocare contractum antenuptialem in duabus clausulis, reliqua intacta manserunt. † Nam cum testator ex- 25
presse, consentiente vxore, de ijs rebus testatus sit, quæ ex contractu antenuptiali consequi debebat vxor; hoc est, de omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, euidentissima elucet voluntas, reuocationis & ademptionis: quod enim ad alium transfertur, alij non obscure adimi censetur[a]. Sic quod Vrsula non in approbatione testamenti maritalis, primum sibi præiudicauerit, sed in antecedente consensus præstatione, quam robur, & iuris vinculũ habere, & in proposito nec reuocationi, nec rescissioni ex causa restitutionis subiectam esse diximus. Duarum igitur clausularum est formalis reuocatio, aliarum omnium realis & effectualis perseuerantia per dispositionem de rebus ipsis, præsente & consentiente vxore factam. In formali illa testator partim sibi, suisq; hæredibus prospicere voluit, partim vxori; sibi, suisque hæredibus, vt pro centum Philippeis, nisi centum Carolinos annuos doharij nomine acciperet vxor; vxori, vt omnia eius mobilia bona in subsidiũ matrimonij collata, iure mobilium censerentur, & pleno iure vxoris essent, ac ad illius liberum arbitrium relinquerentur. † Omnium ergo 26
approbationum vna est conditio, & eadem potestas, sic quod impetrando literas restitutionis Vrsula modum antecedentium approbationum nulla ratione excesserit; ideoq; in eum angulum recidit tota huius litis quæstio ác disputatio, an Vrsula restitui debeat aduersus consensum testãti exhibitum. Vltra prædictas duas clausulas in antecedente communi conuentione reuocatas; & approbationem testamenti sequutam; præsupposita scil. Vrsulæ minore ætate, & remotis his quæ superius dixim⁹ in limine auertere & excludere restitutionẽ; hoc manifestum est, non passim nec sine euidẽti causa restitutionem integri occasione cuiusdam damni concedendam esse, tunc cum minor sobrie ac discrete rem suã administrat; & contrahendo, paciscendo, vel aliud agendo[a]; bene rem suam gerit[b].
27 † Vnde cũ inspecto tempore approbationis magna prouidentia lateat in his approbationibus, non debet aduersus eã concedi restitutio integri; nimirum quia eo tẽpore omnia erant incerta, perplexa, & ambigua litibus, processibus, ac reliquis administrationum, quas M. Christianus habuerat, obnoxia, & intricata: vt clare in scriptura Opponentium deductum est; sic quod consulta non inconsulta fuerit dicti
28 testamenti approbatio. † Quæ incertitudo & perplexitas etiam alias facit, vt multa sustineantur, quæ alioquin sustinerentur[c]. Vt etiam impeditur restitutio in actu, qui perinde se habere potest ad damnum, vt ad lucrum; veluti in remissione fideicommissi[d]; in omissione hæreditatis[e]; in rebus quæ casibus fortuitis subiectæ sunt[f]: ita vt oculi defigendi sint in statum rei præsentem, cum actus, aduersus quem restitutio petitur, fit; non reijciendi ad euentum ipsius actus, qui plerunq; paratur laboribus, industria, & felicitate ei[g], cum quo negotium minor gessit. Sic quod in proposito iniquum esset Vrsulam, quæ metu periculi, manum ab hæreditate retraxit, & certum, nulloq; periculo, vel casui testamento propositum lucrum aripuit, restitui ad pristinam causam negotijs omnibus iam finitis, & certitudine status domus mortuariæ magnis laboribus ac sumptibus hæredum testamentariorum para-
29 ta, sed omnino repellenda est; vt aperto iure cauetur[g], † & repellendi maior procliuiorq; hic est occasio, ex eo primum, quod hæc approbatio non constiterit in nudis finibus verborum, sed rei interuentu comprobata sit, accepta promissione reditus centum florenorũ, accepta reali traditione rerum, quæ in conditione approbationis positæ erant. Quæ quidem realis comprobatio vinculum irreuocabilitatis iniijcit; quia non est facta per necessariam consequentiam antecedentis approbationis; cum ab acceptatione rerum abstinere, & ad eam faciendam cogi non potuerit[h]. Et vt perinde aduersus approbationem hanc realem restitui posset, vt aduersus verbalẽ;
30 hic tamen indulgenda non esset, cum aduersus illã specialiter petita non sit. † Secundo approbatio hæc in effectu quadruplicata

a l. sicut adimi l. quod si alij de adim. lega.

a l. verum §. sciendum de minor. b.
b l. nam postea §. si minor. de iure iurando Beer. consil. 37. num. 17.
c l. si ea lege. C. de vsuris.
d l. de fideicommisso C. de transact. l. 1. C. de pact. l. si pater de inoffi. testam. Rebuff. ad constit. reg. tit. de restitut. artic. 1. gloss. 2. nu 8.
e l. quod si minor §. non semper. de minorib.
f l. & sine post prin. l. verum. §. sciendum de minorib.
g d. §. non semper in fin.
h Bartol. in l. denique §. si quis cum minorib in fi. de minorib.

plicata

plicata est; primũ in præstatione consensus ad sic testandum in actu testãdi; secundo prælecto ei testamento; tertio ex longiore tẽporis interuallo reiterata; & quarto accedente rerũ acceptatione: ita quod in cõsensu toties repetitarũ approbationũ, incolerata prorsꝰ sit Impetrãtis petitio. Magna .n. vis est geminationis, & multo maior triplicationis[a]: vt in conseruatione sæpiꝰ repetiti eiusdẽ actus, plus constãtiæ, & roboris semper statui debet[b]; quia in repetitione seu geminatione actus præsumitur non tantum certa scientia[c], sed antecedens etiam, eaq; exacta deliberatio[d]; facitq; vt omnis erroris præsumptio cesset[e], tam in actibus mulieris, quam viri[f]; impeditq; actus reuocationem, etiamsi aliqua alterius partis persuasio, vel falsitas obijciatur[g]. Quæ cum per scripturam partis Opponentis in incidenti quæstione super reiectione secundæ requestæ pro obtinẽda restitutione, latissime deducta sint, latiꝰ non prosequimur.
31 † Finem itaq; faciendo, cũ Vrsula tempore sit exclusa à facultate petendi has restitutiones; cũ de eius minore ætate non constet; cũ notorie sit maior ex consuetudine oppidi Louaniẽsis, ad cuius obseruationem etiã minor tenetur[h], & ex eadem consuetudine vxor testamento cõmuniter, vel de eius consensu per maritũ condito, aut reuocatione contractus antenuptialis communi consensu facta, non habeat electionem, vtrũ contractui antenuptiali insistere velit, sed testamẽto adhærere necessario debeat[i]; cũ rursus marito suo testanti cõsenserit, & marito mortuo verbaliter ac realiter testamentũ mariti approbauerit, idq; sæpius repetitis vicibus; cum præstiti consensus, & factarũ approbationũ necessitas in antecedente conuentione, qua contractus antenuptialis reuocatus fuit, posita fuerit, & aduersus eam conuentionẽ nulla sit restitutionis petitio; & approbationi causam dederit domꝰ mortuariæ incertitudo, reddendarum rationũ obligatio, litiumq; inceptarũ multitudo; ac ad restitutionẽ petendam impulerit euentus, & domus mortuariæ paulo luculentior postea apparens conditio, magnis laboribus ac sumptibus hæredũ parata; & deniq; quod acquisitorum bonorum immobiliũ quantitas vel nulla, vel exigua fuerit, & mobilia absumat constitutio comparatioq; reditus vitalis centũ florenorum Vrsulæ, tã ex prætacta conuentione, quã testamento, & approbatione constituti, (voluit .n. testator illum comparari ex bonis suis parati-
32 oribus, † quorum appellatione continẽtur mobilia, nõ immobilia, nisi saltẽ subordinate deficientibus mobilibus[a]; ita vt immobilia huic reditui non sint obnoxia) neque vllus probetur in prætacta conuentione adhibitus à M. Christiano metus, multo minus in adhibito consensu tempore testamenti, tunc cum vita M. Christiani inclinaret, neq; vlla per Impetrantem allegata sint argumenta, vel indicia, vnde metꝰ præsumptio constitui possit, sine quibus metus aut reuerẽtia maritalis nec probari nec præsumi potest[b]; existimamus iuri & rationi minime consentaneam esse Impetrantis petitionem, & conclusionẽ, sed ea reiecta secundum conclusionem Opponentium sententiam ferendam esse.

a c. 1. de Treug. & pace.
b Iaf. in l. 1. nu. 16. C. de pact.
c Ioan. Andre & alij in c. porrecta de confir. vtil. vel inutil.
d c. Etsi Christus. de iureiurand. § hæc autem de Deo in fin. & ibi Angel. in Authent. quomodo opor. Episc.
e glos. in c. Ex literis, in verb. adiũcta de diuor.
f Auth. siue à me l si mulier 2. C. ad Velleia.
g l vnica in verbo. secundus consessio. C. de secund. nupt. Lodoui. Roman. cons. 346. nu. 10. Preses in loco. à vs geminat. Corsetus in tract. de verbor. gemina.
h l. si sine §. Lucius. de admin. tuto.
i Vt per extractum ex statutis oppidi Louaniens. exhibitum probatum est.

a l. à D. Pio §. in venditionibus. de re iudic. Preses cons 67. visis testamentis circa mediũ.
b Boerius decis. 101.

SVMMARIVM.

Terminus ad agendum per Iudicem præscriptus. Litis contestatio.

1. *Præscriptionis exceptio litis ingressum impedit.*
2. 13. *Terminum præscriptum labi qui patitur, non auditur.*
3. *Terminus hominis ita arctat, vt terminus legis.*
4. *Terminus ad agendum præscriptus quãdo penitus excludat,*
5. 16. *Geminatio præcepti, vim peremptorij habet.*
6. *Interlocutoria geminata reuocari non potest.*
7. *Princeps est lex animata in terris.*
8. *Præscriptio breuior in locum longioris surrogata, parem effectum habet.*
9. *Appellare non licet à sententia Præfecti prætorio.*
10. *Litis contestatio in summarijs necessaria non est.*
11. *Litis contestatio quomodo fiat.*
12. *Copulatorum idem iudicium.*
14. *Ordo iudicij solemnis in summarijs non requiritur.*
15. *Probationes sine assignatione termini fieri possunt.*
17. *Rerum multitudo obligationum multitudinem facit.*
18. *Separata ad inuicem non inferunt.*
19. *Reiteratio actus errorem excludit.*
20. *Qualitas obligationem alterat.*

CONSILIVM XXVII.

In lite seu causa, quæ in reformationis iudicio nunc pendet, in ampliss. Concilio Brabantiæ inter Iacobum Binchij reformantem, & Curatores domus mortuariæ quondam Parenti de Pogio duos articulos deprehendimus, qui dictis Curatoribus

ribus ad victoriam obtinendam sufficere
videntur; videlicet actionis præscriptio-
nem, & defectum probationis circa præ-
tensum debitum præfati Iacobi reforman-
tis. † Quod ad primum attinet tam soli- 1
dũ inde peti posse videtur defensionis re-
medium, vt de iustitia ac veritate debiti
propositi nulla suscipienda sit quæstio. Est
enim præscriptionis obiectio, seu exceptio
in earum numero, quæ litis ingressum &
contestationem impediunt, ac litis finitæ
dicuntur[a]: si videlicet opponatur ad pro-
cessum, & petitionis exclusionem, non ad
merita causæ, seu petitionis eneruationẽ[b].
† Cum itaq; authoritate dicti amplissimi 2
Concilij propositum fuerit programa, seu
Edictum aduersus omnes creditores di-
ctæ domus mortuariæ, præscripto certo
termino non tantum proponẽdæ actionis,
si quam haberent, intra duos menses à pu-
blicatione edicti; sed etiam persequendæ,
verificandæ, & liquidandæ sub pœna ex-
clusionis: intra eum vero reformans cũ ea
omnia nõ fecerit, bona ratione ex solo la-
psu duorum mensium omni sua actione effe-
ctualiter excidisse dici potest: sic vt post
lapsum terminum audiri non debeat[c], et-
iam si sententia declaratoria exclusæ, vel
peremptæ actionis, seu silẽtij perpetui im-
positoria, sequuta non fuisset. † Tam ete- 3
nim arctat terminus ab homine præfixus,
quam à lege[d]: at post terminum à lege vel
statuto præscriptum, non auditur, qui ter-
minum labi passus est[e]. † Quamuis enim à 4
Iudice præscripto tantũ termino ad agen-
dum, vel actionem proponendum, post la-
psum terminum si non est sequuta Iudicis
sententia, qua vel silẽtium imponitur, vel
perpetuo exclusus declaratur, qui actionẽ
habere dicitur, proponere adhuc illã pos-
sit[f]: si tamen non est nudum præceptum
proponendæ actionis intra certum termi-
num, sed adiũcta est præterea cõminatio;
vt si non proponatur intra terminum, ex-
cludatur creditor à facultate proponendæ
imposterum actionis; iam solius temporis
lapsus excludendi vim habet, sine vlterio-
re aliqua Iudicis sententia, vel declaratio-
ne: & ita communiter receptum est[g]. † 5
Cum ergo duplex hîc sit præceptum de
proponenda, & liquidanda, seu verifican-
da actione, & postremum cum dicta com-
minatione ex solo temporis lapsu exclusus
dici debet dictus Iacobus: tum quod ge-
minatio præcepti vim peremptorij habeat
& magis premat quam vnicum, vel sim-
plex, † vt geminata interloquutoria, quæ 6
ideo, quod geminata est, reuocari non po-
test[h]; tum quod, vt dictum est, commina-
tio exclusionis, necessitatem declaratoriæ
sententiæ excludat; & præterea cessante, &

a l. omnes. l. sicut. C. de præscript. 30. vel 40. an. Bart. in l. fin. ff pro soc. Iason. cons. 185 post princ. vol. 1

b DD in c. 1. de litis contestat. lib. 6. Bart. in d. l fin.

c l si eo tempore C. de remiss. pign.

d Cle. quamdiu. de app.

e l. quod si nolit § si quis ita. de ædil. edict.

f Bald in l. diffamari. C de ingenuis manumit. Felin. in c. penult. nu. 8. de iudic.

g Bald. & Felin loc. sup. citato. Ang. in l. quamdiu. nu. 3. de acq. hered. Aret. in §. si minus nu. 13. vers. secundo vero casu Instit. de act. Sal. c. in l. si ea nu. 6 C. Qui accus. non poss.

h gloss in Cle. in verb. super eo. de appell.

non adiecta ea comminatione in literis,
quarũ authoritate edictum seu program-
ma factum est, pro adiecta nihilominus
7 haberi debeat. † Quemadmodum enim
diximus legalem seu statutarium termi-
num semper esse peremptorium, & non de-
siderare sententiam declaratoriã: ita quo-
que dicendum est, vigore dictarum litera-
rum, certi termini assignationem stringe-
re: ob id, quod principali authoritate seu
in Concilio supremo Principis, Principẽ
repræsentante decretæ sint; est enim Prin-
ceps, lex animata in terris[a]. Nihil itaque
iuuare debet Iacobum, quod à sententia
declaratoria postea sequuta prouocauerit;
nam ea prouocatione nihilo factus est cau-
tior; cum per illam sententiam nullũ pror-
sus fuerit ei illatum, aut inferri potuerit
grauamen: ideo, quod iam diu ante dictã
sententiam actione exciderit per termini
sic sub comminatione exclusionis statuti
lapsum; & dictæ domui mortuariæ ple-
nissima securitas ex eodem solo lapsu, sine
8 alia Iudicis opera, acquisita fuerit; † Qua
enim ratione præscriptio temporis legẽ
constituta, actionis exclusionem inducit
ex solo tempore[b]; sic vt non tantum in-
tentionem Actoris eneruet, sed à Iudicij
limine (vti superius dictum est) repellat,
& ad ius eius, qui actione pulsatur confir-
mandum, nullum iudicis adminiculũ de-
sideretur: ita quoque præscriptio ex lapsu
termini per Iudicem cum comminatione
assignati. Quotiescunq; enim lex vel Iu-
dex statuunt alicui tempus ad agendum,
ex lapsu temporis inducitur præscriptio,
quæ etiam impedit processum[c]. Neq; quia
breuioris temporis est, minorem potesta-
tem habere debet, quam quæ longioris
temporis; cum præscriptio breuior subro-
gata loco maioris cõmoditatis, vtilitatis,
vel necessitatis causa parem effectum ha-
beat cum ea, quæ longioris temporis est[d].
Cum ergo exclusio iuris agendi, quod sibi
competere dicit Iacobus, sit in antecedẽte
assignati termini lapsu, non in subsequẽte,
post multos menses, declaratoria senten-
tia, ex prouocationis remedio nullam a-
ctionis restituendæ spem habere potest:
grauamen si quod est, id non in dicta de-
claratoria sententia constituendum est, si-
ue causam, siue materiam illius inspicia-
mus; nam nulla fuit necessitas, cur fer-
retur, cum nihilo plus contineat, aut do-
mui mortuariæ adijciat, quam ei ex solo
temporis lapsu iam antea acquisitum erat;
& quod acquisitum posteriore aliqua sen-
tentia adimi, neque restringi poterat: sic
vt in pronuncianda illa sententia Iudicis,
ad maiorem & superabundantem caute-
lam, quæ nocere non solet[e], mera sit vo-

a § sed & quod Principi. inst. de iur. natural. gent. & ciuil. § fi. in Auth. de Consulib.

b d. l. omne d. l sicut.

c Bald. in l. fi. de edict. Diui Adriani toll. notat. in c. cum in tua. Qui ma. accus. poss. in l. Titia de accusat.

d l superuacuam C. de tempor. in integrum restit. & ibi Bald in 3. notabili. & idem Bald. in l. in contract. C. de non num. pecun.

e l testamentum C. de testam.

H 2 luntas

luntas; in qualitate vero seu conditione sententiæ, quoad fauorem curatorum præcisa necessitas. Non enim potuisset decernere dictum Iacobum non esse exclusum à proponeda sua actione: nam virtute edicti, seu programmatis, ac pænalis termini iam antea exclusus erat, & per pra fixionem termini sub dicta comminatione, accedente termini lapsu, suo officio Iudex functus dici debuit, saltem quoad eum, in cuius fauorem terminus præfixus fuit[a]. † 9
Deinde cum, vt antea dixi, dictum præceptum, seu termini assignatio, authoritate principali sit facta, impeditior debet esse hic prouocandi occasio: nam in posterioribus literis edicti, seu programmatis certa forma data est, quam Iacobum sequi oportebat, si tempore excludi nolebat; videl. quod in euentum, quo huiusmodi literis se quis opponere vellet, oppositionis causam in Concilio Brabantiæ diceret. Nunc ergo, quia Iacobus eam formam neglexit, serius ad prouocationis auxilium confugit; qui neq; à Principis, neq; Consiliariorum ipsius, præfectorum prætorio imaginem referentium decreto prouocare potuit[b]. Sed nunc videamus an causæ grauaminis, quas Iacobus prætexit, sint iustæ. Prætexit autem, quod coram Commissarijs lis non fuerit contestata; quod ei non fuerit assignatus terminus probandi; quod assignatio termini in prædictis literis facta ad proponendam tantum, non etiã ad probandam & peragendam actionẽ fuerit facta; quod medio tempore fuerit protestatus, non posse se actionem suam intra illum terminũ probare, ob probationes alio existentes; & quod coram dictis Commissarijs inordinate sit processum. Sed nullũ est horum omnium, quod satis momenti habeat ad dictæ prouocationis iustificationem, quodq; optime dilui non possit. † 10
Nam in primis quod de litis contestatione non facta proponit, nihil vrget; in huiusmodi enim summarijs cognitionib⁹ verius quam iudicijs, contestationis solennitas necessaria non est[c]; neq; hic non interuenisse videri debet, ex eo, quod ex reformantis memoria, & euidentius ex actis dictorum Commissariorum constet Curatores actione per Iacobum, seu eius procuratorem proposita, negasse, seu vt ait Iacobus, dixisse se ignorare, debitum per Iacobum petitum. † Veteris enim iuris solen- 11
nitas in contestatione abrogata est, & nunc constituitur per petitionem in iure propositam, ac responsionem sequutam[d]. Vsque adeo vt per solum verbum *ignoro* à Reo prolatum ea inducatur[e]. Cum enim de alieno facto quis conuenitur, dubia & ambigua responsio de credulitate sufficit[f].

a *Salyc. d. num. 6.*
b *l. 1. quibus appell. non licet l. vnica. C. de sentent. præfect. præto.*
c *Cardi. in Cle. sæpe in princip. nu. 6. de verbor. signif. Alex. consil. 50. visis actis causæ nu. 10. vol. 2.*
d *c. vnico in fin. de litis contest.*
e *Specul. de litis contest. §. 2. Robert. Marant. in sua prax. tit. de litis contest. nu. 6.*
f *Bald. & alij in l. si debitor. de petit. hered. Felin. in d. c. vnico.*

Quod adijcit terminum probandi ei non esse assignatum, æque facile remouetur, ex verbis edicti seu programmatis; quibus ad debitum verificandum præscriptus est terminus probandi; actum itaq; agere non o-
12 portuit[a]. † Nam quod subnectit, termini assignationem ad propositionem actionis tantũ pertinere, sine artificio & labore ex ipsis verbis edicti, secundum tenorem dictarum principalium literarũ facti, remouetur: copulatiue enim hæc coniungũtur, vt intra duos menses post executionẽ edicti, creditores intentent, & prosequantur, ac ad eum finem, persecutionis scil. exhibeant omnia documenta, quibus propositam actionem, & creditum verificare volent: sic vt terminus duorũ mensium manifestissime ex æquo respiciat omnia copulata, & in eadem periodo subiecta[b], quorũ fere semper idem solet esse iudiciũ[c]. Vnũ enim horum omniũ prætermittendo, formæ præscriptæ, & assignationi per Commissarios authoritate principali factæ satisfacere nequiuit dictus Iacobus[d]; & non satisfaciendo non potuit non incidere in
13 pænam eodẽ edicto comminatam[e]. † Et quamuis sint, qui ex æquo bono in hoc articulo, vbi creditoribus assignatus est terminus certus ad faciendam fidem de iuribus suis, si quis intra terminũ experiri incipiat, sed non perficiat, existiment etiam post terminum audiẽdum illum esse; quasi hoc edictum tantum pertineat ad eum, qui omnino cessat, & nihil agit; est tamen ea sententia authoribus ipsis suspecta; & quod facere solent Interpretes, vbi animus in decisione allata non conquiescit, cogitandum relinquunt. Admissa interim huiusmodi opinionis veritate, nihilo ex ea parte securior erit Iacobus: nam vltra expressam formam, ex coniunctione plurium requisitorum in dictis literis præscriptã creditoribus, aliud est quod ex facti variatione ius quoq; immutat[f]: posteriores enim dictæ literæ, quibus pæna seclusionis inserta est, in eum finem specialiter sunt impetratæ, vt huiusmodi cessationi in probando debito, & probandi debiti procrastinationi occurreretur. Equidem vigore priorum literarum satis admonitus fuit Iacobus ad proponendam actionem suam; quam etiam propterea proposuit per procuratorem suum; sed addita protestatione de ea imposterum persequenda, & verificanda: quæ dicti Iacobi, ac aliquot aliorũ assertorum creditorum, machinatio posterioribus literis occasionem dederunt. Præcisa itaque fuit necessitas, & proponendæ & persequẽdæ actionis; persequendæ inquam per exhibitionem omniũ documentorum, quibus creditum probari posset.

a *l. Nam & si. vers. post d. factum autem. de inius. sto, rupto, irrito.*
b *l. quamuis, & ibi Bald. & in l. 2. C. de tempo. & alijs similib.*
c *l. Cum actum. de neg. gest.*
d *Bald. cons. 318. Ista captura in fin. vol. 4.*
e *Hieron. Cagnolus in d. l. diffamari. num. 26.*
f *l. si ex plagis §. in clino f. ad leg. Aquil.*

posset. Ad quam interpretationem nos cogunt non tantum clarissima verba dictarũ literarum, sed & rei ordo, ac successus, qui paulatim incrementum accepit[a]. Protestatio igitur Iacobi nihil operari potuit; necessitas enim dictis literis imposita, voluntatem procrastinandi, ac protestandi abstulit. Non enim protestationibus sibi consulere debuit Iacobus, sed formali oppositione in Cancellaria Brabantiæ, si existimabat se læsum breuioris termini assignatione. Et sane docuit rei euentus, dictæ protestationis causam à vero alienam fuisse: cum enim in hoc Reformationis iudicio Iacobus omnem suam probationem conficere conatus sit per extractum ex libro rationum Benedicti de Nobili, & ipsius Benedicti testimonio; constet quoq; eundum Benedictum & dictos libros in manibus ac potestate dicti Iacobi, seu Benedicti sui Procuratoris eo tempore fuisse; deprehenditur euidentissime vel nunc, falso fabricatum esse huiusmodi extractum; vel si tunc extabat, non fuisse impossibile eadem ratione, qua nunc ijsdem medijs tentare declarati ac petiti crediti
prolationem. † Postremum illud, quod 14
obijcit de non satis exacto ordine procedendi coram præfatis commissarijs seruato, leuius est quam remorari quemquam possit. Solemnis enim Iudiciorum ordo in ordinarijs, non summarijs iudicijs requiritur[b]; præsertim in ijs causis, vbi libellus non requiritur[c]: prout hîc sine libelli editione Iacobus actionem suã edere, & statim probare potuit, non assignato etiã termino probandi, in quo Iacobus neglecti
ordinis causam ponere videtur. † Pro- 15
bationes enim sine termino, & sic antequã datus est terminus ad probandum, fieri possunt[a]: quia terminus ad probandum nõ est de essentia iudicij[e]. Arbitramur itaque ex hoc capite secundum dictos Curatores esse iudicandum. Quo etiam deficiente, & rigidioris iuris ratione seposita, ex secundo capite, videlicet, ex defectu probationis asserti crediti, idem dicendũ esse putamus. In cuius demõstratione breuius rem perstringemus, quod lectionis magis sit, quam inuentionis, & probationum pondus in arbitrio Iudicis multum consistat[f]. Hoc itaq; primum obseruandũ, Iacobum coram dictis commissarijs proposuisse actionem, seu fecisse declarationẽ debiti ducentarum decem librarum, decẽ solidorum, ac quatuor denariorum Flandriæ, ex causa mutui centum quinquagin-
ta librarum contracti an. 1547. † Iam ve- 16
ro probationes, quas in hoc reformationis iudicio attulit ad mutuum aliquod anno 1547. contractum non pertinent, sed ad

a Bald. in l. 1. in 1. notab. C. de fideicom. c. innotuit, in verb. multa enim de elect.

b Card. in d. Cle. sæpe. §. si tamen.

c Bald. in c. 1. §. Insuper de prohibit feud. alien. per Freder.

d Bald. in l. in crimine de adult. in l. vnius. §. cognitorum. de quæst. Panor. in c. licet causam. & ibi Felin. de probat.

e Felin. in d. c. licet causam. Alex. in l. operandũ. §. & siquidẽ de iudic.

f l. 3. §. id. eq. versic. ea... de testib. Franci. ... consil. 178. ... sapien. ha... ta diligenti consideratione

aliud quod contractum dicitur 1548. Vt autem ex singulis mutui dationibus, singulæ nascuntur actiones, vt quot res sunt, tot sint obligationes[a]: ita quoq; singularũ singulæ, ac aliæ atq; aliæ sunt probationes. Vnde cum hoc debitum in ea commissariorum cognitione tantũ fuerit propositum, minime vero probatũ, & ne nunc quidem; non est cur Iacobus grauatum se putet, qui in hoc Reformationis iudicio nihilo iustiorem fecit dicti debiti causam. Et quamuis probationes nunc allatæ videantur pertinere ad debitum an. 1548. contractum, tamen etiamsi perfectissime, & absolutissime illud probarent, quod vere non faciunt, vt mox ostendemus, ex eo tamen obtinendi nulla potest esse probabilis spes; propterea quod iuxta prædictũ programma, seu edictum, tempore debito propositum non fuerit; sic vt præscriptione temporis elisum secundum ea, quæ supe-
17 rius deduximus, resricari non debeat. †
Neq; enim ex propositione vnius actionis, cæterarum omnium, quæ propositæ non sunt, cõseruatio parari potuit. Vt nec vno ex pluribus creditoribus agente, reliqui ex eadem causa creditores egisse censebũtur. Vt enim personarum, ita rerum quoq; hîc est separatio, & diuersitas; ex qua de vno ad aliud non fit transitus, aut argu-
18 mentatio[b]. † Neq; hîc admittemus erroris excusationem; tum quod illa declaratio coram commissarijs sit repetita seu geminata: proposita scil. primum per procuratorem Iacobi, & deinde repetita in eadem qualitate per ipsum Iacobum. Huiusmodi namq; geminatio omnem erroris præsumptionem excludit, & reuocationem seu mutationem impedit. Non enim est verosimile, errorem cadere in actu reiterato: quia ex reiteratione præsumitur certa sciẽtia, deliberatio antecedens, & perseuerantia[c]; præsertim vbi nulla aduersarij machinatio argui potest, cur in errorẽ inciderit, qui se errasse dicit[d]; & potissimum vbi er-
19 roris non adfertur probabilitas. † Nam quamuis aliquem colorem habere possit, quod de errore admisso dicitur circa summam, in qua diminuenda etiã in quacunq; parte iudicij laxior est potestas[e]: nullum tamẽ potest habere circa tempus ipsum: id enim, & actionem & obligationẽ alterat; & vt ex qualitate alia atq; alia, alia quoq; & alia constituitur obligatio[f]; ita quoq; ex tempore, cuius variatio in libello etiã non est permissa; præsertim post litem contestatam[g], quæ (vt superius dictum est) hic vere contestata fuit, & omniũ maxime post peractam primã instantiam in iudicio prouocatorio. Sed nec admissa vtilitate dictæ mutationis, obtinendi adhuc vlla potest esse

a l. scire debemus de verb. oblig.

b l. Papiniã. exul. de minor. l. fin. de calum.

c gloss. in c. ex literis. de diuort. Alex. in l. 2. C. de erro. calculis. si quis iratus. 2. q. 2.

d l. 1. in fin. Quando actio de pecul. annua sit, l. 1. §. si omnes. de ventre insp. l. vnica. in verb. transactionis & secundis confess. C. de plus petitio.

e Vdalric. Zasi. in §. si minus. inst. de actio. nu. 7.

f Cast. in l. 1. si quis simpliciter in fin. de verb. obl.

g Zas. d. n. 7.

esse spes; quod nec illud quidem, quod anno quadragesimo octauo contractum dicitur mutuum, aliquo perfectæ probationis genere satis probatum sit. Nam in primis extractum ex libris societatis Pogianæ nihil facit; ex eo quod primo non constet per illud Parentum accepisse tunc 150. libras; & si constaret, quia tamen in vnica parte extracti Parentus scribitur Iacobi Branchij creditor in 150. libris, nihil ei nocere debet, quod in altera parte similis summæ debitor eiusdem Iacobi scribatur. Ita enim fit, vt adæquato debito, & credito, velut iure compensationis, nihil debeatur [a]: præsertim quod alterius ad alterum in extracto fiat relatio. Vt non sit dubium vel commentum, seu fucum tantum id esse, vel ostentationem late diffusarum rationum: vt huiusmodi scriptura *dicis*, seu vt vulgo legitur [b], *datis* causa facta intelligatur. Deinde cum dicti libri sint nec Parenti, nec Iacobi, neque illi præiudicium, neque huic vtilitatem adferre possunt; cum per alterum alteri iniqua conditio inferri nequeat [a]: præcipue eo casu, vbi ipsa scriptura scribentis vtilitatem continere potest; prout hîc euenit; si sic verba extracti interpretemur, vt nomine Iacobi societas Pogiana dare debuit Parento 150. libras. Quò etiam pertinet, quod Benedict⁹ de Nobili moderator & Institor societatis Pogianæ deponit, vnicuique parti ex dicta societate perfectam esse satisfactionem cuiusque mutui. Atq; ita vt præmittitur secundum acta, videtur nobis Gabrieli Mudæo & Ioanni VVamesio V. I. Doctoribus, ac M. Gregorio VVytfliet V. I. Licentiato de iure respondendum.

a l. 2. & 3. de compensat.

b In l. 3. §. fin cum l seq. ff commoda.

a l. non debet alteri de reg. iur.

SVMMARIVM.

Dies termini an computetur in termino.

1. *Terminus mensis quomodo accipiatur.*
2. *Tempus de momento ad momentum currit.*
3. *Verba accipienda sunt contra pronunciantem.*
4. 6. *Dies termini an in termino computetur.*
5. *Dictiones* A, Ab, Post, De, *separationem inducunt.*
7. *Pacisci quisque præsumitur secundum leges.*

CONSILIVM XXVIII.

IN extremo puncto hæret causa assecurationis inter Iacominum Belleronum Actorem; & Alardum Six eiusque consortes Reos; ob id quod nauis assecurata in periculum inciderit, & naufragium passa sit, decima quarta mensis Decembris: ita quod magna exoriatur dubitatio, an intra an extra terminum ac diem suscepti periculi hoc periculum acciderit; propterea quod his verbis Hispanicis sponsio facta sit *por tiempo de tres meses que commencaron de catorse de Setiembre proximo passado, en adelante*, hoc est, pro tempore trium mensium, qui incipient decima quarta Septembris proximi præteriti & deinceps. Difficultatem facientibus duobus articulis in iure nostro admodum perplexis & ancipitibus [a]. Prior articulus est an tempus vnius, duorum, aut plurium mensium in conuentione adiectum seu præscriptum adæquate accipiendum sit, vt singuli menses tantum triginta diebus constent. Id enim si verum est, frustra ad hanc periculi præstationem ex dicta sponsione contendit Iacominus Belleronus: quod præscripti tres menses lapsi fuisse videantur biduo aut saltem vno integro & perfecto die ante contingens hoc periculum. Nam si initium huius trimestris decima quarta Septembris constituatur inclusiue, statim lapso duodecimo die Decembris, & initio constituto à lapso decimo quarto die Septembris, trimestre lapsum fuit statim lapso decimo tertio Decembris; ita vt contingens decimo quarto die periculum, omnino videatur esse extra susceptionem & assecurationem. Posterior an initium trimestris constituendum sit in decima quarta an in decima quinta Septembris: vt priore casu sponsio seu assecuratio tempore fuerit finita, posteriore adhuc durauerit, & Alardum aliosque assecuratores ad periculi præstationem obnoxios fecerit. Resoluendo itaque quantum in iuris & facti propositi ambiguitate ac perplexitate possumus, probabilius nobis esse videtur, periculum aut naufragium, de quo quæritur stante trimestri, eoque nondum omnino præterlapso accidisse: & recte ob id ad sponsionis
1 præstationem hîc contendi. † nam quod ad priorem difficultatem attinet, quamuis Accur-

a Tyraq. de retract. §. 1. gloss. 11. n. 6.

Accursi[a] legale à conuentionali tempore distinguat[a], vt in illo duobus mensibus assignentur sexaginta & vnus dies; in hoc præcise tantum sexaginta dies: vera tamen in vniuersum non est ea definitio, sed tantum obtinet in simplici & indeterminata mensis seu mensium assignatione, nulla facta indiuiduali mensis, vnde aut à quo menses decurrere incipient demonstratione. Cum vero mensis seu menses præscribuntur & designantur, expressa scilicet mentione illius mensis à quo initium ducatur (vt est in proposito à decima quarta Septembris) concors magisq; frequentata est Doctorum definitio ad certum & adæquatum numerum triginta dierum non esse restrictum huiusmodi tempus, sed per expressionem proprij nominis mensis, in quo initium constituitur, statim habere certitudinem dierum, quibus præscriptorum mensium numerus perficiatur[b]: vt sic mensis accipiatur & definiatur secundum qualitatem mensis seu mensium, in quo seu quibus terminus præscriptus est[c]. Cum itaque initium huius temporis cœperit post decimam quartam Septembris (vti in posterioris difficultatis discussione dicetur) & intercurrens in hoc trimestri mensis Octobris triginta & vnum dies habeat, September & Nouember singuli tantum triginta recta & præcisa dierum omnium huius trimestris secundum occurrentes in eo menses dinumeratio facit vt decima quarta dies mensis Decembris necessario comprehẽdatur in hoc præscripto trimestri; cuius finis fuit vltimum momentum eiusdem decimæ quartæ Decembris: sic vt nisi inchoata decima quinta die mensis Decembris non potuerit dici trimestre lapsum fuisse[d]. Vt etiam omittatur illa consideratio quod mensis December quoque in eodem trimestri incidens triginta & vnum dies habeat, & hoc trimestre secundum præscriptam Doctorum definitionem augere videatur. Ita quod hac ratione nullus sit scrupulus quin initium trimestris faciendo post decimam quartam Septembris; hoc est in decima quinta, Actor indubitatam habeat spem in hac causa obtinendi. † Sed posterior illa superius proposita difficultas hanc spem impeditã facere videtur, quod 2
initium huius trimestris constituendum esse contendant Rei, non post decimam quartam, sed in ipsa decima quarta die mensis Septembris; sic quod trimestre decima tertia Decembris omnino fuerit finitum, ob id quod vulgaris regula sit, quod tempus de momento ad momentum currat[e]; & dies termini computetur in termino[f]; præsertim in odiosis, & cum agitur de latiore extensione obligationis
3 aduersus promittentem inducenda[a]. † Quo etiam tendere videtur traditio Germani[b], quod in cõtractibus ea interpretatio assumenda sit, siue tendat ad extensionem, siue restrictionem; quæ magis faciat contra eum qui verba contractus concepit. Sic quod si noceret ei diem contractus, act[a], seu temporis à quo adnumerari, & eum diem excludi, noceret promittenti, & includi eidem promittenti prodesset, computari & adnumerari debeat[c]. †
4 Cæterum vt abstineamus ab huiusmodi regulæ, & controuersiarum, quæ super ea ab Interpretibus excitantur discussione ac decisione longe pluribus in eam partem inclinantibus vt regula negatiua non affirmatiua constituatur; vt generaliter dies termini in termino non computetur: in quam sententiam Decius[d], Tyraquellus[e], Fortunius Garsias, Ludouic[a] Gomesius[f],
5 post alios tandem descendunt. † Cui regulæ dicit Carolus Molineus[h] communem consuetudinem passim tam in termino legali, quam hominis esse conformem: quod dies à quo præfigitur terminus, non computetur in termino; communius & indubitate receptum est, nullam esse dubitationem quin dies temporis à quo, seu actus gesti non computetur in præscripto tempore, si contrahentes in designando & præscribendo tempore vsi sint dictionibus exclusiuis[i]; quales sunt, *A*, *Ab*, *Post*, *De*[k], & similes[l]. Inducunt enim separationem[m], vt intelligatur terminus præscriptus sine illo[n]. Cum itaque verba huius sponsionis sic concepta sint, *que commençaron de catorse de Setiembre proximo passado en adelante*, hoc est, qui incipient decima quarta Septembris proximi ac deinceps; per verbum *De* separationem inducens, & particulæ *A* vel *Ab* æquipollens, nullus videtur superesse scrupulus, quo minus in hac causa obtinere debeat D. Iacominus; cum exclusa illa decimaquarta Septembris, & tribus mensibus ad rationem superius deductam computatis, certissimum sit hoc periculum, de cuius præstatione agitur, euenisse vltima die præscripti termini. Neque vlla est occasio ex obscuritate pacti aut pronunciationis per D. Iacominum factæ interpretationem aduersus eum pro Reis facere: cum verbum expressum per hanc exclusiuam particulam faciat sermonem clarum & liquidum, nec coniecturas aut interpretationes admittat[o].
6 † Quo propensiores esse debent Domini Iudices propter generalem totius orbis consuetudinem; qua nisi in contrarium sit clarissima & indiuidualis expressio, obseruatur vt dies à quo præfi-

a l vlti. de regul. iur.
b Bald. in l. vn. §. fin. autem C. de ap... Imol. ... Alex. in ... de diuisione ... Decius in l. ... lex & ...
d Somnis ... de ... oblig. l ... hoc ... feud. tit.
e §. mi... de ... l. 1. §. ... quando ... sit.
f ... & ... in l. ... in ... de lib. ...

a late Tyraq. de retract. §. 1. gloss 11. num 19 & sequent. ... c statutum 1 de præbend.
c Cornens consil. 279. in hac consultatione nu 6 vol 4. Tyraquel d. gloss. 11. nu 32.
d in c super eo 2. nu 17. de appell.
e ad d gloss. 11. nu 22.
f ad rubric de instit. & iur.
g ad regul. Cancellar. de infir. resigna. quæst. 37.
h ad consuet. Parisiens. §. 44. nu. 10.
i Carolus Molineus ad consuetud. Parisiens. in tit. 1. § 4. num. 4.
k Tyraquell. d. gloss. 11. nu 30 & 33
l Felin. in c. Quia indicante nu. 8. de præscript. Imola & alij in l Si ex duobus de duob. reis.
m gloss l 3. §. fin. de act. empt & ibi Alber. Bald. & Castren.
n Bald in d. l. Si ex duob. Cynus & alij in l. à Cuisgato C. de nupt. Alex. cons. 42. nu. 5. vol. 3. Gome. d. quæst 27.
o l Continuus § cum ita in fin de verb. obligat.

præfigitur, non computetur in termino: vt ex sententia Baldi[a], Alexandri[b], Guidonis Papæ[c], & Philippi Decij[d] tradit Carolus Molineus[e]. Potissimum quod futuri temporis à decima quarta die Septembris separatio euidentius significetur per vocem *en adelante*, hoc est deinceps immediate subiectam; quasi dictum sit *A* & *Post* decimam quartam Septembris. Ita quod alterutrum hîc fateri oporteat vere claram esse verborum significationem ad exclusionem & separationem; quod etiam probatissimum esse putamus, vel dubiam & obscuram: ad quod Aduocatus Reorum pro effundendis tenebris laborare videtur in scripturis responsionis & dupli-
7 cæ; † eoque casu obscuram orationem non contra stipulantem[a], sed secundum prædictam consuetudinem; vt dies termini à quo excludatur, interpretari oporteat; quia quilibet in dubio censetur disponere ac pacisci secundum leges vel obtinentem consuetudinem[b]. Quæ interpretatio prior & potior esse debet, eaque demum deficiente & non prius descendendum est ad eam, quæ seposita Iuris specialis consideratione fieri solet contra stipulantem. Sic quod longa illa & verbosa partis aduersæ disputatio de obscuritate pacti aduersus Actorem detorquenda hic videatur prorsus esse inutilis.

a in d l eos § fin autem. b in l. 1. si quis cautio. c decis. 270. d in d c super eo nu. 17. e d §. 44. num 2.

a l. veteribus de pact. b l. Quero §. 1 ff. locat. Alciat. de præsumpt. reg. 3. ca. 32.

SVMMARIVM.

Citatio.

1. *De citatione facta constare debet in actis per relationem apparitoris, saltem verbalem.*
2. *Creditor distrahendo bona sui debitoris, potest ipse illa emere, vt quilibet alius.*
3. *Citationis terminus circumducitur per absentiam Actoris.*
4. *Sententia rectitudo quæ transiuit in rem iudicatam præsumitur.*

CONSILIVM XXIX.

EX officio non ex oppositione aut obiectione Iacobi Abioul huius causæ Rei, domicellæ Barbaræ Malfier, Actrici mouetur difficultas, ex ea causa quod relatio nuntij seu Apparitoris de executione citationis, non videatur facta debito tempore; hoc est ante reproductas literas citatoriales, ac in exordio & primis initijs litis per quam processum est ad decretum & distractionem bonorum Ioannis Denys, & Margaretæ Malfier; inter quæ erant tria Iournalia, de quorum fructib' in hac causa quæstio est: † ideo quod 1
à tergo literarum citatorialium & commissionis dicti Apparitoris inueniatur adscripta eiusdem Apparitoris relatio sub data secundæ mensis Augusti anno 1580. cum ex notulis Actorum constet has citationis literas in iudicio reproductas esse 19. Ianuarij antecedentis, ita quod ex tam longo temporis interuallo, & præposterè facta relatio, terminum primæ citationis circumduxisse videatur, & eo circumducto omnem vlterioris processus vtilitatem impediuisse; perempta velut illa instantia, seu potius citationis effectu resoluto[a]: quasi non sufficiat realiter & vere per Apparitorem seu nuntium facta citatio, nisi post etiam factam Apparitor de illa facta Iudici relationem faciat, & faciendo in notitiam Iudicis illam deducat, vt de facta illi liqueat, & appareat; & quidem ante vlteriorem processum, & cognitionem: ita quod postea, & maxime post latam sententiam facta per Apparitorem relatio, nullius sit momenti, nec expurget vitium deficientis citationis, ex sententia Bartoli[a]: Cæterum nimis scrupulosa, si non affectata videtur huius difficultatis iniectio; cui nec ipse Reus causam aliquam præbuit: quippe in actis nusquam conspicitur, quod Reus Actrici de his tribus Iournalibus quæstionem dominij mouerit, aut nullitatem factæ executionis & distractionis horum Iournalium obiecerit; sed ex aduerso vtilitatem & validitatem illius agnoscendo ad hoc contendat, vt Actrix tanquam vera domina, & proprietaria horum fundorum, & in illis ex causa subhastationis, distractionis, & adductionis inhæredata stare debeat præcedenti suæ conductioni; ad quod Reus non contenderet, si Actrix iure proprietatis destitueretur; cui ad euitandam condemnationem eo casu sufficeret defectus iuris in Actrice, etiamsi ipse nullo iure horum fundorum fructus percepisset[b]. Vt non satis probabiliter videatur per Dominum Iudicem moueri hæc difficultas, quam pars ipsa, cuius interest, non mouet; & non tantum non mouet, sed in rei veritate non subesse satis agnoscit. Et sane pressius acta & instrumenta inspiciendo, non obscure dignoscitur defectum huius relatio-

a l & post edictum §. circumducto ff. de Iudicijs l. Diui §. recte ff de liber. causa.

a In lege si finita. §. Iulianus nu. 11 de damno infecto.

b l. vlt. C. de rei vendicati.

nis

nis nullum esse. Et ex eo quidem primum, quod ex relatione annotata in dorso primæ citationis constet, hanc relationem esse factam, non post, sed ante pronuntiationem decreti prætorij pignoris, seu iniectionis manuum in bona Ioannis Denys debitoris. Est enim relatio annotata sub data secundæ Augusti, vbi Decreti pronuntiatio facta inuenitur 24. Septembris proxime tunc sequentis: ita quod quocunque tempore ante, non post pronuntiationem Iudicis facta per Apparitorem relatio, sufficere debeat. Satis enim est ex sententia Bartoli[a], quod Iudici ante condẽnationem constet de Rei, non comparentis post legitimam citationem contumacia; & quod ob illam processerit ad sententiam seu decretum. Quod vtique Iudici aliter constare potest, quam ex Apparitoris in actis annotata, & registrata relatione; cum ad huiusmodi notitiam sufficere possit Apparitoris verbalis relatio Iudici facta; aut si aliter ex actis appareat. Et quamuis scribat esse tutius relationem Apparitoris actis inscribi, quam ea omissa processum vlteriorem periculo nullitatis subiacere: necessarium tamen id omnino esse non scribit; & necessarium non esse scribit Panormitanus[b]; ideoque sufficiat quod vel ex sola narratione Iudici constet de citatione facta, de relatione Apparitoris, & de contumacia Rei. Quo pertinet quod idem Bartolus tradit in hoc articulo[c], satis esse ad sustinendum processum, & sententiam, si Iudex in pronuntiatione, seu formula & breuiculo sententiæ, dicat visis citationibus & relationibus, & contumacia Rei, totoque processu: id quod in hac causa factum, & obseruatum fuisse satis constat, primum ex notulis actorum, ex quibus constat quod 19. Ianuarij anno 1580. in Iudicio reproductæ fuerint literæ citatoriales ad manus iniectionẽ, cum accusatione contumaciæ Rei non comparentis, & petitione decreti ex huiusmodi contumacia. Deinde ex sequente Dominorum Scabinorum decreto 24. Septembris lato; quo aperte declaratur ob non comparitionem, hoc est contumaciam Rei, hoc prætorium pignus seu manumissam decerni. Tertio ex sequentibus Magistratus literis executorialibus de 27. Septembris super hoc decreto expeditis; in quibus aperte & formaliter narratur de citatione & intimatione debite in Reum facta; item de defectu comparitionis Rei. Quarto euidentius ex literis Scabinalibus adductionis seu adiudicationis bonorum pro executione dicti decreti per subhastationem distractorum, & Actrici tanquam licitatione alios superanti addictorum, in quibus admodum formaliter narratum est de citatione Iacobi Begynemaecker Apparitoris aduersus Reum eiusque bona facta; item de defectu comparitionis, & sequente decreto; imo & formaliter de relatione dicti Apparitoris. Vt non satis percipi possit, cur scrupulum moueat deficientis relationis Apparitoris consideratio; de qua tam multis modis apparet: potissimum ex dictis literis Scabinalibus adductionis seu adiudicationis dominij ex causa manus iniectionis authoritate publica distractorum, in quibus tam euidenter fit mentio de relatione Apparitoris, virtute cuius distractionis & adductionis Actrix huius causæ peruenit ad dominium & possessionem horum bonorum, non tantum vt creditrix, sed vt
2 quilibet tertius emptor. † Cum enim creditori ex causa prætorij pignoris bona debitoris publice authoritate Iudicis distrahenti non sit vetitum, sed permissum licitatione contendere, & licitando superare, & sic bona debitoris pleno iure obtinere[a], imo nemine emere volente dominium bonorum debitoris, creditori pro credito addici, eorumque dominium impetrare possit ipse creditor[b]: nulla est dubitatio, quin authoritate Iudicis seu officij in subhastatione Rei adducentis, succedat in viam iustæ obligationis[c], & iuste possidere censeatur, qui sic authore iudice possidet[d]: vt merito illi quæstio dominij, aut alterius rei moueri non debeat. Si itaque collimando ad proximam causam acquisitionis dominij horum trium Iournalium, quæ consistit in authoritate dictæ subhastationis, licitationis, & adiudicationis, seu adductionis, quæ inuenitur per omnia solenniter facta; non potest Actrici obijci, aut moueri difficultas de defectu alicuius relationis in remotiore seu mediata causa indebite factæ executionis, etiamsi id ex rei veritate dici posset. Cum enim creditor licitando superat, vt quilibet tertius emptor, non vt creditor censetur: aliter quam cum nemine licitante, creditori pro quantite crediti bona creditoris addicuntur[e]. † Et
3 quod de circumducto citationis termino, finitaque ea ratione instantia, adducitur, rei subiectæ non conuenit: quippe circumductio termini fit non ex parte Rei sed Actoris in termino citationis non comparentis, si in eo Reus comparuerit[f]. Quod propositæ rei non congruit, in qua in die seu termino seruientis citationis Actrix non tantum non defuit cognitioni, sed formaliter per Procuratorem comparuit, literas citatoriales reproduxit, & decretum ob contumaciam Rei tunc

a in d. § Instantu. n. 18.
b In c. Quoniam contra falsam in fin. probatio.
c num. 18.

a l. cum in causa. C. si in caus. iud. pign. capt.
b l. à D. Pio. § si pignora. ff de re iudic. l. 3. C. de iur. domi. impetrand.
c l. 1. C. si in caus. iud. pig. cap. sit.
d l. iuste de acquir. possess.
e d. § si pign. l. fi. C. fin. in caus. iud. pig. cap. sit.
f d. l. & post edictum §. 1.

tunc non comparentis petijt: quæ Rei contumacia etiam sola potuit impedire occasionem & effectum circumductionis. Ita enim circumduci potest ex absentia Actoris terminus citationis, si Actore non comparente, Reus ipse comparuerit [a]: quod in proposito, Actore comparente, Reo contumaciter absente, dici non potest. † Proinde cum pro sententia Iudi- 4
cis, eiusque non tantum certitudine, sed etiam rectitudine stet iuris præsumptio [b], tunc præsertim cum sententia nulla appellatione suspensa transiuit in rem iudicatam [c]; & maxime, cum ille cui sententia nocet, aut nocere potest, illi ad vitium, aut defectum nihil obijcit, nulla in proposito videtur esse iusta, & probabilis occasio nodum in scirpo quærendi, subtiliter magis, quam ex conditione seu qualitate causæ, & ex iuris & ex æquitatis ratione seu consideratione, de facto magis, quam de iure supplendo, inquirere de validitate factæ executionis, & distractionis; de qua Reus huius causæ nihil dubitando, imo illam omnino præsupponendo, ad hoc tantum contendit, vt Actrix non obstante sua euictione, ei ex causa antecedentis conductionis stare debeat. In quo sustinendo, Reum aberrare satis aperte deduximus in præcedente nostra consultatione [a]; cui inhærentes adhuc existimamus, partes & officium Venerabilis Domini Iudicis esse, vt secundum conclusionem Actricis, sententiam dicat, sine vlla scrupulosiore reflexione oculorum in validitatem, aut inualiditatem dicti processus, ex quo bona Ioannis Denys iure prætorio distracta fuerunt; præsertim quod pro parte dicti Ioannis, nulla querela proponatur, & pro parte Rei huius causæ ex capite Henrici Denys filij dicti Ioannis proponi non possit ex causis prius satis luculenter deductis.

a d l. Et post edictum §. 1.

b c bona. 1. de elect.

c Panormitanus in c. cum inter. de re iudicat. Innocent & aly. in c. In præsentia. de renunciat. Carolus. Ruinus conf. 124 super ind. cio. nu. 1. vol 5.

a Io. VVamesius responso 313. tomo 1. sub titul de pignorib. & hypoth.

SVMMARIVM.

Citatio ad domum.

1. *Citatio quomodo fieri debeat.*
2. *Citatio ad domum quomodo fiat.*
3. *Contumacia Rei vnde causetur.*
4. *Edictum peremptorium quomodo fiat.*
5. *Absens condemnari non debet.*
6. *Contumacia absentis aliter quam damno litis punienda est.*
7. *Actus sequens præsumitur esse pro executione præcedentis.*
8. *Præsumptio delicti capienda non est.*
9. *Absentiæ causam iuramento probari posse.*
10. *Absens contumaciter pro confesso non habetur.*
11. *Contumacia ad condemnationem requirit perseuerationem.*
12. *Confessio vera longe distat à ficta confessione, ex statuto quod contumax pro confesso habeatur.*

CONSILIVM XXX.

Discussis diligenter actis in causa inquisitionis, inter Promotorem Vniuersitatis studij generalis Louaniensis; ac honestum Adolescentem Ioannem Euersvvyn velut Reum, in vno solo articulo, comperimus Promotorem omnem spem victeriæ posuisse: in allegata videlicet contumacia Rei, ob quam existimat ea omnino quæ in suis articulis contra præfatum Reum exhibitis deducta sunt, pro probatis & liquidis habenda esse. Quam spem vt euidentissime ostendamus vanam, ineptam, ac omni iuris & æquitatis rationi contrariam, principio deducemus allegationem contumaciæ falsam, præsumptionemque ex ea conceptam per Dominum Rectorem friuolam, & per contrariam veritatis probationem elisam esse. † 1
Hoc enim in primis euidentissimum est Reum vel in propriam personam, vel ad domum habitationis eiusdem, si persona apprehendi nequit, citandum esse [a]. Quod etsi à quibusdam in dubium vocetur; in hac tamen causa dubitationem non habet, ex eo quod Dominus Rector velut ordine quodam obseruando decreuit vt Reus ad propriam personam, si reperiri posset, vel ad domum habitationis si ibi esset, vel nouissime per literas ad valuas citaretur, vt constat tam ex termino nouissime seruato, quam ex literis citatorialibus, per ipsum Rectorem decretis. Executio autem citationis secundum formam huiusmodi decreti minime facta fuit. Constat enim tam ex relatione Bedelli, quam ex relatione Toussani in dorso literarum citatorialium scripta, quod citatio facta sit ad personam M. Gysberti Leyden, & Arnoldi Dyrix; nec non cuiusdam Gysberti & Iacobi in domo dicti Leyden habitantium;

a Glossa in c. Cum causam de dol. & cont. Innocent. in c. fin de eo qui mitt. in poss.

tium; & ex depositione tertij testis Reum
cohabitasse M. Iacobo Fremault. Vnde
cum citatio facta non sit ad domum habi-
tationis Rei, iuxta decretum domini;
certum est quod non potuit peruenire per
citationem ad valuas; quia verba commis-
sionis censentur prolata secundum ordi-
nem iuris[a]. † Deinde cum non constat ex 2
actis aut relatione Bedelli aut alterius
notarij, quod discussione personæ præce-
dēte facta fuerit citatio valuis affixa, cen-
seri debet citatio nulla: nam vt aperte tra-
didit Bartolus[b] in relatione notarij hoc
specialiter addendum, quod diligenter
inquisitus Reus in domo habitationis, re-
periri non potuerit: cuius doctrinam se-
quitur practica Petri de Ferrarijs[c]. Nec
hic excusabit Promotorē relatio Bedelli
qua retulit Gysbertum Leyden & Arnol-
dum Dirix respondisse, quod Reus à Lo-
uanio recessisset: nam negatio aut asseue-
ratio alterius, alteri vt non adfert cōpen-
dium, ita nec dispendium; maxime quod
vt testes illud non deponunt; quippe ne-
que citati neque iurati fuerunt[d]. Porro vt
recte ordo ille à Bartolo & alijs traditus
fuisset hic seruatus; adhuc tamen nemo re-
cte dixerit duas citationes per edictum ad
valuas contra Reū factas, rite & legitime
factas esse; ad eum scil. finem & effectum,
quem Promotor ex ijs elicere conatur; ex-
tremam scil. contumaciam Rei, & propter
contumaciam pœnam confessi siue conui-
cti. † Hoc enim certissimum est ad veram 3
contumaciam Rei citati non comparentis
ab initio perueniri non posse, nisi trina ci-
tatio præcesserit, aut primæ citationi effe-
ctus peremptorij fuerit insertus[e]: maxime
in criminalibus & odiosis[f]. Ad quod facit
quod tradit Panormitan[g], quod in odio-
sis vna citatio nunquam sufficiat; & quod
tradit Baldus[h], quod vbi statuto caue-
tur quod contumax habeatur pro confes-
so, quod plane requiratur trina citatio. Cū
igitur nulla firma citationis ex tribus in
literis citatorialibus insertis, ter obserua-
ta aut facta fuerit, sequitur Reum hunc in
contumacia nō potuisse constitui. De dua-
bus prioribus formis patet, quia nusquam
ex actis patet personam Rei apprehensam,
aut ad domum suæ habitationis; scilic. ad
domum M. Iacobi Fremault executionem
citationis fuisse factam; vt supra etiam di-
ctum est. De tertia item euidentissime pa-
tet, quia ex actis constat tantum de dua-
bus citationibus per edictum ad valuas
factis, de tertia nusquam apparet. At nec
duæ illæ rite & legitime factæ fuerunt,
cum non decem dies, vt olim obtinebat[l],
& vt nunc triginta[k] inter primam citatio-
nem & secundam intercesserint, sed vix se-
ptem: vt constat ex collatione vtriusque
4 relationis notarij. † Parum autem mo-
uet, si quis ex clausula dictis literis inser-
ta; hac scilicet, quod si prædictus citatus
in prædicto citationis termino comparue-
rit, siue non, nos nihilominus contra eum
tanquam rebellem, inobedientem; & in-
corrigibilem ad vlteriora ac ad dictorum
excessuum pro conuicto declarationem
procedemus & procedere curabimus iu-
stitia mediante, &c. existimet dictæ cita-
tioni vim peremptorij inesse. Author e-
nim est Bartolus[a], huiusmodi formula
verborum non contineri vim perempto-
rij. Et quamuis id plerique in dubium re-
uocent: hic tamen dubitatione caret. Ex
eo enim quod Iudex bis iusserit valuis af-
figi has literas citatoriales, apertissime
deprehenditur illius voluntatem non fuis-
se, vt vim peremptorij huiusmodi literæ
continerēt: non enim nouum est quod po-
steriora declarent antecedentia[b]. Et licet
dicta clausula videatur vim peremptorij
continere; quia tamen Iudex id noluit, vt
diximus, non poterimus hic aliam inter-
pretationem sequi, quam vt simplex tantū
edictum contineat vtraq; citatio. Nam qui
aliud dicit quam vult, neq; id dicit quod
vox significat[c]; cum etiam in dubia Iudicis
voluntate, ea potius sequenda sit interpre-
tatio, quæ Reo minus obest, quæq; per se
benignior est[d]. Et vt dicta clausula dica-
tur vim peremptorij obtinere; nō tamē re-
cte priori citationi inserta est: neque enim
temere & ex abrupto Iudex statim ad edi-
ctum peremptoriū vt vnum sit pro omni-
bus, prosilire debet, sed certis gradibus qui
præscribuntur à I. C. procedere eum o-
portet[e]. Neque vlla à Promotore in actis
allegatur causa ob quam omissis duobus
prioribus edictis, statim ab initio vnum
pro omnibus decernere debuerit Iudex[f].
Vnde duo simplicia tantum edicta dici-
mus in hac causa proposita, & minime ter-
tium. Et denique traditum est ex Docto-
rum sententia in criminalibus causis hu-
iusmodi trinas citationes formaliter re-
quiri. Quando igitur paria sunt non cita-
tum fuisse Reum, aut citatum sed vitiose,
& non legitime[g]; sequitur vt non citato
Reo, nulla illius contumacia prætendi
posset, ita nec vitiose illo citato. Porro vt
concedamus (sine præiudicio veritatis)
peremptoriū edictum aduersus Reum de-
cretū fuisse; non potest tñ hic non apparere
dolus, calliditas, & versipellis animus
ipsius Promotoris: qui cum sentiret Reum
Louanij agere primum distulit post vulnus
Iudoco ab alio inflictum, petere sibi de-
cerni citationem contra Reum: deinde
post aliquod tempus petito & impetrato
decrēto

a arg. l. si stipulatus ff. de vsur. l. Gallus §. quidam recte de lib. & posth.
b in l. 4. §. Præter ff. d. dam. infect.
c In forma respons. Rei in termino.
d ...iurisiurandi C. de ...lib.
... tres denunciat. C. ...modo & ...vndo Iu...
e l. ad peremptorium ... quinque ... sequent. ...iud.
f ...tinus in l. ...de requir. ...Felin. in ...fuluit. ...c. Iud. ...
g ...c. Sacer... ...ac cler. ...onach.
h ...c. 2. de ...coger. d. ...recepta. ...e const.
... Fe...d. c. ...iie ...rtio
... ter...ff.
... ...ent. ...: ...is.

a in l. si finita §. Iulianus ff. de damno infecto.
b l. Qui res §. rem autem de solut.
c l. 3. de reb. dub.
d l. fauorabiliores ff. de reg. iur.
e d. l. Ad peremptorium cum sequen.
f l. nonnunquam ff. de iudicijs.
g arg. l. Quoties Qui satisd. cog.

decreto citationis, nondum curauit illud
in Reum præsentem executioni mandari;
sed tunc demum valuis affigi iussit cum
certo sciret Reum abijsse; eo scilicet præ-
textu, quod alicuius criminis suspitione
aufugisset. Ex depositione autem testis ex
ordine tertij & quarti constat Reum post
vulnus Iudoco inflictum per sex vel septẽ
dies Louanij mansisse. Sed nunc progre-
diamur ad inquisitionem, num decretum
Iudicis quo declarauit Reum pœnam con-
uicti incidisse, firmitatem aliquam habeat.
† Et profecto parum distat hæc interlo- 5
cutio Iudicis à condemnatione, quam in
criminalibus contra absentes fieri iniquis-
simum est[a], nisi per meram contumaciam
absit[b]. † Quo quidem casu traditum est 6
more priuatorum iudiciorum faciendam
esse condemnationem[c]. Mos autem pri-
uatorum iudiciorum est, vt contumacia
absentis alio modo non puniatur quam pe-
riculo litis[d]. Sed cum satis aperte probatũ
sit per tertium & quartum testes, Reum ex
iusta, probabili, ac necessaria causa absfuis-
se eo tempore quo prædicta interloquu-
toria contra eum lata est, & quo huiusmo-
di citationes ad valuas factæ sunt; ita
quod earum scientia ad notitiam Rei in
patriam profecti, & quæ longe hinc distat,
vtpote in VVestphalia peruenire non po-
tuerit, sequitur eum nec contumacem fuis-
se, nec firmitatem aliquam habere quæ
contra eum lata sunt decreta. De prio-
re patet. Cum enim contumacia dolo ca-
rere nequeat, & species delicti sit, sequitur
absentiam Rei, quæ bona fide contigit,
nullo consilio ineundæ fugæ, propter ali-
quod delictum perpetratum, aut vlla cõ-
scientia alicuius delicti commissi præce-
dente, quæ omnia à dolo sunt aliena, ab
omni plane contumacia Reum excusare.
Quod autem conscientia delicti se non
absentauerit satis probant dicti duo te-
stes. † Cum enim ea quæ præcedunt a- 7
ctum, declarent intentionem agentis, nõ
minus quam sequentia & concomitantia,
(qui locus Rhetorum est[e]) & præsumatur
actus sequens factus in executionem tra-
ctatus seu propositi præcedentis[f], & per
dictos testes probatum sit Reum diu an-
tequam vulnus Iudoco inflictum esset, se
penuria pecuniæ reuocari, & velle abire
in patriam; præsumendum est quod ob il-
lam causam, & minime ob vllam criminis
suspitionem abierit. † Nunquam enim 8
præsumptio delicti capienda est, sed actus
præsumendus est licitus[g]. Et huc facit
quod tradunt Baldus & Iason[h], quod con-
silium cum possit se habere ad bonum, &
ad malum interpretari debeat in melio-
rem partem. Adiuuat autem & illud plu-

a l. absentem ff. de pœn. l. absentem C. de accusat.
b d. l. absente ff. de pœnis.
c d. l. absentẽ vers. sed secundum morem priuatorum iudiciorum.
d l. properandum C. de iud.
e d. l. Qui res §. rem autẽ.
f l. 3. §. vnde quæri poterit de manumis. l. Qui in aliena §. si is qui putabat ff de acquir. hered. & ibi Doct.
g l. merito ff pro socio.
h l. 1. C. de seruis fugit.

rimum hanc exclusionem contumaciæ &
doli; quod Reus abierit ante vllam cita-
tionem per Promotorem factam; & quod
Promotor omnia ista fieri procurauerit
absente & in patriam profecto Reo. De
posteriore apertissima extant Imperato-
rum rescripta[a] cuius quidem legis penul-
timæ verba, quod ad hanc causam nata
videatur lubet hic adscribere: Cum non
voluntatis tuæ (inquiunt Imperatores)
arbitrio sed necessitate profectus sis quic-
quid contra te absentem statutum fuerit,
quando absentiæ causa necessaria fuit, of-
ficere tibi Iuris ratio non permittit. Vn-
de cum hic constet per duos testes Reum
ex necessaria & probabili causa absfuisse;
non debet tanquam contumax haberi pro
conuicto, sed probata legitima absentiæ
causa, restitui debet aduersus dictam in-
9 terlocutoriam[b]. † Et si forte Iudici non
satis videbitur probata causa legitimæ
absentiæ per dictos duos testes, prout ta-
men ijdem id satis probant; officium eius
erit Reo deferre in hoc articulo iusiuran-
dum, per quod Panormitanus dicit pro-
bari causam absentiæ[c]. Nouissime etsi de-
stitui quis dicat Reum omnibus prædi-
ctis remedijs, & verum sit eum fuisse cõ-
tumacem, & propter illius contumaciam
haberi potuisse pro confesso: adhuc tamen
falsum erit Reum obnoxium esse delicto
imposito. Quod vt doceamus generalia
aliquot capita, tam ex legibus quam Do-
10 ctorum traditionibus hic adducemus. †
Primo nullo iure traditur eum qui per
contumaciam absens est, haberi pro con-
fesso; vt aperte tradit Panormitanus[d], &
satis indicat Bartolus[e]. Vt nec sola fuga
Rei facit plenam probationem malefi-
11 cij[f]. † Secundo quod contumacia non
sufficit ad condemnationem, nisi in ea fue-
rit perseueratum[g], quodque sola contu-
macia non sit plena probatio de delicto,
sed quod de crimine constare debeat per
probationes legitimas. Quod cum in ci-
uili causa traditum legamus[h], multo ma-
gis in criminali, in qua debent probatio-
nes luce meridiana clariores esse[i], obtine-
12 re debet[k]. † Tertio quod stante statuto,
quod contumax habeatur pro confesso,
adhuc tamen longe distabit ab eo, qui ve-
re confessus est; nam inducet duntaxat cõ-
fessionem tãquam præsumptionem quan-
dam, prout interlocutoria Domini Re-
ctoris satis indicat. Illud autem constat
nullam esse præsumptionem cui non recte
opponatur probatio veritatis[l]. Quibus
præmissis sequitur hoc casu, plane absol-
uendum esse Reum; ex vulgata regula,
Actore non probante Reum debere ab-
solui[m]: maxime cum Reus si modo in
vlla

a l. a. quæ & l. penult. C. quomodo & quando iudex.
b c. Cum Bertoldus de sentent. & re iudica.
c in c. ex literis de restitut. in integ. & in c. Sæpe contingit de appella.
d in c. veritatis. nu. 19. de dolo & contumacia.
e in l. absentẽ ff de pœnis.
f l. lege Cornelia & ibi Bartol. ff ad Syllanian.
g Panormit. in c. 1. de iudicijs
h authent. Quod semel C. quomodo & quando.
i l. vlt. C. de probat.
k Bartolus d. l. absentem ff. de pœnis.
l l. Optimam C. de contrah. & committẽ. l. 1. C. de fide instrum. & iur. hasta fiscal. li. 10. l. generali C. de non numera. pecu. l. vlt ff. quod met. causa.
m c. fin. de iureiur. cum similib.

vlla contumacia fuit (prout non) in ea non perstiterit; sed cautionem de sistendo iudicio præstiterit prout etiam huc vsq; stetit. Deinde cum dixerimus iure communi nusquam traditum esse, contumacem pro confesso esse, quamuis ex Bartoli & aliorum sententia huiusmodi statutum bene valeat; nusquam tamen ex actis constet in Vniuersitate Louaniensi tale statutum factum esse. Non potuit igitur aduersus iuris constitutionem Dominus Rector interloqui Reum velut contumacem pro confesso esse sine vitio nullitatis[a]. Neque audiendus erit iterum Promotor, si forte fiducia dictæ interlocutoriæ existimabit præsumptionem aduersus Reum esse, & ob id sibi in supplementum probationis iuramentum deferendum.

a *l. Prases de re iudic. cum simil.*

SVMMARIVM.

Citatio ad actum.

1. *Præcipitatio est nouerca iustitiæ.*
2. *Sententia sine probationibus lata an sit nulla?*
3. *Sententia petitioni non conformis nulla est.*
4. *Summæ maiori an insit minor.*
5. *Expensarum condemnatio propter plus petitionem.*
6. *Mulctam dicere quis potest.*
7. *Procurator ac rationalis Principis mulctare non potest.*
8. *Testimonia sunt nulla propter defectum citationis.*
9. *Arboribus demortuis substituenti nouas deberi.*
10. *Citatio requiritur ad visitationem cuiusque actus præiudicialis.*

CONSILIVM XXXI.

Præcipitata est cognitio Dominorum Iudicum Telonij Regiæ Maiestatis in oppido Louaniensi, quam adhibuerunt causæ, quæ coram eis pendet, inter D. Ioannem Faure rationalem seu Receptorem suæ Maiestatis in quarterio oppidi Louaniensis, Actorem; & Arnoldum Loenis Reum, † & ex præcipitatione, (vt ple- 1
rumque fieri solet, quia præcipatio nouerca iustitiæ dicitur[a], adeo vt nullitas sententiæ, etiam in Principe sic ius dicente induci soleat[b]) iniusta sententia secundum Actorem contra Reum pronuntiata est. † Constat enim ex Actorum inspe- 2
ctione, quod substantialia iudiciorum hic non sint obseruata, & præsertim quoad probationes, ad quas faciendas Reus post suam oblationem de probando admissus non est per acceleratam, & præcipitatam hanc pronuntiationem horum Iudicum: cum tamen Actor paulo ante hanc pronuntiationem aperte consenserit, quod Reus, si vellet, testes producere posset; sententia autem, quæ non receptis per Iudicem probationibus, si pars litigans illas offert, non tantum sit iniusta[c]; sed etiam vt plerique putant nulla: sic quod prouocatio, quam Reus ad hoc reformationis iudicium facit, vel ex hoc solo capite sit optime fundata; non obstante quod in prætacta sententia hoc quoque contineatur, quod causa tunc in eo statu fuerit, quod sine vlterioribus probationibus definitiue in ea pronuntiari potuerit. Nam ea in parte aberrant, & Reum grauant dicti Iudices, cum pro parte Rei multa in facto consistentia proposita fuerint, quæ Actor negauit, quæq; probata Actoris intentionem plane erant subuersura: & inter cætera illud, quod tempore quo Reus Vineam conductam reliquit ad finem suæ conductionis, illam palis, & pedamentis bene instructam reliquerit, in qua allegatione consistit tota causa con-
3 uentionalis. † Vltra quam considerationem nullitatis & iniustitiæ ex imperfectione Actorum, & obseruatione eorum, quæ ad iudicij, si non essentiam seu substantiam, saltem de ordine iustitiæ iudicij sunt; alijs quoque ex causis nullitas, aut saltem iniustitia dictæ sententiæ, & iustitia prouocationis demonstratur. Primum ex eo, quod Actor pænali iudicio egerit, & concluserit ad pœnam quinque florenorum pro singulis millibus palorum, in quibus substituendis loco veterum & confractorum, dicit Reum negligentem, & in mora fuisse; super qua Actoris petitione sententia non est pronuntiata; sed tantum super vero pretio dictorum palorum; condemnando Reum Actori, vt pro singulis millibus soluat, seu ex nantizata pecunia vigore prouisionalis sententiæ Actori in solutum relinquat duos florenos cum 17. stuferis: quod pretium Actor in nulla parte huius litis, aut Actorum petijt. Ita vt cum sententia petitioni conformis non sit; hoc est egre-

[left margin notes, partly cut off:] l. Pasto- § veri- d. re- F. lin. Eccl. sa- Maria- ts de- ... Tum ex- de- ... 204. ... the- ... 3. ... imcra- 73. ... de- d. cis. ... 295.

decreto citationis, nondum curauit illud in Reum præsentem executioni mandari; sed tunc demum valuis affigi iussit cum certo sciret Reum abijsse; eo scilicet prætextu, quod alicuius criminis suspitione aufugisset. Ex depositione autem testis ex ordine tertij & quarti constat Reum post vulnus Iudoco inflictum per sex vel septē dies Louanij mansisse. Sed nunc progrediamur ad inquisitionem, num decretum Iudicis quo declarauit Reum pœnam conuicti incidisse, firmitatem aliquam habeat.
† Et profecto parum distat hæc interlo- 5
cutio Iudicis à condemnatione, quam in criminalibus contra absentes fieri iniquissimum est[a], nisi per meram contumaciam
absit[b]. † Quo quidem casu traditum est 6
more priuatorum iudiciorum faciendam esse condemnationem[c]. Mos autem priuatorum iudiciorum est, vt contumacia absentis alio modo non puniatur quam periculo litis[d]. Sed cum satis aperte probatū sit per tertium & quartum testes, Reum ex iusta, probabili, ac necessaria causa abfuisse eo tempore quo prædicta interloquutoria contra eum lata est, & quo huiusmodi citationes ad valuas factæ sunt; ita quod earum scientia ad notitiam Rei in patriam profecti, & quæ longe hinc distat, vtpote in VVestphalia peruenire non potuerit, sequitur eum nec contumacem fuisse, nec firmitatem aliquam habere quæ contra eum lata sunt decreta. De priore patet. Cum enim contumacia dolo carere nequeat, & species delicti sit, sequitur absentiam Rei, quæ bona fide contigit, nullo consilio ineundæ fugæ, propter aliquod delictum perpetratum, aut vlla cōscientia alicuius delicti commissi præcedente, quæ omnia à dolo sunt aliena, ab omni plane contumacia Reum excusare. Quod autem conscientia delicti se non absentauerit satis probant dicti duo te-
stes. † Cum enim ea quæ præcedunt a- 7
ctum, declarent intentionem agentis, nō minus quam sequentia & concomitantia, (qui locus Rhetorum est[e]) & præsumatur actus sequens factus in executionem tractatus seu propositi præcedentis[f], & per dictos testes probatum sit Reum diu antequam vulnus Iudoco inflictum esset, se penuria pecuniæ reuocari, & velle abire in patriam; præsumendum est quod ob illam causam, & minime ob vllam criminis
suspitionem abierit. † Nunquam enim 8
præsumptio delicti capienda est, sed actus præsumendus est licitus[g]. Et huc facit quod tradunt Baldus & Iason[h], quod consilium cum possit se habere ad bonum, & ad malum interpretari debeat in meliorem partem. Adiuuat autem & illud plurimum hanc exclusionem contumaciæ & doli; quod Reus abierit ante vllam citationem per Promotorem factam; & quod Promotor omnia ista fieri procurauerit absente & in patriam profecto Reo. De posteriore apertissima extant Imperatorum rescripta[a] cuius quidem legis penultimæ verba, quod ad hanc causam nata videatur lubet hic adscribere: Cum non voluntatis tuæ (inquiunt Imperatores) arbitrio sed necessitate profectus sis quicquid contra te absentem statutum fuerit, quando absentiæ causa necessaria fuit, officere tibi Iuris ratio non permittit. Vnde cum hic constet per duos testes Reum ex necessaria & probabili causa abfuisse; non debet tanquam contumax haberi pro conuicto, sed probata legitima absentiæ causa, restitui debet aduersus dictam in-
9 terlocutoriam[b]. † Et si forte Iudici non satis videbitur probata causa legitimæ absentiæ per dictos duos testes, prout tamen ijdem id satis probant; officium eius erit Reo deferre in hoc articulo iusiurandum, per quod Panormitanus dicit probari causam absentiæ[c]. Nouissime etsi destitui quis dicat Reum omnibus prædictis remedijs, & verum sit eum fuisse cōtumacem, & propter illius contumaciam haberi potuisse pro confesso: adhuc tamen falsum erit Reum obnoxium esse delicto imposito. Quod vt doceamus generalia aliquot capita, tam ex legibus quam Do-
10 ctorum traditionibus hic adducemus. † Primo nullo iure traditur eum qui per contumaciam absens est, haberi pro confesso; vt aperte tradit Panormitanus[d], & satis indicat Bartolus[e]. Vt nec sola fuga Rei facit plenam probationem malefi-
11 cij[f]. † Secundo quod contumacia non sufficit ad condemnationem, nisi in ea fuerit perseueratum[g], quodque sola contumacia non sit plena probatio de delicto, sed quod de crimine constare debeat per probationes legitimas. Quod cum in ciuili causa traditum legamus[h], multo magis in criminali, in qua debent probationes luce meridiana clariores esse[i], obtine-
12 re debet[k]. † Tertio quod stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, adhuc tamen longe distabit ab eo, qui verè confessus est; nam inducet duntaxat cōfessionem tāquam præsumptionem quandam, prout interlocutoria Domini Rectoris satis indicat. Illud autem constat nullam esse præsumptionem cui non recte opponatur probatio veritatis[l]. Quibus præmissis sequitur hoc casu, plane absoluendum esse Reum; ex vulgata regula, Actore non probante Reum debere absolui[m]: maxime cum Reus si modo in

vlla

a l. absentem ff. de pœn. l. absentem C. de accusat.
b d. l. absente ff. de pœnis.
c d. l. absentē vers. sed secundum morem priuatorum iudiciorum.
d l. properandum C. de iud.
e d. l. Qui res §. rem autē.
f l. 3. §. unde quæri poterit de manumis. l. Qui in aliena §. si is qui putabat ff de acquir. hered. & ibi Doct.
g l. merito ff pro socio.
h l. 1. C. de seruis fugit.

a Lex quæ & l. penult. C. quomodo & quando iudex
b c. Cum Bertoldus de sentent. & re iudica.
c in c. ex literis de restitut. in integ. & in c. Sæpe contingit de appella.
d in c. veritatis. nu. 29. de dolo & contumacia.
e in l. absentē ff de pœnis.
f l. lege Cornelia & ibi Bartol. ff ad Syllan.
g Panormit. in c. 1. de iudicijs
h authent. Quod semel C. quomodo & quando.
i l. vlt. C. de probat.
k Bartolus d. l. absentem ff. de pœnis.
l l. Optimam C. de contrah. & committē. l. 1. C. de fide instrum. & iur. hastæ fiscal. li. 10. l. generali C. de non numerat. pecu. l. vlt ff. quod met. causa.
m c. fin. de iureiur. cum similib.

vlla contumacia fuit (prout non) in ea non perstiterit; sed cautionem de sistendo iudicio præstiterit prout etiam huc vsq; stetit. Deinde cum dixerimus iure communi nusquam traditum esse, contumacem pro confesso esse, quamuis ex Bartoli & aliorum sententia huiusmodi statutum bene valeat; nusquam tamen ex actis constet in Vniuersitate Louaniensi tale statutum factum esse. Non potuit igitur aduersus iuris constitutionem Dominus Rector interloqui Reum velut contumacem pro confesso esse sine vitio nullitatis[a]. Neque audiendus erit iterum Promotor, si forte fiducia dictæ interlocutoriæ existimabit præsumptionem aduersus Reum esse, & ob id sibi in supplementum probationis iuramentum deferendum.

a l. Præses de re iudic. cum simil.

SVMMARIVM.

Citatio ad actum.

1. *Præcipitatio est nouerca iustitiæ.*
2. *Sententia sine probationibus lata an sit nulla?*
3. *Sententia petitioni non conformis nulla est.*
4. *Summæ maiori an insit minor.*
5. *Expensarum condemnatio propter plus petitionem.*
6. *Mulctam dicere quis potest.*
7. *Procurator ac rationalis Principis mulctare non potest.*
8. *Testimonia sunt nulla propter defectum citationis.*
9. *Arboribus demortuis substituenti nouas deberi.*
10. *Citatio requiritur ad visitationem cuiusque actus præiudicialis.*

CONSILIVM XXXI.

PRæcipitata est cognitio Dominorum Iudicum Telonij Regiæ Maiestatis in oppido Louaniensi, quam adhibuerunt causæ, quæ coram eis pendet, inter D. Ioannem Faure rationalem seu Receptorem suæ Maiestatis in quarterio oppidi Louaniensis, Actorem; & Arnoldum Loenis Reum, † & ex præcipitatione, (vt plerumque fieri solet, quia præcipatio nouerca iustitiæ dicitur[a], adeo vt nullitas sententiæ, etiam in Principe sic ius dicente induci soleat[b]) iniusta sententia secundum Actorem contra Reum pronuntiata est. † Constat enim ex Actorum inspectione, quod substantialia iudiciorum hic non sint obseruata, & præsertim quoad probationes, ad quas faciendas Reus post suam oblationem de probando admissus non est per acceleratam, & præcipitatam hanc pronuntiationem horum Iudicum: cum tamen Actor paulo ante hanc pronuntiationem aperte consenserit, quod Reus, si vellet, testes producere posset; sententia autem, quæ non receptis per Iudicem probationibus, si pars litigans illas offert, non tantum sit iniusta[c]; sed etiam vt plerique putant nulla: sic quod prouocatio, quam Reus ad hoc reformationis iudicium facit, vel ex hoc solo capite sit optime fundata; non obstante quod in prætacta sententia hoc quoque contineatur, quod causa tunc in eo statu fuerit, quod sine vlterioribus probationibus definitiue in ea pronuntiari potuerit. Nam ea in parte aberrant, & Reum grauant dicti Iudices, cum pro parte Rei multa in facto consistentia proposita fuerint, quæ Actor negauit, quæq; probata Actoris intentionem plane erant subuersura: & inter cætera illud, quod tempore quo Reus Vineam conductam reliquit ad finem suæ conductionis, illam palis, & pedamentis bene instructam reliquerit, in qua allegatione consistit tota causa conuentionalis. † Vltra quam considerationem nullitatis & iniustitiæ ex imperfectione Actorum, & obseruatione eorum, quæ ad iudicij, si non essentiam seu substantiam, saltem de ordine iustitiæ iudicij sunt; alijs quoque ex causis nullitas, aut saltem iniustitia dictæ sententiæ, & iustitia prouocationis demonstratur. Primum ex eo, quod Actor pænali iudicio egerit, & concluserit ad pœnam quinque florenorum pro singulis millibus palorum, in quibus substituendis loco veterum & confractorum, dicit Reum negligentem, & in mora fuisse; super qua Actoris petitione sententia non est pronuntiata; sed tantum super vero pretio dictorum palorum; condemnando Reum Actori, vt pro singulis millibus soluat, seu ex nantizata pecunia vigore prouisionalis sententiæ Actori in solutum relinquat duos florenos cum 17. stuferis: quod pretium Actor in nulla parte huius litis, aut Actorum petijt. Ita vt cum sententia petitioni conformis non sit; hoc est egrediatur

a Cle. Pastorale. § verũ quis de re iudic. Felin. in c. Eccl sã sanctæ Mariæ nu 35 de constitut.
b c. Tum ex literis. de testib. 10 in 23 Bald cons 104. longum thema nu. 3. vol 3.
c Bellamera decis. 73. Matthæus de afflictis decis. Neapolita. 97. Decius consil. 295. In causa istorum.

Margin numbers: 1 (beside "nis Reum, † & ex præcipitatione"), 2 (beside "est. † Constat enim"), 3 (beside "uentionalis. † Vltra quam").

diatur terminos eius, quod in iudicium deductum est, & alterius rei, quam quæ petita est, condemnationem contineat, vitium nullitatis secum trahat[a]. † Et si forte 4
dici posset, quod huic insit pretium palorum, vt in plerisq; alijs pænalibus actionibus[b]; quod eo respectu dici posset, quod virtualiter quoq; ipsum pretium palorum per Actorem petitum sit, & sic super eo solo ferri potuerit sententia[c], cum maiori summæ insit minor etiam in iudicijs & libellis[d]: tamen quia Actor in libello de palorum æstimatione & pretio mentionem non fecit, censebitur hoc totum quod petijt, pro pæna petijsse; ita vt super pæna, quæ sola proposita est, non super rei persecutione; hoc est, æstimatione, quæ proposita non est, ius dicendum fuerit. † Deinde 5
vt rei persecutio, hoc est æstimatio palorũ in hac pæna contineatur; vt illa scil. vt minimũ per maioris summæ petitionem petita dici posset: iniqua tamen est dictorũ dominorum Iudicum sententia; ea saltem in parte, qua Reũ condemnarunt in omnes expensas litis; in quibus propter maioris summæ petitionem, vel Actor solus condemnari debebat[e]; vel saltem expensarum fieri compensatio. Nam regula, quod vict' victori in expensas condemnari debeat[f], æqua portione vtrimque, & tam pro parte, quam toto seruari debet; hoc est, vt quemadmodum qui in tota causa succumbit, siue Actor, siue Reus omnes litis expensas vincenti debeat restituere: ita quoque pro parte, qui pro parte succumbit, alteri' partis condemnatione in alteram partem reiecta; vnde induci solet compensatio[g]. Cũ igitur hæc sententia contineat condemnationem pro parte; scilicet quoad æstimationem palorum in duobus florenis cum septendecim stuferis; & in alia parte absolutionem eius quod pro pæna scilicet petitum est vsq; ad quinq; florenos in singula millia palorum; & sic Reus tam absoluatur, quam condemnetur; iniqua saltem ea in parte est sententia, quæ eum omnib. expensis subijcit: præsertim quod supra modum magna sit Actoris petitio quoad pænam, quam non continet instrumentum locationis, & conductionis harum vinearũ: neq; etiam vt Actor fatetur leges & conditiones à Camera computus præscriptæ ad quas fit relatio in dicta locatione, & quam Actor ipse iurisdictione & authoritate hac carens ad suum proprium emolumentum constituere non potuit; potissimũ sine figura & forma iudicij extraiudicialiter: cum satis sit Reum ex natura huius contractus obstringi ad damna, & interesse locatoris, si lex contractus non seruetur[h].
† Et quod Actor allegat, quod ratione of- 6
ficij sui talem pænam seu mulctam dicere possit, veritate facti & iuris destituitur; nã dicendæ mulctæ potestas & ius eorum est tantum, quibus adiudicatio data est[a], &
7 qui iurisdictioni publicæ præsunt[b]. † Iurisdictionem autem aut imperium non habere procuratores seu rationales Principis constat, & specialiter iure constitutum est, quod huiusmodi rationalibus Principis mulctæ indicendæ ius non sit[c]. Ita vt Actor egrediendo limites suæ potestatis, loco priuati se constituat, & mala fide non tantum ad indicendum, sed etiam iudicio exigendum mulctam seu pænam descenderit, ideoque merito omnes litis expensas ipsemet ferre debuerit. Sed nec hic in sola expensarum condemnatione concluditur dictæ sententiæ iniquitas, si superius deducta nullitas non subsistit: nam & qua parte Reus condemnatur ad prætactam palorum æstimationem, iniquitate laborat. In primis ob id quod non sit probatum, quod Actori tantum absit, aut tot palos eo pretio emerit, & in vineis istis substituere ac iniungere debuerit. Etsi enim Actor exhibuerit declarationem quandam, per quam instante Actore declarat Iudocus Carpentiers se tradidisse Franconi Rouuoet vndecies mille, centum, & quinquaginta palos pretio duorum florenorum septendecim stuferorum pro singulis millibus; quam traditionem prædictus Franco declarat se recepisse, & dictos palos dictis vineis iniunxisse: eorum tamen huiusmodi declaratio, quamuis coram aliquot ex Iudicibus telonarijs facta, effectum probandi aduersus Reum
8 non habet. † Primo ex eo, quod huiusmodi testium receptio facta sit lite pendente, extra formam iudicij, non præcedente totius consistorij commissione, nec dato seu assignato termino ad probandum[d]. Secundo quod Reus non sit citatus ad huiusmodi testium productionem; ex quo defectu etiam testimoniorum iudicialium effectus corruit[e]. Tertio quod hi duo testes iniurati sint; testes enim sine iuramento testificantes nullam fidem merentur[f]. Quarto quod quamuis hi duo sint concordes & contestes quoad traditionem & receptionem; sunt tamen in alijs singulares, & sic nihil probantes[g]: in hoc videlicet, quod Iudocus solus declaret pretium horum palorum, & Franco solus quod hos palos vineis iniunxerit; ita vt neutri credendum sit, & omnium minime dicto Franconi, qui ad emolumentum suum deponit, & ad propriam exonerationem quatenus dicit se illos palos dictis vineis iniunxisse[h], quos pro maxima parte sibi retinere, aut citra necessi-

a l. vt fundus ff. communi diuidu. l. vlt. C. de fideicommiss. libert.
b l. si cum exceptione. §. sed etsi quis. & § Iulian. de eo quod met. causa.
c Bald. in d. l. vlt & in l. etsi fuerint C. ex quibus caus. infa. irrog.
d DD. in l. 1. § si stipulanti. de verbor. obliga.
e §. sed hoc quid in Inst. de actio.
f l. properandum § sin autem alterutra C. de Iudicijs.
g In authen. de Iudicibus §. oportet autem.
h l. si merces. §. conductor ff. loca.

a l. aliud fraus est §. inter mulctã. de verbor. signif.
b l. 2 ff. Si quis in ius voca. non ier.
c l. Procuratores C. de modo mulct.
d Bart. in l. fin. ff. de quæst.
e c. 2. de testib. l. Iudices. C. de fide instru.
f l. iurisiurandi C. de testib.
g d. l. iurisiurandi l. maritus ff. de quæstio.
h l. omnibus. C. de testi. l. nullus ff. eod. tit. Bald. in c. 1. de capitulis Corradi.

necessitatem vincis iniunxisse potuit, vt veteres palos sibi haberet, & Reum maioribus expensis afficeret; suborta quadam inter eum & dictum Reum inimicitia ex eo, quod Reum id non expectantem ex hac conductione, per aliam conductionem expulerit. Quæ consideratio antiquorum palorum etiam aliquid facit ad petitionis, quam Actor proponit, iniquitatem, cum in omnem euentum antiqui, & iam vsu vel diminuti vel inutiles facti pali, Reo obligato ad substitutionem veterum cedere debuerint. 9 † Ita enim seruatur in his, qui in demortuarum arborum locum alias substituere, & quasi boni viri, ac patresfamilias fundis vti, & illos colere debent[a]. Illud sane verum manet, & ad iniquitatem dictæ sententiæ detegendam plurimum confert, quod non constet de tempore, quo Reus hac conductione per nouam conductionem deturbatus est, huiusmodi defectum palorum in veritate fuisse: nam sufficienter id ab Actore probatum non est. Profert quidem Actor certificationem quandam visitationis cuiusdam in præsentia M. Theoderici Peelmans, & Domicellæ Eustachiæ Pypenpoije ante institutam hanc litem factæ, super statu huius Vineæ, quæ per omnia de defectibus non loquitur; & vt loquatur vim & effectum probationis non habet; primum, quod non constet de antecedente aliqua Actoris querela, aut denuntiatione, quod aliquis huiusmodi defectus in relictis palis esset; Deinde quod Reus ad illam visitationem, & defectuum æstimationem faciendam non sit citatus; vnde sequitur quod ei nocere non possit, quæ sic eo absente & non vocato facta est visitatio, & æstimatio. 10 † Nam ad quemcumque actum, qui alij potest esse præiudicialis, & præsertim vnde oritur vel paratur probatio, siue sit iudicialis, siue extraiudicialis, semper requiritur partis cuius interest, vel interesse potest citatio[b]. Vnde cum ex conuentione arbitratu alicuius boni viri, aut peritorum in aliqua arte, opus aut damnum arbitrandum est, requiritur semper citatio partis, aduersus quam fit visitatio, æstimatio, aut operis approbatio; alioqui actus est nullus[c]. Nec sane mirum si in extraiudiciali testimonio id necessarium esse dicamus, cum etiam id in iudiciali sit necessarium[a]. Nec Actorem excusat quod allegat hanc rem Principem & eius Cameram computus concernere; ideoque opus citatione non esse; nam nec Princeps ipse si id sic fecisset, vt Actor fecit, Reo præiudicasset. Cum enim citatio ex iure naturali sit, ad illius obseruationem etiam Princeps, qui superiorem non recognoscit, tenetur; vt expresso iure decisum est[b]. Neque etiam ad sustinendam hanc visitationem sufficit, quod vxor Rei superuenerit tunc, cum hæc visitatio fieret; nam nec illa citata fuit, neque ab initio adfuit; sed visitatione inchoata superuenit. Sed etsi vere citata fuisset, non posset tamen eius præsentia pro præsentia mariti reputari[c]; cum vxores huiusmodi res non intelligant, quæ ad artificium & peritiam mariti pertinent. Et huic certificationi seu attestationi (cui generaliter credi non solet[d]) hæc obijcit Reus, quod Actor aliam visitationem & æstimationem etiam Reo non citato prius fieri curauerit, adhibito Secretario consistorij dictorum Iudicum, & alijs telonarijs, naturam & conditionem Vinearum melius intelligentibus; quæ cum fieret, vxor Rei superuenit, sed illam Actori non arrisisse, qui postea adhibito externo notario, & duobus telonarijs notitiam Vinearum non habentibus, curauit vt hæc quæ in hac causa exhibita est, conficeretur, Reo omnino absente, nec citato, nec eius vxore tunc superueniente. Quæ cum Reus probare obtulerit, vt etiam illud quod in principio superius diximus, quod Vineam in fine locationis suæ reliquerit bene & probe suis palis, & pedamentis instructam, merito ad probandum admitti debebat; & non cæca præcipitatione Reus ad plenum non auditus, nec defensus, sic condemnari ad supplendum & resarciendum defectum palorum, de quo legitime non constitit. Quamobrem existimo amplissimorum Dominorum Iudicum officium & partes esse, vt reuocata sententia prætactorum Iudicum, vel Reum absoluant, vel intempestiuam festinationem ac præcipitationem emendando, Reum ad oblatam probationem admittant; Actore in expensis condemnato.

a § Si sis grauis inst. de rerum diuis. & l. agri de usufruct.

b Innocent. & Io. Andr. in c. ex ratione de appellat. per ratio. l. de vnoquoque. de re iudic.

c Bart. & DD. in l. si quis arbitratu de verbor. oblig.

a c. 2. de testib.

b Clement. Pastoralis §. Cæterum de re iudic. c. 1. de causa possess. & propri. c. Inter quatuor de maior. & obedient.

c argumento l. 1. C. Ne vxor pro marit.

d l. 3. § idem D. Hadrian. de test.

SVMMARIVM.

Citatio non præmiſſa interpellatione.

1. 4. Citans ſine præmonitione Reo ſtatim confitente an expenſas ſoluere debeat.

2. Confeſſus non cenſetur qui abſolutè non confitetur.

3. Solutionis locus pars obligationis eſt.

5. Reus citatus probare debet ſe non præmonitum fuiſſe.

6. Monitio ante citationem quando non requiratur.

7. Dies interpellat pro homine.

CONSILIVM XXXII.

QVod ſi Dominus Commiſſarius aliud motiuum, cur in expenſis Actorem condemnauit non habuit quam hoc, quod Actor Reum prius gratioſe non interpellauerit aut admonuerit, & Reus citatus debitum confeſſus fuerit: in aperto errore & iniuſtitia verſatur iſta expenſarum condemnatio. † Etſi enim quidam 1
exiſtiment, quod cum non præcedente monitione aut interpellatione Reus in ius vocatur, & vocatus ſtatim debitum fatetur, & id ſoluere offert, Actor ipſe, non Reus in expenſis citationis condemnari debeat; quaſi malæ fidei non ſit, nec etiam in mora qui ad ſoluendum eſt paratus, & vocatus ſtatim confitetur[a]: quando tamen Reus contumax fuit, & ad primam citationem non comparet, non poteſt ipſum excuſare ſequens comparitio & confeſſio ab expenſis; quia veroſimile eſt quod vt iudicialiter citatus ſtatim non comparuit, ita quoque non ſoluiſſet ſi humaniter prius interpellatus aut monitus fuiſſet: quemadmodum in expenſis condemnatur, ſi in primo termino citationis comparens, debitum non confiteatur[b]. Cum itaque conſtet Reum ad primam citationem non comparuiſſe, ſed per ſecundas literas contumaciatum fuiſſe; imò expenſas contumaciales obtuliſſe: conſequens eſt dictam traditionem de expenſis ad Actorem reijciendis, propter promptam ac præſentem Rei confeſſionem, & ſolutionis oblationem, in hoc caſu vbi Reus contumax ad primam citationem fuit, locum non habere. † Præterea vt 2
Reus propter omiſſam antecedentem monitionem, & ſequentem eius promptam confeſſionem, ac oblationem ſolutionis ab expenſis liberetur, oportet quod abſoluta & ſimplex ſit eius confeſſio, non limitata aut cum aliquo incommodo creditoris contra tenorem obligationis, ex quâ agitur, reſtricta: itá quod propter reſponſionis duplicitatem & reſtrictionem, amplius in cauſa procedendum non ſit; & ſic Iudicis non in cognoſcendo, ſed tantum in præcipiendo & exequendo ſint partes; quia quoad quid confeſſus, non videtur,
3 qui abſolutè non confitetur[a]. † Iam vero conſtat Reum petitum debitum pro parte tantum confeſſum eſſe; hoc eſt cum ea reſtrictione, *dummodo Actor ferat in domo habitationis Rei*; hæc enim reſtrictio partem obligationis reſpicit[b]: quia locus ſolutionis qui obligationi vel ineſt vel adijcitur, augere vel diminuere ſolet obligationẽ, prout pro commodo vel creditoris vel debitoris reſpectiue adijcitur; ideoque plus
4 vel minus loco ſic deberi dicitur[c]. † Vt ergo generaliter ad ſubterfugiendum condemnationem expenſarum litis, non ſufficit partem debiti agnoſcere, ſi modo de parte adhuc litigetur, & Reus litigando ſuccumbit[d]: ita quoq; in re propoſita non ſufficit debitum agnouiſſe, negata illius qualitate ac conditione, propter cui⁹ probationem Actor litigare adhuc debuit. Quo etiam fit quod non abſolute dicatur non præmonitũ lucrari expenſas, & Actorem in expenſis condemnandum eſſe; ſed tantum quod Reus euadat condemnationem expenſarum citationis & libelli qui offertur[e]: quaſi ſi vlteriorem expenſarum faciendarũ occaſionem præbeat Reus, neque illarum, neq; præcedentium condem-
5 nationem euadere debeat. † Cum alioqui præſumptio ſit Reum eſſe præmonitũ: ita quod Ludouicus Romanus tradat[f] Reo incumbere probationem quod præmonit⁹ aut interpellatus non fuerit; ob id quod creditores communiter ſoleant ſuos debitores præmonere: & in hac cauſa ſatis conſtet Reum publice per proclamationem & admonitionẽ Paſtoris in Eccleſia ante in-
6 ſtitutam hanc litem admonitũ fuiſſe. † Et his omnibus ceſſantibus dico monitionem aliquam etiam honeſtatis aut humanitatis cauſa non requiri; ob id quod hoc debitũ, de quo contenditur, ſit annuum debitum, quod ſingulis annis certũ diem habet, ſeu certo die cedit, vti Reus fatetur: quo caſu hac præcedente monitione ad lucrandũ
7 expenſas opus non eſt[g]; † quia dies pro homine interpellat[h]; potiſſimũ quando aliquid debetur reſpectu alicui⁹ rei pro cenſu vel canone; atq; etiã cũ debitor & creditor ſunt eiuſdẽ fori vel viciniæ[i]; & omnium maxi-

a *Bald. in auth. contra qui propriam in fin. nu. 12. C. de non numer. pecu. Ludo. Roma. ſingulari 401. Felinus & alij in c. nouit. de Iudic. Decius conſil. 241. Scripſi alias nu. 3. Panor. in c. licet Heli. nu. 13. de Simo.*

b *Ludouicus Roma. dicto ſingulari 401.*

a *Bald. in l. ea quæ queſt. 11. nu. 13. C. de condic. indeb arg. l. quæ de tota ff de rei vendicat.*

b *Carol. Mol. ad conſue. Pariſienſ. §. 62. nu. 3.*

c *§. plus autem Inſtit. de actio.*

d *l. quidam exiſtimaue- runt ff. Si cert. petatur.*

e *Lud. Rom. & alij locis ſupra citatis.*

f *ſingulari 402. Quis debet probare & ſequitur Felinus & Andr. Barbar. in d. c. licet Heli.*

g *Panor. & alij in d. c. licet Heli Felinus in c. 2. de accuſa. in fin.*

h *l. magnam C. de contrah. & commit. ſtipulat.*

i *Panor. & Felinus locis ſupra citatis.*

maxime cum reditus Ecclesiæ debetur [a]; vt in præsenti casu hæc omnia concurrunt [b]. Vltra illam considerationem quod huius debiti nomine Reus non statim à die cedentis debiti, quod est in festo Natiuitatis Christi; sed in Septembri sequente, & sic post longissimam moram in ius vocatus fuerit; ob quam moram eluendam debitor creditorem adire cogitur, eo etiam casu quo cessante mora creditor debitorem adire deberet [a]. Sic quod re in omnem partem versa euidenter constet sententiam à qua prouocatum est, retractandam esse quoad condemnationem expensarum.

a *Pelin. in d. cap. licet Heli. num. 4.*
b *Vide Ioan. VVamesium respons. 501. de censibus tomo 2.*

a *Bald. in l. item illa ff. de constit. pecu.*

SVMMARIVM.

Denunciatio absenti non legitime facta.

1. *Promissum certo tempore, quolibet eius momento fieri potest.*
2. *Declaratio voluntatis ei facienda est cuius interest.*
3. *Scientia Procuratoris & negotiorum gestoris domino nocere non debet.*
4. *Coniuncta persona non explicat ea quæ speciale mandatum requirunt.*
5. *Oblatio filio facta patri non nocet.*
6. *Retrahendi voluntatis sola declaratio ad retractum non sufficit.*
7. *Denũciatio absenti quomodo faciẽda sit.*
8. *Minor obtenta restitutione vti non cogitur.*
9. *Retrahens post admissum retractum pœnitere potest.*
10. *Permissum intra tempus post illud censetur prohibitum.*

CONSILIVM XXXIII.

THomas Balbani anno 1563. vigesima quarta Aprilis Antuerpiæ vendidit M. Petro van Laer duos reditus annuos assignatos super vectigali seu telonio Ducatus Brabantiæ; alterum centum, alterum centum vnius florenorum sex solidorum & decem denariorum pro summa sexcentarum quadraginta trium librarum vndecim solidorum & sex denariorum monetæ Flandriæ: hac adiecta pactione, vt si intra biennium proximum displiceret M. Petro hæc emptio, nolletque hos reditus retinere, Thomas teneretur illos ad se recipere, ac dictam summam 643. librarum vndecim solidorum & sex denariorum cum reditu si M. Petro solutus non esset, restituere: ita tamen quod lapso biennio Thomas in nullo amplius esset M. Petro obligatus: quodque si durante eo biennio Thomas alium emptorem dictorum redituum inuenire posset, M. Petrus recepta prætacta summa illos restituere deberet, aut saltem retinere simpliciter. Thomas in Italiam postea profectus fuit, & medio tempore Antuerpiam rediit, vbi medio anno substitit, indeque iterum in Italiam reuersus fuit, porro M. Petrus in extremo puncto dicti biennij, videlicet vicesima prima Aprilis anno 1565. adhibito notario & testibus in domo dicti Thomæ ostendit ac exhibet syngrapham qua suprascripta conuentio continebatur Francisco B. filio præfati Thomæ tanquam eius negotiorum gestori, eique insinuat & dicit quod secundum tenorem dictæ conuentionis non intendat retinere dictos reditus, velitque sibi per D. Thomam restitui prætactam summam secundum tenorem dictæ syngraphæ. Hinc oritur contentio inter D. Thomam & M. Petrum: Thoma dicente primum huiusmodi insinuationem legitime non esse factam filio qui acceptandæ illius nullam potestatem habuit. Secundo quod post insinuationem hanc M. Petrus literas reditus retinuerit, & virtute illarum cessos etiam reditus petierit & exegerit, illasque literas realiter apud Magistratum non deposuerit, nec aduersus bona D. Thomæ pro recuperatione dicti pretij processerit, neque medio illo tempore quo ex Italia reuersus Antuerpiæ Thomas substitit vllum verbum aut significationem dictæ displicentiæ fecerit. Quæritur itaq; num M. Petrus recte contendat ad dictorum redituum abdicationem & pretij repetitionem? Quod primo aspectu videri poterat.
1 † Quod enim ad, seu intra certum tempus promissum est, id quocunque temporis illius momento, & veluti in extremo illius puncto seu hora fieri potest [a]. Ideoque qui hoc anno aut biennio facere aliquid debet vel promisit, facultate faciendi non excidit, nec conueniri potest nisi omnibus partibus anni vel biennij præteritis [b]. Cæterum in re proposita non quæritur an in extremo biennij momento declarationem displicentiæ facere, & faciendo ab emptione discedere potuerit M. Petrus (quod dubitationem non habet)

a *l. In omnib. ff. de obligat. & act.*
b *l. Qui hoc anno de verb. oblig.*

bet [a]) sed an illam rite ac debite inter
concessa tempora fecerit? Quod definien-
do dicimus declarationem pro nulla ha-
bendam [b]. Non enim constat quod de-
clarationem hanc M. Petrus, aut aliquis
eius nomine dicto Thomæ intra bien-
nium fecerit. † Declaratio enim volun- 2
tatis huiusmodi seu denunciatio ei fa-
cienda est, quem actus declarationis con-
tingit, non alteri. Ita vt nec generali
procuratori, multo minus negotiorum
gestori, eam fieri sufficiat: horum ete-
nim scientia, domino præiudicare non
debet [c]. † Vt etiam interpellatio his fa- 3
cta non sufficit ad debitorem constituen-
dum in mora [d]. Ita vt nihil prosit M. Pe-
tro quod filius Thomæ ex mandato ne-
gotia gesserit: nam illud mandatum re-
rum certarum tantum fuit, non genera-
le cum libera; quod facilius admitteret
explicationem omnium ad personam pro-
curatoris [e]. † Nec ad rem facit quod con- 4
iunctissimæ personæ, hoc est filio facta
fuerit ea displicentiæ declaratio: nam
quæ requirunt speciale mandatum per
coniunctos fieri non possunt [f]. † Ideo- 5
que receptum est in vsu retractus consue-
tudinarij, vt oblatio per retrahentem fi-
lio aut patri emptoris facta nihil prosit [g].
Sed etsi huic filio hæc declaratio fieri po-
tuisset: adhuc tamen rite facta non fuis-
set, ob id quod ex acta declarationis con-
stet M. Petrum nihil aliud fecisse, quam
quod ostenderit syngrapham, & simplici-
ter declarauerit se reditus retinere nol-
le, nulla facta oblatione restituendæ syn-
graphæ; quam vt minimum filio Tho-
mæ offerre, eoque recusante accipere,
apud Magistratum deponere debuisset [h].
† Est enim hæc res retractui similis; in 6
quo non sufficit declaratio voluntatis re-
trahendi, neque etiam oblatio restituen-
dæ pecuniæ, sed vlterius requiritur ob-
latæ pecuniæ consignatio, si emptor eam
recuset recipere [i]. In quo excusando ni-
hil proderit M. Petro, absentia dicti
Thomæ. Nam inprimis si vtilitatem de-
clarationis constituere velit in eo quod
ad personam filij dicti Thomæ eam fece-
rit, imperfectionem & vitium in actu de-
clarationis huiusmodi commissum agno-

a l. si conuenit de rescind. vend.
b l. Quoties ff. qui satisd. dare cogant.
c l. apud Celsum §. quæsitum est, an de procuratoris de doli mali exceptio. Alberi in l. vnic. ad §. si procurator. nu. 4. vers. an autem denunciatio ff si quis ius dicen. non obtempera.
d Doct. in l. Si seruum §. nunc videamus de verb. oblig. Bart. in l. non solū § morte de oper. noui nunciatione
e l. 1 Procuratoris & ibi gloss de tributo. act. l. Procurator cui generaliter lib. ra ff de procurat.
f l. Patri, l. illud ff de minorib. Doct. in l. exigendi C de procurat. l. filius C de pact.
g Andreas Tyraquell de retract. §. 1. glo. 13. n 35.
h l. acceptam C de vsuris
i Ioa. Andrea in c constitutus de restit. in integr. Tyraquell. de retract. lignager §. 7. gloss 3.

scere debebit; quod scilicet sit facta sine
oblatione restituendæ syngraphæ, qui de-
fectus totum actum declarationis vitiat.
7 †. Deinde absentia nullum impedimen-
tum declarationi legitimæ faciebat: nam
cum aliquid alicui denunciandum est, si
extra prouinciam absens est: vel scriptis
ad eum missis facienda est denunciatio,
vel in loco contractus apud ordinarium
Iudicem [a], quod non obseruatum à M.
Petro deducit eum in necessitatem ob-
seruandæ emptionis sine facultate rece-
dendi ab ea, qua intra præscripta tempo-
ra rite ac legitime vsus non est. Quæ
minorem dubitationem ex eo habent,
quod proponatur M. Petrum post hanc
denunciationem seu declarationem in hac
emptione perstitisse, illiusque vigore re-
ditus hos pro pensionibus seu terminis
post prætactam denunciationem seu de-
clarationem cessos, exegisse ac percepis-
se: in quo aperta est significatio contra-
riæ voluntatis & pænitentiæ, aduersus
factam declarationem; quæ cum per fi-
lium Thomæ acceptata non fuerit, re-
uocari poterat. Neque enim hanc le-
gem recedendi à venditione inuitus ex-
8 ercere debuit M. Petrus [b]. † Quem-
admodum minor aduersus venditionem
à se factam, petita restitutione in inte-
grum, eaque etiam per Iudicem obten-
ta, non cogitur ab emptione decede-
re si pænitentia ductus nolit [c]. Item qui
redhibitoriam actionem aduersus vendi-
torem exercuit, & obtinuit, non co-
gitur illam inuitus ad effectum perduce-
9 re, & illa vti [d]: † & qui iure retractus
consuetudinarij vel conuentionalis iudi-
cio contendit ad retractum & obtinuit,
potest emptionem tolerare, & à retra-
ctu recedere [e]. Quem actum perseueran-
tiæ in facta emptione, cum M. Petrus
fecerit post lapsum præstituti biennij,
nulla amplius potest esse recedendi ab
10 hac emptione potestas: † permissum e-
nim intra certum tempus, censetur post
illud prohibitum [f]. Concludo itaque M.
Petrum nullo iure contendere aduersus
dictum Thomam vt emptos reditus re-
stituto pretio recipiat.

a l. in contractibus §. in omni C. de non numer. pecunia.
b arg. l. Sabinus ff. de in diem addic. l. 2. & 3. de lege commissor.
c l. Si Iudex de minor.
d gloss fin. in l. illud de edil. edict.
e late Tyraq. de retract. titulo 1. §. 1. gloss 2. nu. 27. & 32.
f l Stichum liberum §. Stichum. de leg. 2 l 1. §. si mulier de liber. agnosc.

SVMMA.

SVMMARIVM.

Libellus generalis.

1. *Libelli generalitas regulariter vitiat.*
2. *Libelli generalitas in vniuersalibus iudicijs non vitiat.*
3. *Libelli generalitas non vitiat quando incertitudinis caussa subest.*
4. *Intellectus* l. vltimæ. C. de fideicom.
5. *Præparatorium iudicium non præiudicat ordinario.*

CONSILIVM XXXIV.

INepta dici non debet, neque ex capite ineptitudinis reijci petitio pro parte D. Alexandri Boulin proposita, ex eo capite quod incerta & generalis sit tam in materia, quam forma. † Nam 1
quamuis generalitas regulariter, & incertitudo libelli faciat ad ineptitudinem [a]; † toleratur tamen generalitas ac 2
incertitudo, & libellum non vitiat in iudicijs vniuersalibus petitionis hæreditatis ad rerum specificationem [b]. † Et 3
quoties facto aduersarij non potest certo diiudicari, quid & quantum actui debeatur aut competat, sustinetur non tantum petitionis generalitas & incertitudo, verum etiam actionum alioqui se inuicem non compatientium coaceruatio. Cum itaque in proposito D. Alexander non viderit testamentum quondam sui patris, dicatque illud in manibus Reorum esse, & quod probare possit, illud aliquando extitisse, non inepte petit quicquid in eo testamento ei relictum comperietur, vel institutionis, vel legati titulo; sic vt hic in limine iudicij non impingat. Cum etiam in progressu hæc incertitudo exhibitione testamenti per Reos facienda, aut eorum confessione, vel probatione Actoris aut iureiurando in litem, ob non factum Inuentarium vel ob suppressas tabulas, declarari & liquidari possit. Quod in proposito satis est ad petitionis probabilitatem, & aptitudinem fundandam, & ne-
4 cessitatem responsionis imperandam. †
Et extat in iure similis petitionis exem-
5 plum quod imitari licet [a]. † Neque obstat quod Rei ad exhibitionem testamenti aliquando iudicialiter requisiti sese expurgauerit: nam id tantum fuit in iudicio præparatorio, & summario; quod vt omitti potest; ita quoque ordinario præiudicium non facit, si vel illud deserat Actor, vel in eo deficiat; Reo minime absoluto expressa caussa, quod non possideat [b], vt est in proposito.

a l. Si in rem. 7. ff. de rei vend. l. 1. §. Si quis argentum. ff. depositi.
b Gloss. §. Curare. Instit. de action. Doct. in l. 1. ff. de edendo l. 1. §. quia autem. ff. quorum leg. Angel. in d. §. Curare & ibi Iason. num. 10.

a In l. fin. C. de fideicom.
b l. Si quis ad exhibendum. ff. de exceptione rei iudicatæ.

SVMMARIVM.

Nullitas sententiæ ex defectu citationis & contestationis.

1. Nullitas magna iniustitia est.
2. Citationis defectus reddit iudicium nullum.
3. Litis contestatio cardo litis est.
4. Litis contestatio omissa nullitatem facit.
5. Nuncio asserenti se citasse creditur.
6. Testis se ingerens non probat.
7. In arte peritis credi debet.
8. Victus victori in expensis condemnandus.

CONSILIVM XXXIV.

VAria est tractatio eorum quæ inci-
dunt in causa appellationis Lamber-
ti Bacchuys appellantis, contra Henricum
de Sichen; quæ partim ad causæ ordinem
& iudicij solemnia; partim ad probatio-
nis quæstionem; quædam ad causæ iusti-
tiam referuntur: sed quæ fere omnia sic ab
Aduocatis duarum priorum instantiarum
tractata sunt, vt pene nihil sit, in quod la-
borem conferamus. Non detrectabimus
tamen manum causæ admouere, eo fine,
vt liquido constet sententiam D. Decani
Beatæ Mariæ Traiectensis, tametsi sen-
tentia in prima instantia lata æquiorem,
per omnia æquam non esse. † Et sane cum 1
fere nulla maior sit iniustitia, quam quæ
ex actorum & iudicij nullitate oritur [a],
merito ex primo capite eorum, in quibus
tractationem huius causæ esse diximus,
dici potest sententiam D. Decani esse in-
iustam, quod sententiam Iudicum primæ
instantiæ simpliciter non retractauerit;
ideo quod ea sit lata in eo iudicio, in quo
plurima sunt admissa, quæ totius iudicij
nullitatem inducunt; sic vt ex iudicio in-
ualido & nullo, valida sententia proferri
non potuerit; & prolata de facto per Iudi-
cem appellatum confirmari non debuerit,
sed omnino reuocari [b]. † Cuius quidem 2
primi iudicij seu instantiæ nullitatem
constituimus primum in eo, quod quam-
uis Reus citatus sit ad primam, itemque
secundam Actoris petitionem, quas Actor
prosequutus non est; ad tertiam tamen
quam prosequutus est, citatus nõ reperia-
tur: ex cuius citationis defectu iudicium
initium habere nequiuerit [c]. Sic vt cita-
tio pro substantiali termino ab omnibus
ponatur, neque sine ea sententia ferri pos-
sit [d]. † Nimirum quod etiam sine ea ad 3
litis contestationem procedi nequeat: in
qua contestatione totius iudicij robur
consistit; vtpote sine qua neque testes pro-
duci, neque sententia ferri possit [e]. † Quæ 4
quidem contestatio cum in prima instan-
tia facta non reperiatur, secundum conti-
net nullitatis vitium, etiamsi citatio le-
gitime præcessisset [a]. Neque diluitur hoc
ex defectu citationis, nullitatis vitium
quod in exhibitione tertij libelli post-
quam causa plusquam octo mensibus quie-
uisset scriptum inueniatur, Actorem asse-
ruisse Reum fuisse citatum: nam simplici
assertioni asserentis quod ipsius commo-
5 dum concernit, non creditur [b]; † & vix
tandem obtinuit vt nuncio ad hoc depu-
tato asserenti se citasse credatur: quia sci-
licet ipsius officium hoc concernit [c], & in
eo ipsius vtilitas proprie non versatur; sic
vt actus citationis contineat quandam so-
lemnitatem iudicij extrinsecam, quæ cũ
omitti non possit [d], præsumi nisi probata,
6 non debeat. † Aliud nullitatis vitium
est circa testium productionem per Acto-
rem in prima causa seu instantia factam;
idque duplex: cum quod omnes non cita-
ti, vltro sese ingesserint, sic vt ne quidem
indicium facere possint [e]; si videlicet par-
te altera absente, & inuita, (vti hic eue-
nit) producti vel examinati sint [f]; tum
quod Reus ad videndum produci testes
non reperiatur citatus, quod per se solum
satis est ad testimonia testium inualidan-
da [g]. Sic vt nullitate testimoniorum con-
stituta, non possit constitui intentionis
Actoris probatio, sine qua Actor obtine-
re nequit [h]. Sed prætermissa Iuris scrupu-
lositate, subtilitate, & rigore, in secundo
propositæ tractationis capite, satis solidi
Iuris habet Reus, quod principalis peti-
tionis causa probata non sit. Quamuis e-
nim inter omnes Actoris testes Abraham
Gronselt confidentius deponat, Actori
fuisse relictam optionem mercedis per
modum seu mensuram operis, aut sexa-
ginta florenorum pro toto opere: rei ta-
men euidentia fides huius subuertitur;
quod videlicet opus per peritos in arte,
Actore ad hoc vocato, sit mensuratum;
qua mensuratione opus non fuisset, si vni-
ca mercede totum opus locatum fuisset.
Et ne Reo ea mensuratio imputetur, eui-
denter

a Innocent. in c. dilecto. de appel. Bellamera decis. 343. Appellans.
b Bart. in l. 4. §. condemnatum de re iud. Doct. in c'e.n. vt calumnijs. de sent. & re iud. Decius cons. 8. nu. 7.
c l. 1. de in ius voc.
d Doct. in l. nec quicquã §. vbi decretum de off. procons. Bar. & Ioan. de Imol. in l. si opus. de no. oper. nunciat.
e Spec. in tit. de offic. om. iud.
arti ○ offera-tur. C. de litis contesta. c. vn. de litis contesta.

a tot. tit. x. vt lit. non contest.
b l. Actor. C. de probat.
c Bald. in l. fin. C. de exhib. reis Iason in §. quadrupli instit. de act. Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de cit. §. 1. vers. sed nunquid credatur.
d l. Cum hi. §. sed & si non de omnibus. & ibi gloss. verbo irritum de transact.
e Bart. in l. maritus de quæstio.
f Bald. in l. alia. nu. 8. C. de his quib. vt indig.
g c. 2. de testib.
h c. fin. de iureiur. l. Qui accusare C. de edendo.

denter id colligitur ex primi testis pro Actore producti testimonio, cum deponit conuenisse vt ex sexaginta florenis detrahatur, quanto opus quatuordecim virgis minus esset: sic vt quod Reus in suis peremptorialibus articulis de simulatione proponit, probetur ex testimonio huius testis; quem Actor quia eo vsus est improbare hac in parte non potest[a]. Deinde cum testes Rei hac ex parte producti idē clare deponant, & numero ac integritate non sunt inferiores, nihil ambigendum quin probatione non tantum Actor destituatur, sed etiam contrarij probatione conuincatur. Sed hîc subsistendum non est, quod hac in parte per sententiam D. Decani prima sententia sit reuocata, & ex registris Rei de solutione plena satis constet; cuius registri improbatio difficilior est, quod Actor confessus sit plura, quam in eis scripta comperiuntur recepisse; & communis consuetudo negotiatorum hoc obtinuerit vt probata legalitate scribentis (quod hic per aliquod Rei testes factum est) eorum registro stetur. † In tertia propositæ tractationis parte, versatur 7 vltima sententiæ D. Decani particula, videlicet quoad mercedem operis, præter conuentionem facti, & confirmationem sententiæ primæ instantiæ, quoad expensarum condemnationem. Quod ad prius attinet, elucescit iniquitas illius, ex eo, quod Actor non tantum cum suis testibus, sed etiam ex arbitratu peritorum in arte probauerit, opus ab Actore confectum vitiosum fuisse, quibus cum credi debeat[b],

a l. si quis testibus. C. de testib.

b l. 1. post prin. de ventre inspicien.

vitiosi operis nulla est æstimatio ex parte Actoris facienda; cum è diuerso ob vitium operis Reus petere possit quanti sua
8 interest opus non esse probum[a]. † Sane quoad alterum euidentior iniustitiæ demonstratio est. Cum enim expensarum iudicium insistat vestigijs condemnationis vel absolutionis causæ principalis, & regulariter victus victori in expensis condemnetur, ac modum victoriæ sequatur modus impensarum[b]; nulla iusta ratione potuit D. Decanus confirmare sententiam primæ instantiæ quoad condemnationem impensarum: cum illa facta fuerit respectu totalis condemnationis in eo iudicio factæ, licet iniuste. Cum enim D. Decanus pro maxima parte iniquam iudicauerit sententiam primæ instantiæ, & tanquam talem reuocauerit, iusteque ab ea appellatum declarauerit; eadem symmetria & proportione, condemnationem expensarum iniquam iudicare debebat; ne accessio à principali discrepet[c], & relinquatur vmbra sine corpore. Cur enim Reus, qui iustam oppositionis causam habuit, aut saltem quatenus habuit, pertinacis instantiæ Actoris pœnas per expensarum exsolutionem luet? Quin è diuerso deprehensa causæ ex parte Rei iustitia, omnem impensarum molem in vtraque instantia ad Actorem reijcere debebat. Quare prædictis ac alijs, quæ ab Aduocatis particularius & exactius deducta sunt, & à quorum refricatione consultò abstinuimus, attentis, existimamus partes Reuerendi D. Abbatis esse, vt secundum Appellantē pronunciet.

a l. ea lege. §. locauit ff. locat.

b l. prope randum §. sin autem C. de Iud.

c c. Accessorium. de reg. Iur. in 6.

SVMMARIVM.

Mutatio libelli.

1. *Expensæ retardati processus quæ sint?*
2. *Literarum dispositiua pars antecedentis narrationis naturam sequitur.*
3. *Libelli mutatione vel declaratione facta, quæ expensæ refundantur.*
4. *Libelli mutatio quæ fit per detractionem, non infert expensarum refusionem.*
5. *Libelli mutatio quæ fit per diminutionem facilius admittitur.*
6. *Prouisionalis causa incidens est, & nihil mutat in causa principali.*
7. *Libelli mutatio quando admittatur.*
8. *Retardans processum in expensis condemnandus.*
9. *Oblatio conditionalis quid operetur.*

CONSILIVM XXXVI.

Neque iuri neque literis Regijs impetratæ restitutionis in integrum, pro parte Gerardi Velaer Impetrantis, consentanea est oppositio Thomæ Longston opponentis: qua contendit Impetrantem ad mutationem, & allegationem propositam admittendum non esse, nisi in primis & ante omnia refusis expensis retardati processus: hoc est (vt interpretatur) omnibus expensis huius litis ab initio huc vsque factis: ob id, quod (vt dicit) prætactæ literæ restitutionis oneratæ sint clausula *de soluendis expensis retardati processus.*
1 † Quod autem dictis literis consentanea minime sit ea petitio inde patet, quod tantum contineant clausulam de soluendis expen-

expensis retardati processus; quibus tantum illæ continentur, quæ post iniectam moram liti, per quam lis retardata est, factæ sunt vel erunt, vt mox dicetur: alioqui enim simpliciter cautum fuisset in dictis literis de soluendis omnibus expensis hactenus factis. Id quod euidentius colligitur ex eo, quod prædicta clausula de soluendis expensis retardati processus, sit modificata & restricta per subiectam clausulam **Hoe verre daer eenige zijn** / hoc est quatenus aliquæ sunt. Vt non sit obscurum tantum de futuris ob iniectam moram & retardationem factis intelligendas esse literas restitutionis: nam ex præcedente narratione de lite, vsque ad exceptiones in testes perducta constare debebat eo vsque multas expensas litis esse factas, sic vt non satis apte in conditione poni potuerit, *si quæ expensæ factæ sint*. † Et 2
sic nulla dubitatio est, quin vt literæ restitutionis in integrum, literæ iustitiæ sunt[a], ita quoque secundum terminos iuris, illius dispositiua pars accipi debeat. † 3
Secundum quos iuris communis terminos nulla ratione stare aut sustineri potest dicta Opponentis postulatio, vel interpretatio de soluendis omnibus expensis totius litis anteactæ: nam ob mutationem, aut declarationem libelli, in quacunque litis parte factam, tenetur Actor tantum ad refusionem expensarum occasione mutationis seu declarationis, aut emendationis factarum[b], seu vt ait Felinus[c] quoad expensas secundo loco factas: vt scilicet in promptam & paratam refusionem expensarum ante sententiam cogi non possit, nisi earum, quæ per & post emendationem seu mutationem sunt factæ. † Et 4
hoc est, quod expresse tradit Vdalricus Zasius[d] quod mutans aut emendans libellum teneatur Reo ad expensas indebitæ fatigationis, non autem ad expensas causæ seu litis. Cui conforme est quod ante eum scripsit Baldus[e], quod sit facienda cōdemnatiō non totius litis, sed huius articuli. Ideoque appellantur non litis seu causæ, sed retardati processus[f]: quod euidens argumentum est non omnes contineri, sed eas tantum quæ ob prolongatam litem fiunt[g]. † Cuius quidem in proposi- 5
to casu minor est dubitatio, quod mutatio quæ hic facta est, non contineat aliquam alterationē in aliqua qualitate substantiali exhibitæ exceptionis; ob quam qualitatem vel facilius vel ægrius concederetur defensio, seu defendendi facultas, sed tantum eam, quæ temperandæ condemnationis & executionis gratia facta est; detracta scilicet aliqua exigua summa in comparatione totius repetitæ summæ ob commissum errorem calculi: quæ mutatio seu emendatio reprehensibilis nō est sed vt ait Zasius[a], laudabilis. Ita vt a Bartolus[b] eo casu videatur sensisse, non esse reficiendas expensas, quod maiori summæ insit minor, & præsertim quod causa mutationis non sit mutata; hoc est, quod pars Rea ob detractam partem ex petita summa, nihilo magis sit cessura liti, sed perinde contendat[c], & causa contradictionis seu oppositionis non est in excessu summæ, sed obligationis causa. Prout in casu subiecto Opponens litem contestatus est, & liti se obiecit, defensionemq; suam velut per replicationem confecit, ex eo quod Impetrās (vt allegat) tantum actionem, & ius emerit sibi ad lanam contrcuersam competentem, quodque lana, quæ vitiosa, & non proba dicitur, non sit visitata in stapula Anglorum Caleti. Sic vt manifestissimum sit, eadem oppositione eum vsurum fuisse, si detracta summa viginti duarum librarum, tredecim solidorum, ab initio contendisset Impetrans, se non teneri in summa quingentarum quindecim librarum, eaque sibi ex prouisionali seu fiduciaria solutione iudicialiter ex condemnatione facta per Opponentem esse restituenda. Atque ita cum nihil mutetur ex substantia eadem est defensio, eadem quoque repetitionis qualitas[d]. Sed tamen quia id controuersum est[e], non magnopere contendit Impetrans effugere retardati processus promptam paratamque solutionem, quamuis ad eam effugiendam plurimum hoc quoque facere videatur, quod Impetrans hic non sit proprie Actor,
6 sed Reus. † Nam licet contendat ad repetitionem partis namptizatæ pecuniæ ex prouisionali substantia, non mutatur tamen qualitas iudicij, aut personarum quia prouisionalis causa, & sententia incidens est, & nihil mutat ex causa principali[f]. Iam vero mutatio & variatio facilius toleratur in Reo, quam in Actore[g]: in quacunque parte litis. Sed hic insistendum non est cum Impetrans non refugiat solutionem retardati processus, ob dictæ summæ detractionem, & nouam allegationem, seu verius declarationem, quod vitiosarum lanarum pretium seu æstimatio ad mutatam summam ascendat.
7 † De admissione huiusmodi mutationis & allegationis, hærendum non est: ob id, quod vt ab initio dixi, Actor originalis non contradicat, sed expresse admittat, licet sub improbabili conditione, de soluendis omnibus antecedentibus expensis litis, quā neque ius, neque dictarum literarum tenor postulat. Et sane eo non admittente, ex iuris potestate admittēda esset; cum etiam Actor

a Decio in l. Gallus §. & quid si tantū de lib. & posth.
b Bar. & alij in l. edita, in fin. C. de edend.
c In c. significantibus num. 25. de libell. obl. Socinus. ibidem 146.
d In §. si minus Instit. de actio. n. 7.
e In repetitione patauina d. l. edita. nu. 51.
f Purpuratus in d. l. edita. nu. 240. c. finem litibus & ibi Panor. de dol. & contum. Ioa. Nin. in cons. 38 redēptoris nu. 19.
g Corneus in d. l. edita. nu. 40.

a In d. nu. 7.
b In d. l. edita.
c Bart. in d. l. edita sub finem. & ibi Purpuratus nu. 246.
d Bald. in l. In ciuili. de legib. l. in actionib. §. si d. tractu. de nox. actionib.
e Bald. in d. repetitione d. l. edita. nu. 51.
f Rebuff. ad const. Regias. tit. de sent. prouisio. arti. 1. gloss. 6. part. 1.
g DD. in c. nullus pluribus de reg. iur. lib. 6.

Actor vsque ad sententiam, quandocumque possit huiusmodi mutationem ac declarationem, quæ genus actionis non alterat, facere [a]; etiam sine speciali restitutione in integrum à Principe, vel Iudice petita; quia iure communi conceditur [b]. Sic vt necessariæ non fuerint dictæ restitutionis,& reliuementi literæ, sed ex superabundanti tantum, & pro maiore cautela, faciliusque auertenda Actoris contradictione impetratæ. Officium itaque Dominorum Iudicũ est, vt reiecta Actoris seu Opponentis contradictione, modo, & forma, quibus illa facta est, decernant correctionem, declarationem, & allegationem Rei Impetrantis esse admittendam, & per Actorem ad eam esse re-
8 spondendum. † Et cum non minus processum retardauerit Actor sua oppositione, & postulatione refusionis omnium expensarum litis; æquum quoque est, vt ipse in expensis huiusmodi oppositionis con-
9 demnetur [a]. † Nam licet obtulerit admittere restitutionem Rei, ac illius mutationem, declarationem, ac allegationem; id tamen fecit sub conditione,& protestatione improbabili, si expensæ omnes totius litis ante omnia refundantur: ita vt huiusmodi oblatio, & declaratio conditionalis non sufficiat, sed magis contradictionem, ac oppositionem implicet [b]; cui oblationi, conditioni, & protestationi Reus Impetrans acquiescere non debuit [c].

a *Doct. in d. l. edita. Socin. in d. c. significantibus nu. 134. Zas. d. nu. 7.*
b *L. vnic. C. de thesaur. lib. 10. l. in causæ 17. de minor.*

a *Io. Neuiza. d. cons. 58. nu. 14.*
b *Alex cons. 28. viso & diligenter ponderato nu. 30. vol. 1.*
c *Bart. in l. non solum § morte de no. oper. nuntia. nu. 22.*

SVMMARIVM.

Libellus ineptus.

1. *Libellus ex alia causa, quam quæ allegata est, iustificari non potest.*
2. *Scripturæ priuatæ non probant.*
3. *Actionis nomen etsi exprimi non debeat, factum tamen conueniens deducendum est.*
4. *Clausula* meliore modo *in libello quid operetur.*
5. *Cessionarius ius actionis suæ ex persona cedentis deducere debet.*
6. *Cessio actionum stricte accipitur.*

CONSILIVM XXXVII.

Mirum in modum fluctuat & vagatur M. Lucas de Mera Actor, in fundanda sua aduersus Henricum van Lintre maritum Vrsulæ vander Noot, relictæ quondam Iacobi de la Mott, intentione. In citatorio enim proponit,& ex citatorio summariam petitionem faciendo, medium concludendi constituit in locatione & conductione certi prati, seu prædij dicti le Prez du Champe: & idem medium concludendi iterum repetijt post prædictam petitionem per Reum negatam, rursusque idem adhuc formaliter inculcando post formalem negationem Rei, in formali libello postea exhibito, super quo quidem libello lis est contestata. Ita vt nulla in proposito sit occasio iudicandi pro Actore, nisi probata dicta locatione, vel per Actorem, vel per aliquem, cui Actor
vniuersali titulo successit. † Qui enim ex 1
certa, & præcisa causa agit, nisi probata eadem, obtinere non potest. In angustum enim & periculum se redigit, inquit Baldus [a], qui se nimis astringit, & specialiter prolata, non possunt ad aliud prorogari. Sic quod in iudicio ea ipsa causa, quæ deducta, & pro medio concludendi proposita est, probanda quoque sit [b]. Iam vero diligenter excutiendo acta, nusquam inuenitur aliqua locatio per Actorem quondam Iacobo del Mott, aut Vrsulæ eius vxori facta: cum nullum proferatur huiusmodi locationis instrumentum; nec quisquam ex testibus sit, qui deponat de aliqua huiusmodi locatione per Actorem facta. Verum sic tandem proponit Actor suam intentionem, vt ex ea aperte intelligatur Actorem in propria sua locatione per ipsum facta non consistere, sed proponere aliam factam per suos maiores, etiamsi in citatorio ac summaria petitione, per relationem ad citatorium facta, locationem ex proprio contractu,& de re propria proponat; Hæc sunt enim citatorij verba *ad causam locationis & conductionis prædij dicti le prez du champs ad dictum actorem spectantis*. Quam quidem maiorum suorum locationem Actor nihilo magis probat; instrumenta enim, quibus Actor hanc causam instruxit, locationis alicuius mentionem non faciunt: neque etiam proprietatem dominiumq; huius prædij, vel quoad Actorem vel quoad eius parentes seu maiores probant. Nam instrumentum acquisitionis huius prædij nullum profertur, nisi vnum, per copiam, quo D. Ioannes Morotten Decanus S. Petri Leodiensis abhinc fere centum annis dicitur inter alia

a *In l. Filius à patre § Si quis de lib. & post.*
b *Abbat. de re iud. lib. 6. Innocent. in c. ex parte. 1. de priuil. Bart. in l. 1. C. de edend. Doct. in c. examinata de iudic. Panorm. in c. fin. de lib. oblat.*

alia à Capitulo S. Pauli acquisiuisse hoc prædium sub onere quatuor modiorum, & quatuor sextariorum siliginis: sed quam causam Actor à dicto D. Ioanne habeat, nusquam allegatur, aut deducitur. Non enim præsumi debet successio, cum illa nusquam allegetur, & legitimæ successionis præsumptioni resistat conditio dicti D. Ioannis; quia scilicet Ecclesiasticus, & presbyter fuerit, quem Actor pro parente, aut maiore suo non libenter agnosceret. Ita quod probato dominio D. Ioannis Marotten, nec probata causa, seu titulo acquisitionis ab illo, pro Actore hic nulla fiet probatio vel præsumptio. † Nihil 2
etiam facientibus ad hanc rem extractis ex registris, quæ Actor exhibuit: nam illa sunt priuatæ scripturæ, eæque pro maxima parte recentes, quæ non solent fidem facere in iudicio [a]; quæque multo minus hic probare debent, ob id, quod contrarietatem aliquam contineant. Nam in eo registro, quod vetus appellatur (nec tamen exprimitur cuius registrum sit) hoc prædium iure proprietatis, ac pleni dominij scribitur; at in nouo registro ponitur pro hypotheca reditus vnius modij tritici pro possessoribus eiusdem prędij annotatis del Motten, & M. Ioanne Piret: quod euidentissimum argumentum est, idem prædium ad parentes Actoris (si exhibita registra illos concernunt) non pertinuisse; cum nemo in re propria hypothecam habeat [b]; quod etiam videntur asserere testes, quos Actor produxit; quorum nemo de locatione parentum Actoris, vel vnum verbum dicit. Sic quod euidentissimum sit, Actorem in probatione intentionis suæ (cuius medium concludendi constituit primum proprium, post deinde maiorum suorum locationem per ipsum continuatam) omnino deficere, Reumque ob id absoluendum esse [c]. Cui defectui succurrere, nec eum emendare potest probatio obligationis ad reditum annuum vnius modij tritici sub hypotheca dicti fundi, seu prædij: Nam & si ea probatio plena extaret (quod tamen negatur) nihilo meliore loco esset Actor; ob id quod se ad certam causam locationis restrinxerit, ex qua obtinere non potest, vti dictum est; nec ex hac causa reditus annui, quia illum Actor non petijt, nec in eo fundauit: † 3
Etsi enim hodie non magnopere curandum sit, quo genere actionis quis vtatur; cum non sit necesse exprimere nomen actionis [d]; oportet tamen aperte proponere negotium seu factum, ex quo colligatur ius agendi; præsertim in actione personali, veluti quia mutuum dedi, vendidi, locaui [e]: quæ cum expressa est, probari

a l. Instrumenta l. rationes l. exempla C. de probatio.

b l. si rem 29. de pignorat. actio. l. neque pignus de reg. iuris.

c l. qui accusare C. de edend.

d c. Dilecti. de iudicijs.

e Panormit. in d. c. Dilecti in prin. c. & nu. 14. & alij communiter Docto. ibidem.

quoque debet, nec licet post litem contestatam, ad aliam transitum facere sine noua instantia [a]; præsertim cum in libello non inseritur salutaris clausula, *meliore modo* &c. prout in libello in hac causa exhi-
4 bito inserta non inuenitur. † Nam licet ea clausula adiecta plerique existiment secundum Actorem iudicandum esse, si proposita certa speciali causa, eaque non probata in progressu litis Actor doceat de alia causa ex qua vere debetur, ad quod conclusit, etiam, si illa proposita, ex ea conclusum non sit [b]: cum tamen illa omissa est, regulis iuris insistendum est, & absoluto Reo, Actor tanquam non receptibilis, ad initium alterius petitionis seu instantiæ reijciendus [c]. Sed ne hic consistamus, & formulas tantum captare videamur, dicimus nec de reditu hoc vnius modij tritici, ad cuius præstationem pro dimidio Iacobus de Mott, ratione possessionis dicti prædij pro dimidio obligatus fuisse dici potuisset constare; cum constituti huiusmodi reditus nullum proferatur documentum, & dicto nouo registro tanquam priuatæ, & recenti scripturæ, non continenti causam aut originem constitutionis eiusdem reditus, fides in præiudiciū Rei adhiberi non debeat [d], præsertim quod post formalem negationem registrorum per Actorem exhibitorum, Actor eadem registra non probauerit. Nihil etiam facientibus pro probatione huius reditus testimonijs Actoris, quæ de origine huius reditus non deponunt, neq; etiam de tot præstationibus, quæ in futurum perpetuo obligare possent [e]. Denique vt plenissima extaret probatio & constituti & debiti huius reditus quondam Ioanni de Mera patri Actoris; non tamen posset ad illum Actor in solidum agere. Constat enim dicto Ioanni quinque proles superstites fuisse; ideoque quia inter filios & filias parentum hæreditas æqualibus portionibus diuidenda est [f], non posset Actor nisi ad quintam partem huius dimidij modij tritici agere. Reditus enim pecuniarius annuus, obligatione, portione, solutione & executione diuiduus est; vt alia nomina, quæ ipso iure inter hæredes ex lege duodecim tabularum diuiduntur [g]. Quod aduertens Actor in progressu litis post eam diu contestatam, & ad medium concludendi ex causa locationis restrictam, exhibuit instrumentum cessionis; qua per cohæredes eius ei generaliter cessa esse contendit omnia nomina, seu debita ipsorum ex causa annuorum redituum, pensionum, &c. quæ quidem cessionis allegatio & productio iterum faciem huius litis alterat. Vt merito ex prima conclusione fundata

a Doctor. in l. edita. C. de edendo.

b Doctores in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verbor. obligat.

c Alexand. consil. 184. In causa & lite nu. 2. vol. 6.

d d. l. instrumenta. d. l. rationes. d. l. exemplo.

e Doct. in l. si certis annis C. de pactis.

f l. Inter filios C. Familiæ hercisc.

g Lex quæ C. familiæ herciscun.

fundata, & radicata in propria persona Actor obtinere non possit, ex causis superius deductis. Neque etiam ex hac causa cessarum actionum; quia ex illa Actor nusquam petitionem, aut conclusionem aliquam proposuit. † In eo enim, qui cessis & 5 mandatis actionibus experitur, & ex illis obtinere vult, specialiter constitutum est, vt proponendo actionem suam, necesse habeat auspicari ab ipso cedentis iure, & causa, ex qua ipsi cedenti actio competijt; & sic tandem ad se transitum facere, ac in propria persona, atque ad commodum propriũ ex alieno debito conclusionem proponere[a]. Quod cum ab Actore hic obseruatum non sit, merito cessæ actionis emolumentũ sentire non debet, in hac instantia: potissimum, quod Dominus Conseruator limitatam habeat iurisdictionem cognoscendi & iudicandi in causis, quę ex cessis & mandatis actionibus proponuntur; cum alias admittere non possit, nisi quæ parentibus in liberos ceduntur, ac transportantur: non etiam ab extraneis, aut cognatis collateralibus. Hoc quoq; in animaduersione ponendum est, quod ex regestis quæ Actor exhibet, satis constet ab Actore peti debitum ante hanc litem diu solutum: nam extractum ex nouo registro aperte continet hæc verba; Item **noch ontfangen de selve rente vanden Jaeren L. Lj. Lij. Liij. Liiij. ende Lv.** hoc est, Item receptus idē reditus ab annis 1550. & sequentibus vsq; ad annum 1555. qui sunt sex primi anni ex vndecim, quos Actor hic petit: ita quod posterior annotatio de arriragijs septem annorum à veritate sit aliena; præsertim quod contineat etiam arriragia pro an. 59. pro quo Actor non agit; quia agit tantum pro 11. annis, quorum nouissimum constituit in festo Andreæ, anno 60. ita vt retro computando, primus illorum esse debeat quinquagesimus, quibus quidem sex annis primis (quorum solutionem continet dictum registrum) defalcatis, restant tantum quinq; pro quibus omnibus virtute dictæ cessionis, seu transportus actor agere non potest. Nam instrumentum cessionis aperte continet tantum cessionem arriragiorum, vsque ad annum 57. inclusiue; ita quod Actor agendo pro annis, 58. 59. & 60. euidenter sine actione agat: quia pro illis annis cohæredum suorum actiones cessas non habet; ideoque pro illis obtinere non
6 possit[a]. † Cessio enim cum speciem mandati contineat[b], stricte semper accipitur, neque de re ad rem, aut de tempore ad tempus extenditur[c]. Sic quod exemptis quoque his tribus postremis annis, restent tantum duo, qui dictæ cessioni subijci possunt, videlicet annus 56. & 57. ita quod omnibus reuolutis, partes D. Iudicis esse p[...]mus, vt vel Reum absoluat, vel actorē modo & forma, quibus in hac causa egit, minime receptibilē esse declaret, eundem Actorem in expensis litis condemnando.

a Bald & Paul. de Castro in l. quasi specie C. de procurat.

a l. si pupilli. de negot. gest. b l. per diuersas C. mand. l. plane ff. famil. hercisc. c l. si itaque de iureiur. l. Diligenter ff. mandat.

SVMMARIVM.

Cautio iudicij causa.

1. *Cautio iudicialis in qua parte iudicij petenda.*
2. *Satisdatio ex consuetudine in qualibet litis parte peti potest.*
3. *Cautio pro expensis ab actore peti potest in qualibet litis parte.*
4. *Exceptio dilatoria etiam post litem contestatam interdum recte proponitur.*
5. *Cautio ex arbitrio iudicis quandocunque præstanda.*
6. *Tutor testamentarius non satisdat.*
7. *Executor testamenti an satisdare debeat vel remoueri.*
8. *Tutor & curator ex persona pupilli vel minoris conuentus in iudicio non satisdat, secus si suo nomine.*
9. *Executor mortuo coexecutore debet curare vt alius ei surrogetur.*
10. *Fiduciaria solutio perinde ex testamento vt ex obligationibus impetrari potest ex consuetudine.*

CONSILIVM XXXVIII.

ALtercatio, quæ super præstanda cautione de sistēdo iuri, & iudicato soluendo, atq; item de facienda prouisionali nantizatione seu solutione incidit, in lite quam Ioannes & Melchior Ortel Actores, contra Ioannem Henricum Montprot Reum coram Magistratu Antuerpiensi instituerunt, secundum petitionem dictorũ
1 actorũ decidenda & definienda est. † Nam quod ad primum articulũ petitæ prætactæ cautionis attinet, quamuis illius petitio in hoc statu causæ principalis videatur serius proposita; quia iure communi est decisum, quod etiam à procuratore seu defensore aliena

lienæ litis, nec cautio rati [a], nec cautio iudicio sisti, nec denique cautio iudicatum solui [b], regulariter recte petatur post litem contestatam, & quod omnis iudiciaria satisdatio secundam illam decisionem peti debeat, ante litem contestatam [c]: † vsu ta- 2
men & moribus passim iuris communis obseruatio in satisdationibus, quæ iudicij causa præstantur, immutata est, & olim etiam mutatam fuisse testantur antiquissimi iuris ciuilis interpretes [d]. Ita vt cuiusque loci vsus, & praxis forensis inspici, & quod sic in vsu est seruari debeat. Proinde cum per statuta oppidi Antuerpiensis (vt etiam Reus satis aperte allegat) ad arbitrium Iudicũ referatur an, quando, & qualis cautio iudicij causa præstari debeat, & hoc potissimum ad Iudicum arbitrium referatur, vt dispiciant an probabiliter & citra calumniam illa petatur, nec petendi facultas restricta sit ad tempus quod litem contestatam antecedit; non potest dici quod dictæ cautionis petitio non suo loco & tẽpore sit proposita. † Ex quo profluit & illud quod 3
tradit Cynus [e], etiam ab Actore peti posse, & præstari debere cautionem de refundẽdis expensis litis, & prosequenda lite vsq; ad finem etiam post litem contestatam, & in causa appellationis [f]: præsertim quando petendæ satisdationis seu cautionis iusta causa quæ ante litem contestatam ad manum nõ erat post litem contestatam superuenit. † Quemadmodum & dilatoriæ ex- 4
ceptiones (quarum natura quoq; est vt regulariter ante litem contestatam proponi debeant) post litem contestatam proponi quoq; possunt si earum proponendarũ causa post litem contestatam superueniat [h]. Cũ ergo Actores petitæ huiusmodi cautionis iustam habeant causam, eaq; maxime orta & aucta sit post litem contestatã ex longa Rei procrastinatione ac frustratione, qua longissime extraxit causam principalẽ de reddendis rationibus susceptæ executionis testamenti quondã spectabilis D. Matthæi Ortell aduersus eum institutam per accumulationem dilationum, & tandẽ per restitutionem in integrũ aduersus lapsum earundem dilationum, merito huiusmodi petitioni Actorum acquiescendum est. † 5
Et hoc est quod tradit Baldus [i], cum petitum debitum per Reum negatur, & Actor in terminis liquidationis hæret, per Reum interim satisdandum sit: quia scilicet id postulat nõ tantum Actorum securitas, sed etiam rei æquitas, ex qua dependet officiũ iudicis in imperanda vel deneganda cautione seu satisdatione, non tantum in contractibus, sed etiã in iudicijs [k]: præsertim cum persona eius qui iudicio conuenitur suspecta esse incipit; quales suspicionis causas idoneas, non paucas congessit D. Ad-
6 uocatus causæ. † Nec hac in parte subleuandus est Reus ex eo quod testamẽto datus sit executor prædicti testamẽti, ideoq; eius fides sit approbata à testatore [a]; exemplo testamentarij tutoris, qui ex ea causa satisdare non tenetur [b]: nam eadem per omnia non est conditio Executoris testamenti, & tutoris; ideoque ex causa suspitionis potest Executor cogi ad satisdationem, præsertim si quoquo modo eius facultates suspectæ fiant iam mortuo testatore [c]; non etiam tutor cui propter suspitione adiungitur alius, non vero remouetur,
7 neq; satisdatione oneratur [d]. † Imo vero propter malam fidem & versationem Executori potest eripi administratio, illaq; ad alios transferri; multo igitur magis ab illo exigi satisdatio [e]. Deinde vt concedatur Executorem non posse grauari satisdatione in suscipienda vel retinenda administratione ipsius executionis, de qua in hac causa non agitur: exonerari tamen nõ debet ab hac satisdatione iudiciaria, quæ nõ propter ipsam administrationem, vt illam recipere vel retinere possit; neq; ad administrationis securitatẽ vel vtilitatem imperatur: sed ad securitatem eius, qui cum Executore iudicio contendit; præsertim, vel ad reddendas rationes administrationis, vel ad præstandum quod ex testamento, vel propter testamentum præstandum est; hac enim in parte non consideratur officij qualitas nec administratio ipsa, sed proprium administratoris debitum, quo se obnoxium fecisse dicitur per administra-
8 tionem. † Quod etiam euenit in tutoribus & curatoribus, qui quamuis cum ex persona pupilli vel minoris propter susceptam tutelam vel curationem conueniuntur, neque de rato neq; de iudicato soluendo cauere seu satisdare coguntur [f]: dubium tamen non est quin cum suo nomine conueniuntur de reddendis seu distrahendis administrationis rationibus ab ijs, ad quos emolumentum & reliqua administrationis pertinent, cum proprio nomine conueniantur eodem loco sint, quo quisq; alius litigator; quia periculum & commodum huiusmodi litis ad eos suo nomine pertinet & iudicati executio in ipsos non in alios fit [g]. Atque ita quo casu alius quiuis, hi quoq; satisdare, & cauere iudicij causa, cum ratio & æquitas id postulat, merito
9 debent. † Cuius procliuior occasio ex eo est, quod Reus post decoctionem, & insoluentiam sui coexecutoris, solus administrationem sibi retinuerit, qui pro integritate fidei debebat hoc curare, vt alius in eius locum surrogaretur [h]; præsertim quia Dominus Matthias Ortell testamento suo

Marginal notes (left column):
a l. Pomponius §. ratihabitionis ff. de procur.
b l. Iulianus & ibi Castrens. & Ias. ff. qui satisd. cog.
c Castren. in d §. ratihab. nu. 7. de procur.
d Pileus in tract. de ciuil. & crim. caus. ord. tit. de libel. oblat. Specul. tit. de satisd. §. 1. post princ.
e in authent. generaliter C. de Epis. & Cler. quest. 5. Afflictus decis. 138.
f l. Postquam §. Imperator & ibi Bar. ff. vt lega. nom. cauet. Francisc. Marc. decis. Delphina 879 queritur.
g l. exceptionem C. de proba. c. inter monasterium de re iud.
h c. pastoralis de except. c. insinuante de off. deleg.
i in l. in omnibus ff. de iudic.
k l. si fideiussor §. vlt. qui satisd. cog.

Marginal notes (right column):
a l. diuus Pius ff. si cui plus quam per leg. Falcid.
b §. 1. instit. de satisd. in l. non omnium C. de tut. vel cur. qui non satisd.
c l. Liberto §. largius & ibi gloss. de annuis legatis.
d l. si tutor de suspect. tut.
e Bar. & Salic. in l. nulli C. de Epis. & Cler. Iac. de camb. in tract. de execut. vlt. volunt. §. repetitis nu. 7.
f l. 1. §. 1 & vulgo ff. de administ. tut. l. tutoris debita C. de administ. tut.
g gloss. in l. sciendum §. tutores in verb. tutores vers. nisi executio. ff. Qui satisd. cogant.
h arg. l. Lucius 2. §. cum quidam de administr. tut.

to suo id præcepit. Iusta igitur in proposito est ratio cur dictus Reus cogi debeat ad satisdationem pro securitate Actorum, quibus per longas moras litis principalis ex persona, & bonis Rei, non satis cautum alioqui esset [a]. † Petitio prouisionalis so- 10 lutionis, satis etiã videtur fundata, præsertim quod attinet ad ea, quæ liquida sunt, & partim ex testamento dicti D. Matthæi certam obligationis & præstationis naturam habent; ideoque per moras huius litis principalis differri non debent, sed in continenti præstari; exacta duntaxat reciproca cautione de restituendo, si cui plus quam oportuit ex euentu litis solutum esse comperietur [b]. Qua enim ratione ex statutis, & vsu oppidi Antuerpiẽsis ex liquidis & confessatis cautionib' seu syngraphis prompta solutio & nantizatio imperatur; eadem sane etiam imperari & decerni debet prouisionalis solutio eorum quæ ex integro & vero recognitoq; testamento debentur: cũ obligationis eadem sit conditio, & magis fauorabilia sint debita quæ ex testamento consurgunt, quam quæ ex contractibus [a]. Quæ prouisio procliuius hic decernenda est propter huius litis faciem, quæ per Reũ sic instruitur, vt nulla sit dubitatio, quin Reus vel elusorijs minis, vel subterfugijs Actores distrahat, & litem improbabilem sustineat; quod permittendum non est [b], potissimum propter rationes per D. Aduocatum de Rei malauersatione amplissime deductas, & velut digito demonstratas; à quarum repetitione & particulari discussione, breuitatis studio abstinemus.

a Arg. l. 2. §. hac stipulatio in fin. ff. si cui plus quam per l. Falcid.

b l. 1. per totum ff. Si cui plus quam per leg. Falc.

a l. in teste. de reg. iur.

b l. hoc autẽ in prin. ff. si cui plus quã per leg. Falcid.

SVMMARIVM.

Reconuentio.

1. *Reconuentionis materia postulat vt reconuentus in omnibus prior sit.*
2. *Reconuentio prorogationem continet.*
3. 21. *Reconuentio quando habeat beneficium simultanei processus.*
4. 6. *Reconuentionis causa an sistat conuentionem.*
5. *Reconuentionalis causa cum conuentionali terminanda est.*
7. *Reconuentio aduersus guarentigiata instrumenta proponi potest.*
8. *Reconuentio post rem iudicatam proponi non potest.*
9. *Reconuentio reiecta grauamen continet.*
10. *Perturbatio ordinis processus an nullitatem inducat.*
11. *Proportio eadem est summaria causa ad summariam quæ ordinaria ad ordinariã.*
12. 16. *Constitutio Caroli V. Imp. de prompta executione syngepharũ inter mercatores.*
13. *Exorbitantia extensionẽ non admittunt.*
14. *Casus omissus secundum communem iuris dispositionem decidi debet.*
15. *Pecunia vt aliarum rerum negotiatio est.*
17. *Geminata plus effectus habent.*
18. *Prouisio pendente lite quando fieri non debeat.*
19. *Prouisio in quacunque parte litis peti potest.*
20. *Solutio quibuscunque instrumentis obijci potest.*
22. 25. *Paritas requiritur in causis conuentionis & reconuentionis.*
23. *Reconuentio illiquida liquidam reconuẽtionis causam remorari non debet.*
24. *Duplicatio replicationem eneruat.*
25. *Appellare quando liceat à sententia interloquutoria.*
26. *Prouisionalis sententia executioni statim mittenda.*

CONSILIVM XXXIX.

POterat primo conspectu videri non satis solido Iuris fundamento subnixa causa grauaminis, ex qua DD. Ioannes & Franciscus Ayala, à sententia interloquutoria Magistratus Antuerpiensis in fauorem D. Eluyræ de Ayala vti videtur lata, ad hoc amplissimum Concilium prouocauerunt; quod nullum præiudicium continere videatur decretum dicti Magistratus latum decima quarta Iunij, & repetitum vicesima septima Iulij; & rursus tertia Septembris adiectione pœnæ confirmatum, de instruendo processu conuentionali, ad finem vt ius super prouisione seu sequestratione petita diceretur. Incertum namque erat quid instructo processu idem magistratus ordinaturus erat quoad prouisionem; cum tam in procliui fuerit decernere, vel non esse nantizandam seu sequestrãdam pecuniam ab Actrice petitam; vel non prius nantizandam quam cognitum sit super prouisione in reconuentionali causa pro parte prouocantiũ petita, quam decernere nantizationem per Reos esse faciendam in causa conuentionali: sic vt ex fluctuanti suspicione certi grauami-

nis cauſa non videatur conſtituenda[a],& ex futuris contingentibus nulla ſit determinata veritas. † Neq; etiã abſurdum videatur, prius decernere inſtruendum eſſe proceſſum Actricis,quam Rei reconuenĩetis. 1
Propoſita enim conuentione & reconuentione hoc obſeruatur, vt prius fiant acta Actoris conuenientis,quam Rei reconueniẽtis;& in ſingulis actibus iudiciarijs,ſingula ante faciat Actor,quam Reus reconueniens[b]. † Cæterum exactiore omnium 2
circumſtantiarum excuſſione adhibita,demonſtrari poteſt iuſtã eſſe grauaminis cauſam. Ea enim eſt conuentionis & reconuẽtionis conditio, vt in tẽpore propoſita reconuentione; hoc eſt vel ante litis conteſtationem,vel in ipſa conteſtatione,ſeu in continenti expoſt[c],nõ tantum habeat effectum prorogatiuum, ſiforte Iudex quoad materiam in reconuentione poſitam ſit incompetens,aut Actor ſub eo forũ non ſortiatur[d]: † ſed etiam inijciant neceſſitatem 3
ſimultanei,vt aiunt,proceſſus[e]: ſic vt pari paſſu cauſa vtrimq; decurrat;neque maiore diligentia acceleranda ſit cauſa conuẽtionis,quam reconuentionis, vel ẽ contra. † 4
Vnde Actor conueniens,ſi recuſet reſpondere libello reconuentionali, aut in alia quacunq; iudicij parte tergiuerſetur,pœnã patitur,nempe quod cauſa conuentionis ſiſtatur,& in ea Iudex audientiam ei nõ accommodet[f]:nec citius accelerari aut ante terminari poteſt conuentionalis cauſa,quã reconuentio[g]. † Ideoq; etiam vel vna ſen- 5
tentia ex eodẽ breuiculo recitanda terminari debet,vt plerique volunt[h], vel certe duabus ſententijs diſtinctim etiã ſcriptis, ſed eodem tempore coniunctim pronũciatis[i]: idq; non tantũ in ordinarijs iudicijs, ſed etiam in ſummarijs, & in quibus velo leuato proceditur, ſi modo reconuẽtionis cauſa ſummariam etiam tractationẽ patiatur. † Quamuis enim cauſam conuẽtiona- 6
lem,quę ſummarie expediri poteſt,non remoretur obiecta reconuẽtio ſi longius examen & cognitionẽ deſideret[k]:non reijcitur tamen reconuentio ſi ſummarie quoq; tractari poteſt[l]. † Vſq; adeo vt etiam debi- 7
to liquido propoſito non reijciatur reconuentio[m], & quod magis eſt inſtrumẽtis paratã executionem habentibus, quæ appellant guarentigiata; quibus vix quicquam poteſt obijci,quia habent vim ſẽtẽtiæ diffinitiuæ tranſeuntis in rem iudicatam[n]; † 8
poſtquam reconuentio ſerius proponitur, cum tunc cognitio non ſuſcipiatur,ſed cognitum executioni mandetur[o]: admittitur tamen reconuentio non tantum quæ eiuſdem ſit generis,hoc eſt petitione reconuẽtionali propoſita etiam ex alio inſtrumẽto guarentigiato, verum etiam quæ tantum

a l. neque natales & ibi gloſſ. C. de proba.
b Bald in l. qui prior ff. de iudic. & in l. Neſennius de neg. geſt.
c authen & conſequenter C. de ſentent & interlo. & ibi DD. cle. ſaepe § verum & ibi Card Zabarella de verb. ſignific. Socin. in c. 1. de mut. pet. nu. 97. in fi.
d l. cum Papinian. C. de ſentent.
e DD. in d. c. 1. de mut. petit. Felin. ibidem. Lanfrancus in d. cle. ſepe col 8. in fi. Decius conſ. 20. In caſu propoſito nu. 2.
f Speculator in tit. de reconuen. §. fin. verſ. ſed nunquid ſi actor.
g Socin in c. 2. de mut. petit nu. 13.
h gloſſ. in c. 1. de mut. pet. c. dilectus 1. de ord. cog. Bartol. in d. authent. & conſequenter Specula in d. §. fin. col. 2.
i Socinus in d c. 2. nu. 17. de mut. petit.
k Bart. in d. auth. & conſequenter & in l. 1. in fi. de var. & extraor. cognit. Innoc & Hoſti. poſt gloſſ in c. 1. de mut. petit.
l d. clem. ſape Socin conſil. 6 viſo puncto ad me transmiſſo nu. 7. vol. 1.

ſit de debito liquido. Nam compenſatio[m] eo caſu admittitur quæ cũ reconuentione ſummam affinitatem,in plerisq; identitatẽ habet[b]. Nec mirum;habet enim vim ſolutionis, cuius allegatio nullo caſu excluſa
9 eſt. † Quibus quidem omnibus caſibus nõ admiſſa, vel eiſdem progreſſibus non tractata,& in cognitionem non recepta recõuentio, etſi vitio nullitatis non inficiat proceſſum vel ſententiam Iudicis: tamen appellãdi materiam & occaſionem ſubminiſtrat; vt expreſſo Iure cautum eſt[c]. Quod ipſum quidem non tam accipiendũ eſt de fine iudicij,hoc eſt ſi conuẽtio ante reconuentionem diffinitiue terminetur,quã de ijs quæ in lite incidunt, & non deciſoria, ſed ordinatoria litis reſpiciunt. Præſcript[9] enim eſt Iuris ordo, qui perturbari nõ debet; vt ſcil. neq; celeritate, neq; tarditate alterutra cauſa vel præcipitetur, vel plus æquo differatur,ſecundum ea quæ ſuperius
10 dicta ſunt. † Vnde tradunt DD. generaliter[d], peruerſionem aut conturbationẽ iudicij ſeu proceſſus, ſiue in exceptionibus, ſiue dilationib⁹,ſiue alijs quibuſcunq; tractandis,iudicium non ſtatim reddere nullum;ſed præbere iuſtã appellandi occaſionem[e]. Quæ præmiſſa ad rem ſubiectam accommodando dicimus iuſtũ grauamen accepiſſe dictos Ioannem & Franciſcũ ex decreto dicti magiſtrat⁹ de proceſſu ſeu ſacco conuentionali,ad cognitionem ſuper prouiſione,ſeu manus garnitione inſtruendo; ſimili præcepto Actrici conueniẽti de ſacco cauſæ reconuentionalis etiam inſtruendo ad cognitionẽ prouiſionis ſuper ea minime facto: præſertim quod ab initio ſine vlla Actricis contradictione admiſſa Reorum reconuentio pari paſſu cũ conuentionali cauſa, vſq; ad duplicationem ſemper ambulauerit,& non admittendi,aut alterã præ altera magis vrgendi, nulla fuerit occaſio,ſiue ordinariam viam procedẽdi reſpicias, quã vtraq; pars ipſo facto delegit, & agnouit,pari terminorũ hinc inde interueniente obſeruatione,ſiue ſummariã,qua virtute inſtrumenti liquidi reiectis exceptionib⁹ longiorẽ inueſtigationẽ & cognitionẽ requirentibus,pecunia ſequeſtranda,
11 ſeu per prouiſionẽ nantizanda eſſet. † Vt enim ante diximus eadẽ eſt proportio ſummariæ cauſæ ad ſummariã,quæ ordinariæ ad ordinariam[f]: ita vt propoſita petitione prouiſionis ex vno inſtrumẽto,ſimiliter petatur prouiſio,altera ſine altera decernẽda nõ eſt aut cognitio alteri⁹ ſine altera ſuſci-
12 pienda[g]. † Cuius quidẽ grauaminis iuſtificãdi occaſio in caſu propoſito ſplẽdidior efficitur ex eo quod conſtitutio Caroli V. Imperatoris,quæ hãc paratã executionem ſeu prouiſionẽ inter mercatores ex liquidis obliga-

m Salic. t. in l. neque ſcriptura in fi. de compenſ.
n Cynus in l. 1. C. de compenſ. ff.
o Socin. conſ. 41. antequã ad quæſtionẽ nu. 6. vol. 1.
a Angelus conſ. 131. quidam Nicolaus Felin. in c ſuborta de re iud. Hipp. ſingul. 288 compenſatio.
b DD. in d. auth. & conſequenter.
c l. 1. § fin. quæ ſenten. ſine app. reſcind. Specul. tit. de re conuent § fin. verſ. & ſi Iudex. Panormitan. in c. 1. col. 3. in fi. de mut. petit.
d Caſtren. & alij in l. ſi quæramus de teſtament.
e c. exhibita de Iudic.
f Imol. & Hoſt. in d. c. 1. de mut. petit. clem. ſape de verb ſignif.
g Socin. in d. c. 1. nu. 58.

obligationibus, chyrographis, seu instru-
mentis constituit, restricta & limitata sit
ad certum genus causarum; videlicet ad
obligationes ex causa negotiationis seu
mercantiarum descendentes: ideoque ad
obligationes ex alia causa descendentes
extendi non posse. Limitata enim causa li-
mitatum producit effectum[a]; & limitata
legis ratio, legem ipsam limitat & restrin-
git[b]. † Et in exorbitantibus præsertim o- 13
diosis, nulla admittitur extensio, maxime
non concurrente rationis identitate[c]. In
quo genere est nantizatio seu sequestratio
pecuniæ, quæ ex quocunque contractu pe-
titur, & iure communi & æquitatis ratio-
ne est prohibita[d]. † Nunc autem cum peti- 14
tio Actricis originem trahat non ex aliqua
negotiatione, sed ex diuisione hæredita-
tis, & transactione super bonis maternis
inter dominam Eluyram & D. Grego-
rium de Ayala, inita ex dicta constitutio-
ne priuilegium promptæ solutionis habe-
re nequit; sed constitutione relicta secun-
dum terminos iuris communis decidi de-
bet[e]; quo iure nusquam cautum inuenitur
vel diuisionem hæreditatis vel transactio-
nem, seu quemcunq; contractum illius oc-
casione initium exigere hanc nantizatio-
nem, quæ verbis multũ generalibus, nihil
excludẽtibus, expressa constitutione[f] pro-
hibita est, quoties ex quolibet contractu
pecunia postulatur. Ex contractu autẽ esse
obligationẽ, quæ diuisione vel transactio-
ne, & præsertim promissione interueniẽte
oritur, dubitationẽ non habet[g]: cum ex ad-
uerso vtraq; petitio per Reos proposita, ex
duobus claris & liquidis instrumẽtis Sca-
binalibus sub dicta constitutione compre-
hendatur; descendẽs nimirum ex numera-
tione pecuniæ à mercatore mercatori fa-
cta. † Pecuniæ enim vt aliarum rerũ vtiq; 15
est negotiatio; vt in cambijs vtriusq; gene-
ris conspicitur, cum campsores mercatorũ
appellatione contineantur[h]; & siue pecunia
prærogetur, siue sub mutuo detur, siue trã-
scribatur ad refusionem iusti interesse, ne-
gotiationes comode exerceri nequeũt: ita
vt hac ex parte nulla fuerit occasio vrgẽdi
nantizationẽ ex petitione Actricis. † Cõ- 16
cesso quoq; quod vltra constitutionẽ præ-
dictam in oppido Antuerpiensi corã Sca-
binis factæ recognitiones seu instrumenta
paratæ exequutionis seu nãtizationis præ-
rogatiuã habeant, quod ex actis plane non
comperimus, sed suspectum habemus: ni-
hilo tamen fuit iustior causa dicti decreti,
quo ex priore petitione accelerata videtur
nantizationis cognitio, nulla habita ratio-
ne petitionis recõnuentionalis; ideo quod
eo constituto, petitionis conuentionalis
vnicum tantum sit priuilegium ex virtute

a l. cancellaueras ff. de his quæ in testa. delen. Felin. in c. ad ordinem col. 4. de rescrip.
b Ang. in l. quod dictum C. de pact.
c Bart. Bald. & alij in l. cum pater §. dulcissimis de leg. 2.
d l. vnica C. de prohibit. sequest. pecu.
e c. suscitatũ de rescript. in 6. l. si cum dotem solu. matr. l. commodissime de lib. & posth.
f d. l. vnica C. de prohib. sequest. pecu.
g l. 1. C. communia vtriusque iudicij.
h Rebuff. ad constitut. reg. tit. de mercato minus vend. artic. 1. gloss. 1. num. 18.

literarum Scabinalium; reconuẽtionis ve-
ro geminata sit prærogatiua, quo ad nan-
tizationem seu prouisionem, ex dicta scil.
constitutione & generali omnium literarũ
Scabinalium (si hoc præsupponendum est)
17 virtute. † Geminata enim omnia & pluri-
bus vinculis obligata, efficaciorem effectũ
18 vbiq; habẽt[a]. † Cum ergo pro parte recõ-
uenientium ab initio, perinde, vt ex parte
Actricis petita & aliquoties repetita fuerit
nantizatio seu prouisio, eaq; petitione (si-
ue dicto magistratu eam reijciente prout
constare videtur ex actis 3. Aprilis & 28.
Iunij 1557. siue partibus hinc inde in ea nõ
persistentibus) non obstante, ordinaria via
sit detecta & formalis iudiciorum ordo v-
trimq; obseruatus vsq; ad duplicationem,
nulla ratio fuit cur postea iam prope ad fi-
nem cognitionaliter producta vtraq; causa
citra cognitionem exactã præiudicialiter
ad prouisionem procederetur: cessant enim
prouisiones quæ lite pendente fiunt, cum
processus principalis breui terminari po-
test[b], quã semel dictus magistratus præce-
pto facto de instruendo processu vtroq, ad
finẽ decernendæ vel reijciendæ prouisio-
19 nis reiecisse videtur. † Nã quamuis in qua-
cunq; parte litis peti possit prouisio seu nã-
tizatio etiam in causa appellationis[c], imo
in exequutione, si aliqua exceptio longio-
rem indaginẽ requirens obijciatur[d]; semel
tamen proposita & per processum ad vlte-
riora reiecta[e], cũ illius reiectio, non faciat
processum nullum[f] nisi emergente noua
causa, vix est vt repeti possit; quasi super
eo semel sententia dicta quæ in rem tran-
sierit iudicatã: & vt possit repeti, nulla ta-
men causa est, cur pro Actrice potius, quã
Reo reconueniente repetatur, concurren-
tibus præsertim ijs, quæ paulo ante addu-
ximus, pro demonstratione inæqualitatis
obligationum, ex quibus vtrimq; hic agi-
20 tur. † Quibus addi potest quod exceptio
solutionis seu liberationis per exhibitionẽ
apochæ seu quitãtiæ aduersus Actricis pe-
titionem obiecta, & ad effectum subuertẽ-
dæ huiusmodi exceptionis aduersus con-
fessionẽ solutionis, petita integri restitu-
tio, prioris reiectionis, per processũ ad vl-
teriora iustificationẽ, & posterioris decre-
ti, à quo prouocatũ extitit, impugnationẽ
abunde contineat. Nihil enim magis est
quod paratam cuiuscunq; petitionis, quã-
tũuis priuilegiatæ exequutionẽ impediat
quam solutionis exceptio; siue ex guaren-
tigiato instrumento agatur, siue alias ex
statuto vel consuetudine nantizatio sit fa-
cienda[g]. Nec quicquam hic facit restitutio
in integrum; nam petita tantũ est & com-
missa à Principe illius cognitio, & mini-
me præcise concessa, sic vt negari nequeat

a Auth. itaque C. communia de success. c. 1. de treuga & pace.
b l. si is à quo ff. vt in poss. legat.
c Aufrerius in stilo parlamenti tit. de prouis. in 1. parte §. rem dicunt.
d l. ille à quo §. si de testa. ad Trebell. Cranetta consil. 154. nobilis domina Gallus in arrest. parlamenti quest. 128. incip. pro dandi.
e Felin. & alij in c. suborta de sentent. & re iudicat.
f d. l. 1. § fin. quæ sent. sine app. rescind.
g Ioannes And. ad Spec. in tit. de senten. § fin. versi. 16. Anchoran. consil. 259 ex verbis circa fi. Romanus consil. 28. visa.

materiam conuentionis non esse liquidam. † Quibus omnibus nihil aduersatur 21 quod superius in initio diximus, nullũ apparens præiudicium latere in præcepto de instruendo processu causæ conuentionalis, & quod tam procliue fuerit prouisionem reiectum, quam admissum iri, & quod prius Actoris quam Rei reconuenientis acta fieri debeant: nam cum instructio processus seu actorũ ad cognitionem tendat, non possit autem de causa cognosci, nisi quoque suscipiatur cognitio de causa reconuentionali[a], nec cognosci possit de causa nisi processu pro modo cognitionis instructo[b]: merito potuit appellari ab eo decreto, quo non obstante Reorum exceptione magistratus decreuit conuentionalem processum instruendum esse; nulla facta mentione instruendi quoque reconuentionalis; nullo habito respectu quid euenire potuerit: grauamen enim est, non in futura nantizationis faciendæ sententia, sed in inæquali procedendi modo. Neque enim quia forte Reus à petitione conuentionali absoluetur, cogitur celerius in ea procedere suspensa reconuentione, sed pœnam suspensionis causæ conuentionalis patitur, si paribus passibus cum Reo reconueniente non progrediatur & singula faciat[c]. † Verum quidem est ab Acto- 22 re principium omnium & singulorum actuum esse faciendum, sed ita vt immediate, & velut coniunctim ea quæ sunt reconuentionis sequantur: quæ similitudo & paritas processus in reconuẽtionali quoque desideratur, non vt Actori prius adhibeatur cognitio, & ex interuallo longiori, Reo[d]. Cum alioqui etiam dici possit futuri aliquem respectum haberi; nam prohibito consequenter prohibetur quoq; id, per quod peruenitur ad illud[e]. † Frustra 23 quoque vrget Actrix ordinationem Iudicij magistratus Antuerpiensis, qui non vult conuentionalem causam differri, si liquidata est propter reconuentionem; nam ea ordinatio iuri communi conformis est, cum reconuentio illiquida, conuentionis causam liquidam non remoretur; sed vel reijciatur vel obtineat tantum effectum prorogatiuum, non simultanei processus, nisi ipsa reconuentio de facili possit liquidari[f]. Cum igitur materia conuentionis nõ fuerit liquidata, eo tempore quo prædictus Magistratus processum conuentionalem instruendum ad prouisionem decreuit, varijs ex causis superius relatis, & inter ceteras per restitutionis petitionem aduersus quitationem; merito se obijcere potuerunt Rei huiusmodi Actricis petitioni, & perinde quoq; dicti Magistratus decreto, quod eorum reconuentio longe fuerit liquidior, & Actrix pro liquidanda sua conuentione, eodem ipso momento petierit sibi permitti triplicationem; quod clarissimum indicium est etiam iudicio Actricis conuentionẽ nondum fuisse liquidatam, sed duplicatione
24 Reorum offuscatam. † Vt enim exceptio actionem, exceptionem replicatio; ita replicationem duplicatio eneruat vel elidit[a]. Relinquitur ergo ex eo solo quod Iudex in conuentione & reconuentione processus paritatẽ non seruans, neutra prægrauante alterutram, grauamen inferri, &
25 propter hoc solum appellari posse[b]. † Quare nec postremo vrget quod Actrix pro diluenda Reorum prouocatione allegat, nõ posse appellari à sententia interloquutoria, & hoc ex stylo curiæ qui iuri communi conformis est[c]: nam id non obtinet in casibus à iure exceptis, inter quos est hic, quoties decreto iudicis turbatur ordo simultanei processus inter Actorem & Reũ. Est enim hoc grauamen in definitiua irreparabile, quia compellit ad factum, quod infectum fieri nequit[d]. Veluti si Iudex decernat vlterius procedendum, vel aliud
26 faciendum esse[e]. † Et quidem hic est tale factum, quod generat præiudicium circa exequutionem; sententiæ enim prouisionales exequutioni statim mandantur: traditum autem est[f] regulam Iuris Ciuilis de non appellando ante diffinitiuam sententiam, non habere locum, quando interloquutoria meretur exequutionem; vt est in restitutione seu restabilimento, recredentia, sequestratione seu nantizatione; si statuto vel consuetudine appellatio remota non est; quo quidem casu etiamsi non possit appellari à prouisione seu nantizatione prohibente scilicet statuto vel consuetudine; appellari tamen poterit si vtrimque petita sit prouisio ex diuersis instrumentis, & alteri parti tantum decernitur; vel si in petitione alterutrius procedendum esse decernatur retenta cognitione alterius. Quemadmodum per diffinitiuam sententiam prius condemnato Reo conuento licet iuste suspensa adhuc pronunciatione super reconuentione, appellari lex permittit[g]; non quasi iniuste condemnatus sit Reus conuentus, sed quod prior condemnatus sit, quam Actor reconuentus, vt paulo ante attigimus. Existimamus itaque dictorum DD. Ioannis & Francisci prouocationem à prædicto grauamine esse iustam, & propositiones dominæ Eluiræ iniquas; ideoq; reformato magistratus Antuerpiensis decreto, & expensarum adiudicatione prouocãtibus facta, coram Amplissimis dominis in negotio principali esse procedendum.

a Iuribus s. allegatis.
b c. Quoniã contra falsam d. probat. l. 1. C. de excep. rei Iud.
c Specul. in tit. de reconuent. §. fin. vbi plures allegat. & habetur in c. 1 & 2. de mut. petit. & Specu. in d. §. fin. versic. sed nunquid si actor.
d Bald. in d. l. qui prior C. de Iud.
e l. ad rem & l. ad legatum de procurat. c. Quoniam de sentent. excommunicat. in 6.
f Bald. in d. authent. & consequenter 2 colum. & in l. neque C. de compens. Socinus in d. c. 1. nu. 29.

a §. 1. Instit. de replic.
b Castr. in d. l. 1. §. fin. quæ sent. sine appel. rescind.
c l. 2. ff. de appell. recip. l. pen. C. quor. appel. non recip. & ibi DD.
d l. in bello §. facta de cap. & postli. reuers.
e DD. in l. quod iussit de re iud. Rebuf. ad constitut. reg. in tit. de sentent. exequ. art. 1 nu. 3.
f Salicet. in l. ante sentent. C. quorum appellatio non recip. Barba. cons. 30 s. illud in medio vol. 3.
g d. l. 1. §. fin. quæ sent. sine appell. rescind. & ibi Castren.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Reconuentio in causa feudali.

1. Appellatio à reiectione reconuentionis valet.
2. Sententia reiectionis reconuentionis vel compensationis vim diffinitiuæ habet.
3. Reconuentio in dubio semper admittenda.
4. Pares Curiæ feudalis habent iurisdictionem restrictam.
5. Reconuentio in causa feudali admittenda.
6. Reconuentio coram quocunque Iudice proponi potest.
7. Reconuentio etiam fauore Rei inducta est.
8. Consuetudo requirit exempla.
9. Consuetudo non ex defectu vsus, sed ex contrarijs actibus iuri scripto derogat.
10. Feudales causæ quatenus ex iure ciuili decidendæ sint.
11. Reconuentio coram Iudice limitatam iurisdictionem habente proponi potest.
12. Compensatio tantum liquidi ad illiquidum est.
13. Verba generalia ad iuris intellectum referri debent.
14. Protestatio actui repugnans nihil operatur.
15. Protestationis effectus:
16. Protestatio respondentis quod id non faciat animo litem contestandi quid operetur.
17. Sequestrum facit amitti possessionem.
18. Metus iustus est perditionis omnium vel magnæ partis bonorum.
19. Appellare non audens propter metum quid facere debeat.
20. Reformatio sententiæ pro appellatione est.
21. Verba captanda non sunt.
22. Compensatio non obijcitur tutori de proprio debito.
23. Compensatio regulis reconuentionis insistit.
24. Pater agens ex causa aduentitij peculij propriam causam agere dicitur.
25. Pater non imputat filijs expensas ex causa peculij aduentitij.
26. Pater filio stipulando sibi stipulatur.
27. Compensatio agenti alieno nomine an obijciatur.
28. Reconueniri an possit qui alieno nomine agit.
29. Reconuentio conuentioni cohærens priuilegiatior est.
30. Continentiæ causarum diuidendæ non sunt.

CONSILIVM XL.

PErlustratis & diligenter expensis omnibus, quæ vltro citroque dicta, proposita, allegata & exhibita sunt in causa reformationis, quæ in Curia feudali Brabantiæ introducta est, inter generosos dominos Cratonem de Milendonck dominum in Meydrich, Soron &c. Reformantem; ac Theodoricum de VVylich dominum in Deffort &c. Opponentem, inuenimus causam domini Reformantis bono iure subnixam esse; partesque dominorum parium esse, vt secundum Reformantem sententiam dicant: quod deductione sequentium capitum, quo possumus compendio, faciemus manifestum. † Et 1
inprimis quidem quod in hac causa primum est, indubitatum ac manifestum est, appellationem seu prouocationem ad superiorem, ac reformationem de iure admitti à sententia, qua Iudex interloquendo reconuentionem partis conuentæ reijcit; quasi huiusmodi sententia sit iniqua[a]: idque etiamsi materia reconuentionis non dependeat à causa conuentionis, neque
2 cum ea aliquid commune habeat[b]. † Nam quamuis in figura formam interlocutoriæ habeat: habet tamen vim sententiæ definitiuæ, & interloquutoria proprie non est[c]. Ad exemplum obiectæ compensationis, quæ si per Iudicem reijciatur, appellationi quoque & prouocationi locum facit[d]. Ita vt neque iuris ciuilis constitutio[e], neque sæcularium tribunalium obseruatio non admittens appellationem ac prouocationem ab interloquutoria locum hîc habeat in proposito casu; quia hæc proprie interloquutoria non est, sed diffinitiua seu diffinitiuæ vim obtinens, à qua ob id iure expresso appellatio & prouocatio admittitur[f]. De quo minus hic dubitandum est ex eo (quod euidentius arguit dominorum parium Curiæ Limburgensis ini-

a *l. vlt. § vl. ff Quæ sent. sine appell. rescind.*
b *Anton. de Butrio, Ioan. de Immola in c. 1. de mut. petit. Socinus in c. 2. nu. 10. de mutuis petit.*
c *c. significantibus de offic. deleg.*
d *l. Quod in diem §. vlt. de compensa.*
e *l. Ante sententiam C. quorũ appel. non recip. l. vlt C. de sentent & interloquuto. omn. Iud c.*
f *d. l. vlt. §. vlt ff. Quæ sent. sine appell. rescind.*

iniquitatem) quod hæc reconuentio, de qua admittenda ac recipienda agitur, non ſit à materia reconuentionis remota, ſed plane connexa, coniuncta, & annexa. Nam vt ex hæreditaria ſucceſſione D. Aluarotæ de Palant, ac Vincentij à Svvanenburch ſuam intentionem aduerſus D. Reformantem fundat Opponens; ita quoque D. Crato eiuſdem D. Aluarotæ pronepos Reformans, propter eandem ſucceſſionem & repreſentationem, quam iure ſucceſſionis quoad dictum D. Vincentium præfatus Opponens ſuo & ſuorum liberorum nomine facit, ſuam reconuentionem inſtituit ad bona quondam D. Aluarotæ auiæ Reformantis, & perſonales multas præſtationes, in quibus D. Reformans contendit D. Vincentium ſecundum D. Aluarotæ proauiæ ſuæ maritum obligatum fuiſſe; quemadmodum conſtaret ſi domini pares Curiæ Limburgenſis libellum reconuentionalem realiter exhibitum proteruius non reieciſſent, vel ſaltem iure Impertinentium & non admittendorum ſaluo, recepiſſent actiſque coniunxiſſent. † 3
Iam vero communiter receptum eſt, quod cum reconuentionis materia aliquo modo cohæret conuentioni, & ex eodem vel vicino fonte, ex quo conuentio profluit, tunc reconuentio omnino admittenda ſit, & non admiſſa operetur nullitatem ſententiæ reiectionis, & proceſſus ad vlteriora: quia ſententia & proceſſus fiat contra ius conſtitutionis[a]; ne ſcilicet continentia cauſæ diuidatur[b]; & pro cauſis connexis ad plures Iudices eundum ſit[c]: ſic & vſque adeo vt nulla ſuperſit dubitatio, quin prouocatio & reformatio ſententiæ reiectæ reconuentionis, iure & vſu ſeu conſuetudine ſit licita. Qua prouocandi ſeu reformandi poteſtate conſtituta, conſtituamus quoque iuſtitiam reformationis & prouocationis; quod fiet non tantum ex his, quæ prædiximus quod materiæ conuentionis & reconuentionis hinc inde propoſitæ ſint connexæ, & ex eodem fonte ſucceſſionis, videlicet D. Vincentij & Aluarotæ profluant (quod tamen in præſenti caſu animaduerſione dignum eſt) verum etiam quod præſuppoſita diſparitate ac diuerſitate materiæ vtriuſque cauſæ, & quod cauſa reconueniendi nullo modo contingat cauſam conuentionalem; hæc reconuentio nihilominus admitti debuerit, & non admiſſa cauſet iuſtitiam reformationis. nam regula iuris latiſſime patens eſt quod conuentus conuenientem reconuenire poſſit: cuius enim agendo quis obſeruat arbitrium; non debet eundem contra ſe dedignari Iudicem[d]; non tantum in eodem negotio, ſed etiam diuerſo[a], cuiuſcunque qualitatis ſit, modo ſit eiuſdem generis; hoc eſt vt ciuili actioni non opponatur criminalis reconuentio[b].

4 † Et ideo quamuis pares Curiæ ſtrictam ac limitatam ordinarie videantur habere iuriſdictionem, reſtrictam tantum ad ſolas res feudales[c]; & quod iure ſingulari conceſſam habeant iuriſdictionem quæ non ſolet ita facile eſſe prorogabilis aut extenſibilis:

5 † Eſt tamen communi opinione comprobatum, quod coram Paribus Curiæ iudicio inſtituto, ad feudum ſeu ſuper feudo, locus ſit reconuentioni; non tantum ſuper re feudali vti quodam loco voluiſſe videtur Baldus[d]; verum etiam vniuerſaliter de omnibus omnino cauſis, etiam non feudalibus. Quod quidem traditum per Gloſſam ordinariam[e], ſequuntur Baldus[f], Iacobus de S. Georgio[g], Matthæus de Afflictis[h], Iacobus de Bello viſo[i], Ioannes de Blanaſco[k], Andreas de Iſernia[l], Aluarotus[m], Ioannes Cacialupus[n], Ioannes Raymundi[o], Socinus[p]. Cũ enim parium Curiæ iuriſdictio ſit ordinaria[q], licet per ſe non ſit omnino generalis, extenſibilis tamen & prorogabilis eſt, ſi non ex prima aditione, ſaltem ex ſecundaria per reconuentionem.

6 † Pro regula enim traditum, & iure nouiſſimo[r] ampliatum eſt, coram quocunque Iudice proponi poſſe reconuentionem de re quacunque, etiam coram delegato ad vnam cauſam tantum[ſ]; multo magis id obtinebit coram Paribus Curiæ qui ſaltem ordinariam habent iuriſdictionem, & ſic facile prorogabilem ad cuiuſuis alterius ſpeciei cauſam.

7 † Quamuis etiam reconuentio non tam in ordinaria Iudicis iuriſdictione poſita ſit, quam introducta fauore Rei; ne eodem tempore coram diuerſis, plures lites agantur, & (vt ait Ioannes de Blanaſco[t]) hæc inconſtantia Actoris declinantis Iudicem, quem elegit, non permittatur. Ita quod diuerſitas materiæ non impediat reconuentionem, nihilque vetet contra vindicantem feudum coram Paribus proponere reconuentionem de mille ducatis mutuo datis[u]. Ad cuius rei exemplum refert Matthæus de Afflictis[x] deciſum eſſe in ſacro auditorio Neapolitano, executioni mandandam eſſe ſententiam, quam Collegium artis alicuius ex reconuentione rei conuenti, contra Actorem conuenientem pronunciauerat; etiamſi materia reconuentionis non fuiſſet de cauſis & articulis artem alicuius Collegij concernentibus, ſuper quibus articulis tantum iuriſdictionem habebat Collegium. Neque ſane dili-

a Antonius Natta conſ. 155. incipien. nobilis Ioannes nu. 2.
b l. nulli C. de Iudic.
c l. 1. de quib. reb. ad eund. Iud. eat. Franciſcus Aret. conſ. 29. diligenter & mature num. 25.
d l. Cum Papinianus C. de ſentent.

a Gloſſ. in d. l. Cum Papinianus & Doct. in authent. & conſequenter C. de ſentent.
b Andr. de Iſernia c. 1. de contro. feud. apud Pares Curia termi. num. 5.
c d. c. 1.
d in c. 1. §. præterea nu. 12. de prohib. feud. alie. per Frederic.
e in d. c. 1. de contro feud. apud Pares Curia ter. in verb. faciendum in fin.
f ibidem in d. c. 1. nu. 3.
g In tractat. feud. ad verb. & dici vaſalli pro delictis rebus feudal. num. 21.
h in d. c. 1. num. 35.
i in d. c. 1.
k In epito. feudali lib. 4. ca. 1. nu. 27.
l in d. c. 1. num. 5.
m in d. c. 1. num. 5.
n in tract. d. feud. cognit. artic. 5. nu. 9 & art. 6. nu. 6.
o in d. §. præterea.
p in c. de tranſmiſſa. nu. 14. de for. compet. & in c. 1. nu. 10. de mutuis petit. & conſil. 41. Antequam ad quæſtio. nu. 9. vol. 1.
q Vdalricus Zaſius in epito. feuda. parte 11. nu. 8.
r d. authent. & conſequenter.
ſ c. diſpendia §. Reus de reſcript. lib. 6.

o Bald. in d. c. 1. nu. 3. t d. nu. 27. u Matthæus de Afflictis in d. c. 1. nu. 35. x decis. 27.

ne diligenter admodum inuestigatione & excussione librorum, potui quemquam inuenire, qui in contraria esset sententia, præter duos qui abhinc paucis annis scripserunt; videlicet Fredericum Schenck[a], & Franciscum Sonsbeckium[b]; sed vterque Baldi authoritate abutitur, quasi is reconuentionem ad res feudales restrinxerit. Nam etsi id vno loco[c] facere videatur propter exemplum allatum (ex quo tamen non solet restringi regula) aliò[d] tamen latissime hanc regulam extendit ad cuiuscunque generis res. Quamuis interim horum duorum solitaria opinio, quam vterque in prima ætate aduersus omnium aliorum, qui numero admodum multi sunt, paucis protulit, nihil commouere debeat, cur à recepta sententia, quæ regulæ innititur, recedendum sit. Quemadmodum nec mouere debet Ioachimi Mynsingeri opinio, qui ex sententia Baldi non satis sane intellecta sequutus est Fredericũ Schenck Baronem à Tautemberch[e], eoque minus quod non addiderit sic obseruari in Camera Spirensi, vel vnquam ita iudicatum fuisse. Quæ in proposito minorem dubitationem habent, ob præceptum Regium cum causæ cognitione, dictis Paribus Limburgensibus ante reiectam reconuentionem de ea recipienda factum. Nam quod Opponens rescriptum postea & supplicem libellum D. Reformantis reiectum fuisse allegat, nuper per dominorum Parium huius Curiæ sententiam interlocutoriam satis discussum & terminatum est: ita quod refricationem non mereatur hic articulus. † Sed nec illud D. Reformanti obstare potest, quod Opponens de 8
consuetudine Limburgensi obijcit: nam de ea non constat, neque per Aduocatum Opponentis exercitæ huiusmodi consuetudinis de non admittendis reconuentionibus, vlla adferuntur aut allegantur exempla; sine quibus consuetudo nulla probari potest[f]. Neque pro consuetudine accipiendum est, si forte nemo Parium Curiæ vnquam viderit reconuentionem proponi aut recipi: nam ex hoc abnutiuo seu negatiuo, non potest constitui consuetudo aliqua: † quia consuetudo per actus legi 9
scriptæ contrarios, vel ab ea dissidentes introduci solet & debet; non ex defectu vsus[g]. Quinimo simili ratione dici posset, nec iure communi recipiendam esse reconuentionem coram Paribus Curiæ de alia re non feudali, cum in iure scripto feudali, quo vtimur, id nusquam expresse decisum inueniatur reconuentionem esse admittendam. Sed huiusmodi collectio & argumentatio vana est & admissionem reconuentionis magis vrget etiam in feu-

a in d. c. 1. num. 2. de contro. feud. apud Pares Curiæ termi.
b In tract. feud. part. 14. nu. 28.
c in d. §. præterea.
d in d. c. 1.
e lib. 4. obseruat. 90.
f l. de quibus. ff. de legib.
g d. l. de quibus cum 3. sequent. ff. de legib.

10 dali causa. † Ita enim seruatur, vt qui casus in iure vel consuetudine feudali specialiter decisi non sunt, decidendi sint secundum ius Romanum[a]. † Vnde cum in iu-
11 re communi admittatur reconuentio maioris summæ coram Iudice, qui limitatam & ad certam summam restrictam habet iurisdictionem[b]; nihil dubitandum quin & coram Iudice feudali admittenda ac recipienda sit. Idque non tantum cum causa reconuentionalis liquida est, paucisq; expediri potest; verum etiam cum illiquida est, & altiorem longioremque indaginem
12 requirit[c]. † In eo enim superat compensationem, quæ nisi liquida sit, actioni liquidæ non potest obijci[d]. Ita vt nec ex hoc capite prædictis Paribus scrupulus aliquis admittendæ reconuentionis obijci debuerit; quamuis interim adhuc expeditum non sit vtra causa an conuentionalis an reconuentionalis sit liquidior. Nouissime neque illud momenti aliquid habet, quod Opponens ex formula iuramenti Parium Curiæ obijcit; quasi scilicet iureiurando constringãtur solis feudalibus causis, & minime alijs cognitionem suam & iurisdictionem interponere. Nam principio de huiusmodi formula doctum non est; & si necessitas postularet, doceri posset, hoc solum præter fidelitatem iurari, quod in causis in Curia propositis admonente ac requirente Locum tenẽte ius dicent & administrabunt: quod quidem referẽdum est ad omnes causas, quæ in dicta Curia introducentur, siue id fiat via conuentionis, siue via & iure reconuentionis.
13 † Verba enim generalia ac indeterminata, ad iuris intellectum referri, & ex eo interpretationem sumere debent[e], non Iudaice & ad corticem verborum intelligenda[f]. Quamobrem & illud nedum probabiliter, sed etiam ex iuris veritate sustineri potest, quod si formula iuramenti talis ac huiusmodi præscriptis verbis concepta esset, quod Pares iurent sese non intromissuros alijs causis, quam feudalibus; adhuc tamen sine violatione iuramenti admittenda esset hæc reconuentio. Nam hoc generaliter verum est, quod qui à iure præscriptam ac limitatam habent iurisdictionem, vel inter certas personas, vel de rebus aut causis certis, vel ad certam præscriptam summam, possint super alijs personis seu de alijs rebus, causis, & maioribus summis iudicare per viam ac formam reconuentionis[g], vt ordinaria potestas intelligenda & accipienda sit de principali ac prima aditione per viam conuentionis[h]. Quo sensu quoque accipienda esset formula iuramenti, si sic concepta esset, vt Opponens allegat; vt scilicet Pares per viam

a c. 1. vers. strenuus de feudi cognit. Iacob ac iancto Georgio loco supra citato.
b l. Si idem cum eodem §. quod si mutua ff de iurisdict. om. Iud. Bart in d. auth. & consequenter num. 5.
c Hierony. Gratus cons. 125. videtur prima fronte nu. 15. vol 1.
d Salicet. in l. Neque scriptura in fin. C. de compensat.
e l. 1. §. quod ait ne quid in loco sacro fiat l. 1. C. de furti b. & litium expensis.
f l. Si cui in princ. de seruitut.
g l. Si idem cum eod. in §. Quod si mutua ff. de iurisd. omn. Iud l. Quotiens C de Iud. l. 2. C de pedan. Iud.
h Gloss. d. §. Quod si mutua.

viam conuentionis non poſſint ad ſe trahere cauſas alias quam feudales; quo non excluditur reconuentio alterius rei, quia id formula expreſſe non includit. Ita vt nihil neceſſe ſit hic partes remittere ad probationes ſuper formula iuramenti his an alijs verbis ſit concepta: neque etiam ad probationem exemplorum per D. Reformantem allegatorum de iuriſdictione Parium Curiæ Limburgenſis in alijs actionibus etiam exercita. Ex quibus omnibus exiſtimamus abunde demonſtratum eſſe, iuſtam eſſe prouocationem præfati domini Reformantis. Reſtat vnum cui Opponens multum inſiſtere videtur, dum allegat Reformantem poſt interpoſitam appellationem libello conuentionali reſpondiſſe vlteriuſque in cauſa proceſſiſſe; quaſi per huiuſmodi actum appellationi renunciauerit. Nam quamuis reformans hoc diſſimulare nequeat, quin coram Paribus Limburgenſibus poſt interpoſitam appellationem ſeu prouocationem reſponderit, & aliquotenus coram iiſdem progreſſus ſit; eſt tamen ex actorum inſpectione manifeſtiſſimum ac euidentiſſimum, ea omnia per D. Reformantem facta eſſe animo & intentione non recedendi ab appellatione ſeu prouocatione, ac pertinace declaratione de inhærendo huiuſmodi appellationi.
† Cui quidem proteſtationi effectum iuris 14
attribuere oportet; non quidem vt tollatur vlterius factum; hoc eſt non eo fine, vt nec reſponſum, nec vlterius proceſſum dici poſſit; quo caſu proteſtatio facto repugnás non multum ſolet iuuare proteſtantem[a]: ſed vt quicquid poſt interpoſitam prouocationem ac declarationem Reformantis dictum factumque eſt, non cenſeatur dictum aut factum animo aut intentione re-
cedendi à prouocatione. † Cuius gene- 15
ris proteſtatio ordinata eſt non ad tollendum factum (quod naturaliter infectum fieri nequit[b]) ſed ad tollendam mentem
& intentionem à facto prodeſt. † Vti in 16
ſimili dici ſolet de eo qui reſpondet libello cum proteſtatione, quod id non faciat animo litem conteſtandi: huiuſmodi enim proteſtatio impedit quo minus per reſponſionem lis conteſtata dici poſſit[c]: cum alioquin per reſponſiones ex vſu iudiciorum facillime introducatur litis conteſtatio[d]. Cuius proteſtationis iuſtitia & probabilitas eluceſcit ex rudi & peruicaci illo, ad inſtantiam Opponentis, Parium Curiæ Limburgenſis vlterius procedendi modo, quo D. Reformanti nullis datis indicijs aut iuſta dilatione eodem die quo reiecta fuit reconuentio, D. Reformantem ad reſponſionem vlterioremq; proceſſum compulerunt; ſcientes fieri non poſſe vt intra

a c. Cum M. Ferrarienſis de conſtitut.

b l. In bello §. facti de capt. & poſtli. reuerſ.

c Gloſſ in l. 1. C. de lit. conteſta. Socinus in c. 1. nu. 8 de lit. conteſtat.

d d. c. 1. & ib. Doct.

breue tempus per litteras huius Curiæ eis inhiberetur propter loci longius interuallum; idque non ſimpliciter ſed ſub interminatione ſequeſtri dominij de Soron: idque rurſus extra formam communis ſequeſtri, ſed velut pro pœna extremæ contumaciæ, ſub interminatione ſequeſtri ad menſam Principis. Huiuſmodi enim interminatio D. Reformanti iuſtum metum incutere debebat, ne præcipiti & nimium accelerata Parium feſtinatione, dominij de Soron poſſeſſione (in qua multis annis ipſe ſuique authores fuerant) breui hora &
17 ſubito excideret: † nam huiuſmodi ſequeſtrum quod inuito poſſeſſore per iudicem
18 fit, facit amitti poſſeſſionem[a]. † Eſt autem iuſtus metus qui concipitur ex perditione atque amiſſione tam magnæ partis bonorum[b]. Iam vero conſtat nihil obeſſe ei qui grauatur, ſi propter iuſtum metũ aliquid coram Iudice à quo faciat, vnde in ſimplicibus facti terminis induceretur appellationis renũciatio; præſertim (vti hic factum eſt) ſi aperte & palam coram iudice interponatur prouocatio, & proteſtatio metus aut voluntatis ſeu intentionis non reſiliendi à prouocatione per actum ſe-
19 quentem. † Cum etiam clancularia coram probis viris abſente Iudice facta prouocatio ac proteſtatio propter huiuſmodi aliquem metum ſufficiat aduerſus quoſcunque actus ſequentes[c]. Quæ facilius recipienda in caſu propoſito ſunt propter declarationem dictorum Parium, qua poſt interpoſitam prouocationem aperte declarârunt ſe non eſſe appellabiles, ſed reformabiles; ideoque ſtante appellatione parendum ſemper eſſe iudicato, donec per ſuperiorem eis inhibitum ſit. Ita vt clarum etiam ſit iudicio Dominorum Parium, non eſſe renunciatum appellationi per ſequentes actus. Et præterea iniquiſſimum foret D. Reformantem per præcipitem illum ac rudem excedendi modũ, beneficio prouocationis ex tam iuſta cauſa fraudari: cum huic Curiæ notorium ſit, omnes tranſmoſanos proceſſus, & præcipue Limburgenſium, inter montes, ſaxa, & præcipitia, inordinatiſſimos eſſe, ac ſummam barbariem continere; ideoque tam in hac feudali Curia quam Brabantiæ Cancellaria paſſim omnes verbales declarari, & cauſas ex prouocatione huc de-
20 latas de nouo repeti & inchoari. † Illud porro vix refricari meretur, quod Opponens voces & ſyllabas aucupando obijcit, D. Reformantem vſum eſſe non reformatione (quam ſolam Limburgenſes admittunt) ſed appellatione, quam Limburgenſis Curia ſuperior non ſolet admittere: nam reformationis quoq; mentionem habet

a Doct. in l. interest de acq. poſſ.

b c. 1 & ibi Panor. de his quæ vi metuſve cauſa.

c l. 2. C. de his qui per metum iud. non appell. c. final. & ibi late Panormit. de appellat.

bet D. Reformantis prouocatio. Qua tamen voce omissa, nihil periculi imminet D. Reformanti; cum reformatio nihil aliud sit, quam appellatio & prouocatio ad superiorem; hoc solo discrimine, quod reformatio iudicatum non suspendat in his quæ reparabilia sunt; vt appellatio ad superiores mediatos. Ita quod Reformans siue appellationis, siue prouocationis, siue reformationis verbo vsus est, aberrasse minime dici possit, quia sufficit D. Reformantē prouocatione & appellatione tempestiue vsum esse, & in executione prouocationis causam reformationi huius Curiæ subiecisse. † Indignum quippe est voces & verba captare, cum res & intentio 21
agentis manifesta est[a]. Ex quibus omnibus arbitramur sufficienter deductum esse, nihil esse quod D. Reformanti obstare possit, quo minus Amplissimi Domini, sententiam Limburgensium cum omnibus inde sequutis retractent, & reconueniendi potestate Domino Reformanti facta, coram se vlterius procedendum esse declarent; cum causam remittere non liceat ad Iudices, qui interloquendo peccârunt aut partem prouocantem grauârunt.

a l. Quoniam indignum C. de testa.

ADDITIO.

Ets i per sententiam supremæ Curiæ feudalis in Ducatu Brabantiæ in effectu declaratum sit generoso Domino Cratoni à Milendonck, Domino in Meydrich, Soron &c. permissum esse aduersus Dominum Theodoricum de VVylich reconuentione vti, etiamsi reconuentionis materia feudalis non sit; exoritur tamen noua dubitatio, num ex alio capite hæc reconuentio depelli possit; † ex eo videlicet, quod D. Theodoricus non suo nomine priuato, neque ad suum commodum, sed vt tutor seu administrator legitimus prolium suarū nomine, & ad earum commodum hanc vindicationem dominij de Soron proponat: ita vt quemadmodum compensatio eius, quod Procurator, tutor aut administrator conuento debet proprio nomine, agenti tutorio, administratorio, aut procuratorio, seu officij nomine, obiici non potest[b], (quod ad Patrem ac Dominum filij, vel serui nomine agentes pleriq; extendunt[c]) sic nec à patre nomine filiorum agente, id per reconuentionem peti possit: † compensatio enim reconuentioni proxima est, & in multis iisdem regulis iuris definitur[d]; vnde à Baldo compensatio dicitur species reconuentionis[e]. Cæterum quia de emancipatione filiorum dicti Domini Theodorici non constat, certum est, eum non tam alieno quam proprio 22 23

b l. Id quod pupillorum de compensatio.
c Tyndarus in tracta. de compensat. art. 7 nu. 6.
d l. neque C. de compensat.
e In l. Si constat. nu. 6. C. de compensat.

nomine agere, & concludendo ad commodum liberorum, suum quoque commodum spectare. † Pater enim cum ob
24 aduentitia bona nomine filiorum agit, propriam causam agere, & tueri dicitur[a]. Nam licet sit administrator bonorum filij, non tamen simplex est administrator; sed cum emolumento, & commodo bonorum prouenturo ex actione, si non pro toto, hoc est quoad proprietatem, saltem
25 pro parte quoad vsumfructum. † Quæ etiam causa est, quod pater litem super aduentitijs bonis mouendo, expensas filio non imputet, sed de suo; seu fructibus aduentitiorum bonorum illas ferat[b]. Ita vt cum vel tota actio seu causa, vel saltem pars illius ex nomine patris pendeat, & ad eius emolumentum referatur; merito reconuentionem pati debeat: cum regula iuris sit, quemlibet conuenientem reconueniri posse[c]. † Nec ad rem facit, quod
26 Dominus Theodoricus non in suam personam, sed ad filiorum vtilitatem conclusionem conceperit: Nam patriæ potestatis consideratio facit, vt, quemadmodum quod Pater filiosfamilias stipulatur, sibi stipulatus videatur[d]; ita quoq; quod filij nomine in iudicio, & filio adiudicari petit, sibi petere videatur. † Quæ ratio
27 etiam facit, vt patri agenti ex contractu, aut pro re filijfamilias, possit obijci exceptio compensationis eius, quod Reo conuento filiusfamilias aliunde debet[e], Sic quod plurimum intersit, quomodo alieno nomine quis agat: vt simplici procuratori alieno nomine agenti, neq; compensatio, neque reconuentio obijci possit; ad proprium tamen commodum agenti, quamuis sub nomine alieno, si scilicet in suam rem sit datus Procurator (vti etiam pater bonorum filijfamilias administrator est in rem suam) tam compensatio, quam mutua
28 petitio, seu reconuentio obijci possit[f]. † Quamuis hoc quoque dici possit, in fraudem ad euitandam reconuentionem sic esse conceptam formulam; cum huic petitioni Dominus Theodoricus subijciat etiam ea, quæ filiorum non sunt, sed patris; fructus scilicet præteriti temporis, qui ad patrem tam ex iure communi[g], quam legibus, seu consuetudinibus patriæ ad ipsum,
29 non ad liberos pertinent. † Cuius reconuentionis potestas in hoc iudicio procliuius ob id admittenda est, quod conuentioni aliquando cohæreat, & ex eodem, vel vicino fonte, ex quo conuentio profluat; hoc est ex successione Domini Vincentij, & Annæ van Svvanenbergh: vti ad eum dictus Dominus Theodoricus, eiusque liberi agunt, & Dominum de Meydrich conueniunt; quia vt dictorum Vincentij

a l. cum non solum §. ubi autem. C. de bonis. quæ lib. l. 1. C. de bon. mat.
b d. §. ubi autem.
c l. Cum Papinianus C. de sent. & interlocut. om. iud.
d l. Eum qui. § qui sibi. l. quod dicitur de verb. oblig. l. & heredi. §. nos autem de pactis.
e l. Si cum filiusfamilias de compensat.
f l. In rem. de compensat.
g d. l. cum non solum. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.

centij & Annæ hæredes sunt; ita quoque reconueniuntur ob eandem qualitatem ex debito, quo D. Vincentius & Anna ipsi reconuenienti, eiusque patri obligati fuerunt, ex conuentionibus antenuptialibus cum Domina Aluerota de Palant initis; successione eiusdem D. Vincentij atque etiam Annæ in Theodoricum Patrem iure connubij quoad mobilia, & vsumfructum immobilium, & in liberos, quoad proprietatem immobilium diffusa. Reconuentio autem cum conuentioni aliquo modo cohæret priuilegiatior est & omni-

30 no admittenda. † Vsque adeo vt non admissa operetur, vel nullitatem sententiæ[a], quasi sit contra ius constitutionis, quæ vetat continentiam causarum diuidi[b], & ex causis connexis ad plures Iudices iri[c]; vel saltem iniquitatem, quæ in inferioribus tribunalibus appellationis, in supremis reuisionis iustam causam præberet[d]. Quamobrem existimo in suprataćta dubitatione nihil hærendum, sed reconuentionis vsum in terminis præscriptis admittendum esse.

a Marcus Antonius Natta cons. 135. Incipië. Nobilis Ioannes nu. 2.
b l. nulli. C. de iud.
c l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem Iudic. eat. Aret. cons. 29 d l gentes & mature. num. 25.
d l 1. § vlt. ff. Quæ sent. sine appell. rescind.

SVMMARIVM.

Prouisionale Iudicium ob alimenta legata.

1. *Executio testamenti fauorabilis est, & paratam postulat adimpletionem.*
2. *Testamenti nullitate pendente, legatarijs prouisionaliter solui debet.*
3. *Alimenta prouisionaliter decernenda.*
4. *Alimenta quando contineant piam causam.*
5. *Naturales sunt qui nati sunt ex ijs inter quos Ius connubij fuit.*
6. *Spurijs filijs alimenta an prouisionaliter decerni debeant.*
7. *Naturali filio pater legare potest omnia bona.*
8. *Alimenta spurijs vltra modum relicta resecari debent.*
9. *Alimenta relicta non semper morte extinguuntur.*
10. *Prouisio in quacunque parte litis decerni potest.*
11. *Prouisio alimentorum etiam per Laicum Iudicem fieri potest etiamsi causa principalis ad Iudicem Ecclesiasticum pertineat.*
12. *Continentia causæ diuidi non debet.*
13. *Præiudiciales causæ quæ impediant prouisionem.*

CONSILIVM XLI.

PLures concurrunt causæ quibus iustificatur petitio prouisionalis coram insigni Magistratu Antuerpiensi proposita, ex parte Melchioris van Trist mariti Magdalenæ Borrevvaters Actoris; contra Philippum Borrevvaters Reum proposita ad promptam paratamq; solutionem ac præstationem legati ducentorum florenorum, quos Henricus Borrevvaters pater naturalis dictæ Magdalenæ testamento suo legauit, cum Magdalena ad approbatum aliquem statum peruenerit. † Etenim hoc 1 indubitatum est, testamentum prætactum esse solenne, non cancellatum, non rasum, non abolitum, nullo denique vitio visibili laborans: ex quo infertur illius executionem esse debere promptam & paratam non tantum in capite illius, hoc est hæredis institutione[a], verum etiam in legatis. Executio namque testamentorum nullo externo vitio laborantium, fauorabilis est; ideoque etiam promptæ executioni mandanda[b]. † Vnde etiam stylo parlamenti 2 Regni Franciæ constitutum & obseruatum est[c], & casibus occurrentibus iudicatum[a], vt si consanguinei qui ab intestato succedunt, testamentum nullum dicant, (vt est in proposito) pendente causa nullitatis testamenti, executoribus testamenti seu legatarijs petentibus, fieri debeat prouisionalis seu fiduciaria solutio: accepta si velint consanguinei, cautione de restituendis legatis si in exitu litis comperietur testamentum esse nullum[b]; vti per arrestum iudicatum esse testatur Rebuffus

3 in praxi forensi expertissimus[c]. † De quo in subiecto casu minus dubitandum est; ob id quod hîc versemur tum in causa pia; tum peculiariter in causa alimentorum, in quibus plerumq; prius de solutione, quam cognitione causæ agitur. Alimenta enim dilationem non patiuntur[d], & pia causa summarie ac de plano expedienda est[e]. Piæ autem causæ considerationem ponendam esse in hoc legato Magdalenæ, ex eo constat quod disertis expertisq; verbis testator dicat se eleemosynæ loco ad alimēta duabus suis filiab⁹ naturalibus (quibus ex cōsuetudine nullum ius successionis in bonis

4 patris ab intestato competijsset) legare. † Cum enim alimenta pauperibus, & præsertim nihil aliud habentibus, relinquuntur,

a l vlt C. de edict. Diui Hadr. toll.
b l. 1. C. de sacros. Eccles. l. vel negare ff. Quemad. test. aper. l. nulli §. sin autem in verb sine vlla cunctatione C. de Epis. & Cleric. Specul in tit. de instru. edit § nunc vero aliqua quæst 1. vers. quid si hæres.
c In stylo Parlamenti tit. de prouis part. 1. § 1.

a Rebuff. ad constit. Regias vol. 1. tit. de sen. prouisio. in præfa. nu. 69.
b arg. l. 12. & seq. ff. Si cui plus quam per leg. Falcid.
c In d. præfa. nu. 70.
d l Si neget ff. de Agnosc. liber. l. Si instituta ff. de inofficioso testam. c. ex parte de accusat.
e Tiraquell. in tract. de pia caus. priuileg 157.

tur, piam causam constituunt [a]; etiamsi consanguineis vel amicis pauperibus relinquantur [b]: multo magis id censendum erit, cum testator pietatis suæ magis, quam sanguinis & carnis significationem facit: veluti cum dicit se pro eleemosina aut amore Dei relinquere. † Quæ facilius procedunt in proposito; ob id quod dictæ duæ 5
filiæ non sint spuriæ ex improbato coitu natæ, sed naturales ex soluto & soluta inter quos ius connubij esse poterat [c]. Nam etsi filijs spurijs ex damnato coitu natis, quia de iure ciuili ne ali quidem debeant [d], huiusmodi prouisio simpliciter non debeat decerni [e]: in naturalibus tamen liberis, vsus prouisionis est receptus [f]; † imo etiam 6
in spurijs, si ijs alimenta testamento sint relicta; quia alimentorum capaces sunt [g], multo magis ergo in naturalibus, † qui- 7
bus cum pater nullos liberos habet (vt accidit in hoc casu) per testamentum relinqui possint omnia patris bona [h], & quibus in intestati patris bonis ex iure communi competit sextans seu duæ totius paternæ substantiæ vnciæ [i]. Ita vt hic nullum sit odium legis, aut statuti offensa in sustinendo ac promouendo hoc legato dictis filiabus naturalibus relicto. † Proinde et- 8
iam nihil quærendum est de modo alimentorum & quantitate, quam pro ijs testator suis filiabus reliquit. Nam licet in spurio, qui odiosus est, alimenta vltra modum relicta, resecari & ad moderationem necessitatemque reduci debeant [k]: in alijs tamen personis non odiosis, & quæ alioqui solidæ seu totius hæreditatis capaces sunt, alimenta ad necessitatem non restringuntur, nec legata ad alimenta resecantur; sed quicquid relictum est præstari debet, etiamsi alimenta longe excedat.
† Et in proposito proprie non est legatum 9
alimentorum, sed rei, hoc est ducentorum florenorum ad alimenta: quæ species relicti à legato alimentorum longe distat; quia alimenta quæ ad modum rediguntur, morte extinguuntur; legatum vero rei vel quantitatis ad alimenta, morte non extinguitur, sed ad hæredem transmittitur; nec restringitur, etiam si plus sit in reditibus rei, quam postulant alimenta [l]. Quamuis hæc summa ducentorum florenorum singulis his duabus filiabus relicta, in comparatione amplarum facultatum, quas Henricus testator reliquit, exi-

a l. sancimus C. de sacros. Eccles. Alex. in l. sicut C. eod. tit. Bart. in l. Alio de alim. & cibar. leg.
b Gloss. in c. 2. de pp pu. 2. Bald. & Castren. in l. 1. C. de sacros. eccles.
c l. legem §. in posterum vero C. de natu. liber.
d authent. ex complexu C. de incest. nupt.
e Bart. in l. vlt. C. de alend. Lib. r. l. vlt. C. de Carbon. edict. Socinus nepos cons. 8. Audio in praesenti vol. 3.
f Rebuff. in d. tit. de sent. prouis. artic. 1. gloss. 2. nu. 30.
g c. Cum haberet. & ibi Panorm. de eo qui duxit in matrimo. & c. Rebuff. d. nu. 30.
h In auth. Quib. mod. natur. effic. sui. §. diserte sis vers. ne igitur semper e olla. 7 auth. licet. C. de natur liber.
i d. §. diserte tis, vers. si quis autem defunctus d. auth licet.
k Panorm. consil. 115. videtur primo. vol. 2.
l l. libertis de aliment. & cibar. legat.

gua sit, & sextantem non conficiat; quem etiam extantibus legitimis liberis, testator ijs relinquere poterat, vt diximus [a]. † Nec
10 huic petitioni impedimentum facere debet, quod lis pẽdeat super validitate testamenti, & in ea lis diu sit contestata, ac in eadem longius progressum: nam quibus in casibus prouisio fiduciaria cadit, potest prouisio quacunq; in parte litis, imo etiã in causa appellationis peti [b]: atque ita in iudicijs obseruari testis est Ioannes Gal-
11 lus [c]. † Nec postremo illud obstare debet, quod quæstio super validitate testamenti coram Officiali Episcopi Cameracensis pendeat: nam inde non potest dici continentia causæ diuidi, aut de eadem re apud plures iudices lis agi [d]. Neque etiam quod ratione alicuius præiudicij illa prius, quam hæc prouisionalis decidi & determinari debeat [e]: nam in vsu & praxi obtinuisse ait Rebuffus [f], quod huiusmodi prouisio per laicum Iudicem facienda sit, etiam si causa principalis pertineat ad forum iudicis Ecclesiastici; quanto magis in hoc casu, vbi ex vsu & concordatis Principis cum Episcopo, ad iudicem Ecclesiasticum quæstio bonorum sæcularium non pertinet; nec etiam testamenti, aliter quam cum quæritur de validitate vel inualiditate illius; alijs quæstionibus à testamento dependentibus, ad forum sæcu-
12 lare pertinentibus. † Iam autem certum est continentiam causæ diuidi, & ad plures iudices iri posse, quando Iudex coram quo causa pendet, super alijs dependentibus, emergentibus, annexis aut connexis, iurisdictionem non habet; tunc enim ne-
13 cessitas facit locum diuisioni [g]. † Neque etiam præiudicialium causarum ea est natura, vt pendente super ijs quæstione, non possit prouisio decerni: nam etiam in eo genere præiudicialium causarum quæ propriè præiudiciales dicuntur [h], cum de statu personæ quæritur, maximus vsus est huiusmodi prouisionum in decernendis alimentis [i], multo ergo magis, in quibus præiudicij tanta nõ est consideratio. Quibus omnibus, & quæ præterea per D. Aduocatum causæ eleganter & acute sunt ad iustificationem huius prouisionis adducta, consideratis; existimo partes Dominorum Iudicum esse, vt Actori petitam prouisionem, saltem sub idonea cautione cum expensis litis adiudicent.

a d. auth. licet.
b d. l. Si inofficiosum ff. de inofficioso. Rebuff. in d. præfat. nu. 25. & d. art. 1. gloss. 2. nu. 14.
c in quæst. per arrest. parlement. decis. quæst. 139. Item pro dominis.
d l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. Iudicem eat.
e Bart. in l. fundum de except. & præscript.
f in d. præfat. num. 52.
g Ias. in d. l. nulli nu. 6. vers. Tertio nota.
h §. Præiudiciales instit. de actio. Bart. in d. l. fundum.
i d. l. Si neget. d. §. ex parte.

SVMMARIVM.

Possessio Fiduciaria.

1. *Recredentia cui adiudicari debeat.*
2. *Natus ex Clerico beneficiato an sit spurius.*
3. *Naturales liberi ex consuetudine non succedunt parentibus.*
4. *Adiens hæreditatem certus esse debet de statu suo.*
5. *Testis falsarius idoneus non est.*
6. *Clandestinum matrimonium contrahentes & ei interessentes, puniuntur.*
7. *Sollicitator ac director idonei testes non sunt.*
8. *Colonus pro locatore idoneus testis non est.*
9. *Iudex Laicus quando cognoscat de causa spirituali.*
10. *Affinitas impedit contrahendum, & dirimit contractum matrimonium.*
11. *Clandestini matrimonij pœna.*
12. *Clandestine contrahentes ab inuicem nihil lucrantur.*
13. *Matrimonium clandestinum non legitimat proles antea natas.*
14. *Recredentia adiudicanda non est, cum plene constat de possessorio.*
15. *Libido vaga antecedens impedit cur minus proles inde natæ sint legitimæ.*
16. *Instrumenta dotalia an requirantur ad legitimationem naturalium.*
17. *Imparitas personarum impedit legitimationem prolium.*
18. *Legitimati ad feuda non veniunt.*
19. *Testamentum morte confirmatur.*

CONSILIVM XLII.

IN contentione quæ pro obtinenda fiduciaria seu prouisionali possessione domus mortuariæ quondam Domini Richaldi de Meroede Domini in Oerschot &c. exorta est in Amplissimo Brabantiæ Concilio inter Gertrudem Cromme olim concubinam præfati Domini Richaldi, illiusque ex eodem Domino Richaldo in statu Ecclesiastico existente natos liberos Impetrantes ex vna; & generosum Dominum Henricum de Meroede, Dominū de Petershem, Peruves, VVesterloe, &c. Opponentem ex altera partibus; non admodum magna videtur esse difficultas, vtri partium prouisio seu recredentia ante exactissimam totius iudicij possessorij cognitionem & definitionem sit adiudicanda. † Recredentia enim in longiore pos- 1
sessionis disputatione ei adiudicari debet, pro quo apparentiora & potiora iura militare videntur, & qui à iure communi fundatam habet intentionem[a]. In ea autem causa est præfatus Dominus Opponens, dicti Domini Richaldi frater naturalis & legitimus; qui & iure communi, & consuetudinario deficientibus descendentium & ascendentium Domini Richaldi gradibus legitimis, fratri ab intestato proximus hæres effectus est[b]. Vnde nihil restat, nisi vt demonstretur Gertrudem neque iure vxoris ex consuetudine, neque liberos aliquo iure fundatos esse, ad obtinendam aut possidendam Domini Richaldi hæreditatem; aut si quis coloratus aut præsumptus ab ijs titulus prætexi potest, eum apparentissimo iuri Domini Opponentis longe cedere debere. Est autem titulus Impetrantium, quod Gertrudis vxor ac illius proles, liberi sint defuncti Domini Richaldi; ita vt iure descendentis lineæ, & gradu & iure in proprietate rerum hæreditariarum, potiores & apparentissimi hæredes dici debeant dictæ proles[a]; & ex consuetudine in vsufructu omnibus hæredibus
2 præferenda sit vxor. † Verum Domini Opponentis negatione omnino probabili, & habenti pro se præsumptionem iuris, prorsus obfuscatus, & dubius effectus est iste titulus[b]: negato scilicet Domini Richaldi cum Gertrude legitimo matrimonio; & præterea probata illegitima dictarum prolium natiuitate; sic vt nec iure vxoris, nec iure liberorum quisquam Domino Opponenti possit esse potior. Hoc enim manifestissimum est, non tantum ex depositionibus testium, sed ipsorum quoque Impetrantium confessione, præfatam Gertrudem multis annis per concubinatum Domino Richaldo adhæsisse, & successiue prædictos liberos peperisse, eo tempore quo Dominus Richaldus præbendatus Canonicus in Oerschot residebat. Quæ res efficit vt de eorum inhabili conditione statim appareat, aut saltem de ha-

a *l. vlt. C. de edict. D. Had. toll. c. grauis de preb. Mansuerius tit. de possessorio vers. Item & recredentia.*

b *Authen. cessante C. de legit. hæred.*

a *Mansuerius d. vers. Item & recreditia.*

b *l. 3. C. quib. ad lib. procla. c. Si Clericus Laicum, & ibi Felin. in princ. de foro compet.*

de habilitate eorum merito dubitari debeat. Est enim articulus controuersi iuris, vtrum natus ex clerico beneficiato spurius, an naturalis nascatur. Bartolo ex sententia Richaldi de Malumbris existimante [a], spurium nasci; quia beneficiatus, beneficia & vxorem habere non possit. Et licet in contraria sententia sint longe plures [b]; tamen in proposito casu plura adferri possunt quæ ad constituendam spurietatem harum prolium faciunt.
† Sed in ijs recensendis non immorabi- 3
mur, & pleraque paulo post commodiore loco incident; satisque Opponenti est, ad obtinendum in hac fiduciaria possessione, quod naturales & extra figuram matrimonij natæ sint dictæ proles; etsi aliquatenus iure communi succedant parenti naturales liberi, nullis exstantibus liberis legitimis [c]; iure tamen consuetudinario, quod hodie passim in his regionibus obtinet, nullum ius succedendi ab intestato habent. Quo etiam factum est, vt Impetrantes sub titulo subsequuti, & in vltima hora mortis (vti dicunt) contracti matrimonij ius legitimum sibi vendicantes, ex intestata successione se omnibus potiores esse dicant. Verum plurima ad manum sunt, quibus allegatio & prætextus iste matrimonij infringitur. † Et pri- 4
mo quidem Impetrantes sibi ipsi rem dubiam faciunt per processum, quem super validitate huiusmodi matrimonij & legitimatione prolium, coram D. Officiali Leodiensi aduersus Opponentem instituerunt. Inde enim percipitur in possessione matrimonij publice ac palam viuo D. Richaldo, eos nunquam fuisse, sed eo mortuo demum ad id aspirasse: ita vt propter dubitationem hanc adeundæ hæreditatis via impedita fuerit. Nam sicut in repudianda, ita etiam in acquirenda hæreditate certus debet esse de iure & statu suo, qui adit [d]. Et præterea præiudicium litis pendentis super statu & legitimitate coram Iudice Ecclesiastico impedimento est, quo minus ex causa legitimitatis, pro Impetrantibus aliquid statui possit à Iudice sæculari [e]. Secundo quod in contractu huius matrimonij nulla exstet sufficiens probatio: nam ad illius probationem tantum sunt producti tres testes, qui vno ore deponunt, neminem alium quam ipsos fuisse præsentem, cum per verba de præsenti matrimonium contraheretur. Iam vero tam vehementes aduersus hos proponuntur exceptiones, vt vnius integri testis locum retinere nequeant. Equidem Dominus Ioannes Gosuini contracti matrimonij authorem & parochum se fuisse, & verbis præiuisse dicit: ita vt cum rei

a In l. in concubinatu ff. de concub.
b Ioan. And. in c. non est sine culpa. de reg. iur. in 6. Bald. in l. Paulus de sta. homin. Canonistæ in c. Tanta qui filij sint legitimi.
c Auth. licet. C. de natur. lib.
d l. Si is ad quem. cum l. sequen. de acquir. hæred. arg. l. de statu Qui testam. facere possunt.
e c. 2. & ibi Doct. de ordi. cogn.

gestæ pars fuerit, testis esse non possit. Quare enim ei hoc asserenti magis crederetur quam Iudici soli attestanti de his
5 quæ coram se dicta sunt. † Fratri Arnoldo Entvogel ad fidei integritatem remouendam obijcitur falsi machinatio, conuicta & detecta per certificationem confectam aduersum M. Adam, & Godefridum vander Elst. Falsariorum autem testimonium inidoneum est, præsertim in re quæ studio & magno conatu clandestine gesta est; cuique gerendæ interesse Sacerdos aut Clericus etiam regularis tam iure communi [a], quam etiam per constitutiones Synodales in actis exhibitas prohibetur. Quæ consideratio ad imminuendam fidem, omnibus his tribus te-
6 stibus sufficit. † Contingit enim huiusmodi exceptio causam, de qua agitur: quia propter clandestinitatem non tantum contrahentes, verum etiam authores, intercessores, assistentes, & testes
7 puniuntur [b]. † Ioanni Simonis obijciuntur duo, quod sit huius causæ & negotiorum Impetrantium sollicitator ac director; & præterea gerens se pro colono ac debitore Gertrudis: quorum alterutrum sufficit ad impugnandum eius testimonium. Sollicitator enim ac director, & Aduocatus & Procurator cæca vel deprauata affectione ad causam, veritatem non deponere præsumuntur [c].
8 † Colonus quoque generaliter locatori idoneus, aut saltem omni exceptione maior testis non est: quia pro domestico, seu eo cui facile imperari potest, habetur: & ob id in graui præcipue causa, minus integer testis [d]. Illud quoque his tribus coniunctim obijcitur, quod clauso cubiculo in quo contractum dicitur matrimonium inter hos velut concinnatores & fabricatores tota res peracta sit; exclusis (vti deponunt Dominus Ioannes Gosuini, & Ioannes Simonis) alijs testibus; quodque Ioannes publicationem matrimonij non prius fecerit, quam Dominus Richaldus agonizaret, & in articulo mortis sensus omnes amisisset, ac contradicendi facultate destitutus esset; quodque in enarranda rei serie inter se mirum in modum discrepent. Nam Dominus Ioannes dicit se à Domino Richaldo rogatum, vt se viuo promulgaretur matrimonium; frater Arnoldus dicit Dominum Richaldum dixisse, vt res quantum fieri possit, celaretur. Ioannes Simonis de hac requisitione vel prohibitione defuncti nihil dicit. Rursus D. Ioannes Gosuini deponit se in cubiculo testatoris ante administrationem extremę vnctio-

a c. Cum inhibitio. in princ. de clandest. despon. Didac. Couar. in epit. in 4. lib. Decret. 2. partis cap. 6. n. 13. & seq.
b d. c. Cum inhibitio. in fine c. r. in fin. de excep.
c c. Romana. de test. lib. 6. l. fin. de test.
d l. præsenti. §. Sane C. de his qui ad Eccles. Areti. in c. in litteris in fin. de test. Spe. in tit. de test. §. 1. vers. excipitur.

vnctionis publicasse matrimonium: at vero frater Arnoldus, & Ioannes Simonis hanc publicationem asserunt factam esse post administratam vnctionem. Denique quem sedisse in lecto, tempore contractus deponunt Dominus Ioannes, & frater Arnoldus; hunc iacuisse, & minime sedisse in lecto, dicit Ioannes Simonis. Quibus omnibus rite expensis manifestum est de facto, hoc est, de contracto matrimonio nullam exstare probationem; vel saltem rem esse dubiam, & prima inspectione improbabilem; ita quod iuris disceptationem contineat: † quo casu Iudex pro- 9
fanus cognitionem in causa spirituali, quæ hic debet præcedere, antequam in vtilitatem Impetrantium aliquid statuatur, assumere non potest. Quamuis alioqui de mero facto, quod in se clarum est, possit summarie cognoscere[a]. Tertio vt probationibus Impetrantium aliquid indulgeamus, & Amplissimi Senatus cognitio admittatur, super disceptatione partium, de iure matrimonij; nihilo tamen magis iustificabit id Impetrantium causam: † ob id principaliter quod inter Do- 10
minum Richaldum & Gertrudem matrimonium constare non potuisset, propter affinitatem in primo gradu cum eadem Gertrude, quam contraxit Dominus Richaldus carnaliter antea cognoscendo Barbaram matrem Gertrudis: cuius probatio & per oculares testes aliquot, & per publicæ famæ probationem sufficienter facta est; vt manifestum est ex depositionibus coram Domino Officiali Leodiensi receptis. Quibus similes vel maiores esse opinamur illas, quæ authoritate huius Amplissimi Senatus receptæ fuerunt. Huiusmodi autem antecedens affinitas etiam extra speciem matrimonij contracta, contrahendum matrimonium impedit, & contractum dirimit[b]. Neque vllam excusationem merebitur si Gertrudis huius antecedentis copulæ cum sua matre ignara fuerit: † nam certissimum est hoc ma- 11
trimonium (si modo vere contractum est) contractum esse clandestine, intra priuatos parietes, præsentibus tantum tribus concinnatoribus, & qui in hac scena partes agebant, nullis præcedentibus bannis & proclamationibus[c]. Clandestinitas vero contracti, etiamsi quoad substantiam matrimonij nihil faciat; hoc tamen efficit, vt propter bonam fidem & ignorantiam impedimenti in vtroque, vel alterutro proles antea nata, per subsequens sic contractum matrimonium non legitimetur[d]. † Et præterea vxori vel marito non 12
debeatur lucrum nuptiale, siue sit dotis, siue donationis propter nuptias: quod a-

a *Bart. in l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expen. Bald. in l. filium ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Domin. Geminia cons. 66. Pro declaratione.*

b *c. 2. de eo qui cog. consang. vxor. e non debet, de consang. & affin.*

c *c. Cum inhibitio de clandest. despons.*

d *d. c. Cum inhibitio. §. Si quis vero.*

lioqui legitime & in facie Ecclesiæ contracto matrimonio ex lege, consuetudine, vel statuto deberetur[a]. Dispositio enim loquens de matrimonio, & consequenter de lucro nuptiali, locum non habet in clandestino matrimonio, nisi postquam illud fuerit per Ecclesiam comprobatum, &
13 in ea publicatum[b]. † Quæ consideratio hoc iterum efficit, vt nulla etiam affinitate inter Dominum Richaldum & Gertrudem antecedente, non possit tamen dici dictas proles hoc clandestino matrimonio legitimatas esse: quia publicum, manifestum, & in facie Ecclesiæ præcedentibus proclamationibus contractum matrimonium vim habet legitimandi proles ante naturaliter natas, non clandestinum; quod contractum est contra prohibitionem iuris Canonici[c]. Vsque adeo vt Ioannes Faber, ex sententia Hostiensis[d], dixerit, per clandestinum matrimonium non legitimari proles, etiam si postea approba-
14 tum fuerit. † Quæ ratio sufficere posset ad decisionem pleni possessorij in fauorem Opponentis; quia iam nunc plenissime constet de antecedente dictarum prolium naturalitate; de aperto & publice contracto matrimonio nunquam constare poterit; quia Impetrantes in clandestino contracto sine dissimulatione se fundârunt. Ad quod Amplissimi Domini aduertent; nam quoties de possessione & possessionis causa liquido constat in duo capita secanda non est cognitio, nec antea recredentia, & postea possessio adiudicanda[e]: ne quod per pauca fieri & expediri potest, in
15 plura & varia diffundatur capita. † Quarto seposita rursus clandestinitate huius matrimonij, sunt alia impedientia effectum huius matrimonij, saltem quoad successionem. Nam primo incerta, varia, & vaga libido Domini Richaldi per multos testes probata, hoc efficit, vt præcedentes naturales liberi, ex subsequente hoc matrimonio non potuerint le-
16 gitimari[f]. † Deinde quod nulla antenuptialia seu dotalitia instrumenta interuenerint, quæ à lege omnino requiruntur ad hoc vt proles legitimentur[g]. Et quamuis sint qui huiusmodi impedimenta ex æquitate canonica non obstare matrimonio & legitimationi putent[h], obstant tamen legitimationi quoad effectum; vt scilicet non succedant: quia successio est ex iure ciuili, quod effectum non tribuit prædictis non concurrentibus. Quam opinionem verissimam, & ab ea in consulendo ac iudicando non recedendum esse respondit Franciscus Curtius Iunior[i]. Quod licet apud plerosque[k] controuersiam patiatur multis in contrariam senten-

a *Augustinus Boerius, familiar. quæst. 107.*

b *Hostiens. in summa qui filij sint legit. §. 2. & in summa. de clandestin. desponsat. Ioa. Faber in § fin. Instit. de nuptijs.*

c *August. Boerius d. q. 107.*

d *In d. § fin.*

e *Rebuff. ad constit. regias tit. de caus. benef. possess. artic. 10. glossa vnica. part. 3.*

f *§. si vero effusa. in auth. quibus modis nat. effic. sui.*

g *L. cum quis. cum l. seq. C. de nat. liber. §. fin. instit. de nupt. §. 1. in auth. quibus mod. natur. effic. legit. colla. 6.*

h *Decius consil. 155. Diligenter pro tenui. Ang. Aret. in d. § fin.*

i *consil. 136. Quidam vasallus. Lucas de Penna in l. fin. C. de his qui sponte munera publica lib. 10.*

k *Decius d. consil. 155. Iason consil. 234. solennis & egregia. part. 2. Laurent. Syluan. consil. 3. num. 29.*

sententiam transeuntibus: hoc tamen ex huiusmodi defectibus & impedimentis constitui potest, ius partis inde obscurum esse, & ampliore disquisitione indigere. † 17
Cui similis est illa consideratio legitimationem etiam impediens, quod magna fuerit imparitas inter Dominum Richaldum & Gertrudem: nam ille nobili & antiqua prosapia & familia natus multorum Dominiorum fuit Dominus; hæc vero viris, patre infimæ conditionis & mercenario nata; quæque (vt deponit frater Arnoldus & alij) loco ancillæ à Domino Richaldo habita fuit, & quam frater Arnoldus mensæ Domini Richaldi nunquam assidentem vidit: huiusmodi enim imparitas multis[a] videtur obstare legitimationi naturalium prolium; saltem propter contradictionem quorundam[b], nouam obscuritatem causæ, & petitioni Impetrantium inijcit. † Quinto vt etiam sint seruata quæ lex ciuilis requirit, adhuc tamen impeditur effectus quoad successionem: 18
nam præcipua & magna bonorum Domini Richaldi pars constat ex feudis & dominijs, ad quæ sic legitimati habiles vel idonei non sunt vt expresso iure cautum est[c]: licet tamen quidam id non obtinere putent in legitimato per matrimonium subsequens[d]. † Sexto Impetrantibus plurimum obstat, quod longe euidentius constet Dominum Richaldum ad extremum vitæ spiritum dictam Gertrudem habuisse & reputasse pro sua concubina, ac suas proles pro illegitimis, & minime pro legitimatis ex matrimonio vel antecedente vel subsequente; quam matrimonium sit contractum. Nam in testamento D. Richaldi, quod Impetrantes proferunt, nusquam dignatur Gertrudem nomine vxoris, imo ne nomine concubinæ, quod euidentissimum & potentissimum est ad remouendam eam indubitatam affectionem Domini Richaldi erga Gertrudem, in qua præcipue se fundant Impetrantes; & præterea dictas proles legitimatas appellat ex beneficio & authoritate Principis. Cum ergo testamentum sit vltimum, quod homo voluisse videtur, & quod in momento ac puncto vitæ confirmatur[a]: consequens est quod nec opinione Domini Richaldi fuerint vxor & liberi legitimi; imo nec in possessione legitimitatis. Quæ sane legitimatio eis nihil prodesse debet in hoc articulo recredentiæ: nam omnes legitimationes habēt insertam clausulam hanc, *prouiso quod consentiant pro ximi cognati* &c. de quorum consensu non tantum non constat, sed euidenter constat de dissensu Domini Opponentis, qui frater & hæres proximus est. Deinde legitimatio habet adiectam restrictionem, nisi ei obstet aliud impedimentum, nisi simplex naturalitas. Iam vero ex superius relatis, multa occurrunt, quæ maiore vitio conditionem dictarum prolium infecerunt, quæq; Principi legitimanti exposita non sunt: ideoq; gratiam legitimationis subreptitiam & opreptitiam fecerunt[b]. Et tertio quod Impetrantes hanc qualitatem non sint amplexi, sed eam repudiauerint arrepto titulo legitimationis ex matrimonio, in hac causa concludentes tanquam legitimi ex matrimonio. Qua ratione etiam remouetur testamentum, quod Dominus Richald' reliquit, & in quo bona sua inter dictos liberos distribuit, consideratio: nam petunt possessionem ab intestato, & minime ex testamento. Vt manifestum sit, arrepta successione intestati, eos renuntiasse, testati successioni[c]. Cum igitur tam multa occurrant, quæ partim prorsus subuertunt, partim in obscuro constituunt ius, causam, & titulum Impetrantium, & ius ac titulus Opponentis tam sit clarus, & in manifesto, arbitramur amplissimorum Dominorum partes esse, vt in decernenda recredentia Opponentem Impetrantibus omnino præferant.

a Curt. d. consil. 136. nu. 10. Ang. in § sed aliud in auth. quib. mod. natural. effic. legit.
b Iason d. consil. 234.
c c. 1. tit. si de feud. defun. content. sit inter Dom. & agn. & ibi Bald. & alij Bartol. Alex. & alij in l. ex facto § si quis rogatus Ad S.C. Trebellian.
d Panor. in c. tanta qui filij sint leg. [sic: "in c. innotuit de elect. DD in c. tanta qui filij sint leg."]

a l. 4 de adim. leg.
b c. Super literis de rescript.
c l. Clodius. & ibi DD. de acquir. hered.

SVMMARIVM.

Interdictum *vti possidetis.*

1. *Interdictum* vti possidetis *quæ requirat.*
2. *Possessor in dubio vbique potior est.*
3. *vsusfructus reseruatio pro traditione est.*
4. *Vsufructuario mortuo possessio reuertitur ad proprietarium.*
5. *Possessio per locationem & mercedis receptionem probatur.*
6. *Turbare censetur qui impedit ne colonus soluat.*
7. *Litigiosi vitium non impedit continuationem possessionis.*
8. *Possessio perinde iniusta vt iusta prodest ad interdicendum.*
9. *Interdictum non requirit probationem tituli.*
10. *Fraudulenta alienatio ipso iure tenet & nocet alienanti.*
11. *Statutum quo superstiti coniugi defertur vsusfructus bonorum præmorientis coniugis non impedit alienationem in vita.*

CONSILIVM XLIII.

NIsi sollicitudo & scrupulosa nimiaq;
diligentia Laurentij vander Tom-
men huius causæ Impetrantis me permo-
ueret, manum huic causæ, quam in Am-
plissimo Concilio Brabantiæ aduersus
M. Henricum Penninck maritum Domi-
cellæ Mariæ Ellens nunc dicto M. Hen-
rico mortuo, nuptam Domicello Thomæ
Harue Opponenti habet, non apponerem,
tum quia in Amplissimorum, Doctissimo-
rumq; & Vsuperitorum Dominorum ma-
nibus illius cognitio posita, tum quod dif-
ficultatibus causa non sit inuoluta. Dictæ
igitur sollicitudini & diligentiæ succur-
rendo paucis dico nullam esse difficulta-
tem, quo minus dictus Impetrans in hac
causa obtinere, & victricem sententiam
referre debeat. † Agitur quippe iudicio 1
manutenentiæ seu interdicto *vti possidetis*;
in quo etiam momentaneæ possessionis,
quæ minime vitiosa est, consideratio habe-
tur[a], & interdicendi ad victoriam neces-
saria non est de iure suo allegatio vel de-
ductio: cum duo extrema sufficiant. Prius
quod in vera & indubitata minimeque vi-
tiosa possessione, quæ contraria partis ad-
uersæ aliqua possessione non superetur vel
vincatur, fuerit tempore interdicti, qui in-
terdicit seu ad manutenentiam contendit.
Alterum quod per partem aduersam in il-
la turbatus, inquietatus, & molestatus fue-
rit. Ita vt de Iure & titulo Interdicentis,
& ad manutenentiam contendentis nulla
suscipienda sit quæstio vel cognitio[b]. † 2
Qualiscunque enim possessor, hoc ipso quia
possessor est, plus iuris habet, quam ipse qui
non possidet[c]: ideoque etiam in concur-
su quæstionis possessionis & proprietatis,
possessionis quæstio secundum possessorem
decidenda est[d]. Et proinde magna pars
eorum, quæ in disputationem in hac causa
vtrimque admissa sunt, superuacua est, nec
calculo sententiæ subijcienda. Extrema
autem illa duo concurrere, & ita quidem
vt Impetranti ad obtinendam sententiam
prodesse possint Actorum lectio demon-
strat. Imprimis enim Impetrantis posses-
sio probatur pluribus modis: Primo per
instrumentum publicum Scabinale, quod
Impetranti in accumulatione vtriusq; iu-
dicij possessorij & petitorij ad victoriam
sufficere deberet: ob id quia per illud con-
stet Dominum Ioannem vander Tommen
coram Scabinis Louaniensibus Impetran-
ti transtulisse per legis actiones seu operas
fundos & reditus, de quorum possessione
in hac causa quæstio & controuersia est, ex
iusto donationis titulo; repetita, & de no-
uo confirmata paulo post, interuallo plu-

a *l. vnica C. Si de momēt. possess. fuerit appell. in fin.*

b *Rebuff. ad constitut. Regias tit. de materia poss. art. 2. gloss. 3*
c *l. 2 ff. vti possid.*
d *l. incerti iuris C. de interdictis l. 1 in fin. C. vti possid.*

rium dierum, eadem donatione & trans-
portatione coram feudalibus Domini de
Rotzelaer quatenus illa in eorum curia
3 resortum haberent. † Et quamuis huius-
modi operis & legis actiones videri pos-
sent, tantum pertinere ad titulum seu cau-
sam acquirendi; ex qua sola vt generaliter
ex nudis pactis neque Dominium neque
possessio acquiritur[a], nisi naturalis rei tra-
ditio, aut quod pro traditione sit, ac rei
apprehensio interueniat[b]: quia tamen di-
ctus D. Ioannes huiusmodi legalem ac so-
lennem transportationem fecit reseruato
sibi vsufructu, dubitatio nulla, quin tam
ex communi, quam ex consuetudinario iu-
re, sic quoque possessio fuerit translata. Re-
seruatio quippe vsusfructus pro traditione
est[c], & continet translationē possessionis,
tunc cum alienans cum reseruatione vsuf-
fructus ipse possidet[d]: vsque adeo vt in po-
testate huius vsufructuarij non sit hoc effi-
cere vt proprietarius amittat hanc suam
4 possessionem[e]. † Et licet naturalis posses-
sio apud vsufructuarium resideat ac rema-
neat, & sic ciuilis tantum possessio per re-
tentionem vsusfructus transferatur[f]: illa
tamen exstinguitur vsufructuarij morte, &
ipso iure velut per vim retractiuam conso-
lidatur ciuili possessioni[g]; quæ ciuilis pos-
sessio exstinctam naturalem ad se trahit,
etiam ignorante ipso proprietario; quia
vsufructuarius sit mortuus[h]. Ita quod vir-
tute huius possessionis proprietarius, mor-
tuo vsufructuario, intentare possit reme-
dium manutenentiæ aduersus quemcunq;
turbantem, imo etiam aduersus possesso-
rem, qui cepit possidere etiam in vita vsu-
fructuarij, si forte interuertendæ possessio-
nis causa, vsufructuarius rem alij realiter
tradidit. Secundo probatur Impetrantis
possessio per luculenta & aperta testimonia
quatuor testium, quos Impetrans produ-
xit; qui dicunt se huiusmodi bona ab Im-
petrante conduxisse, & pluribus annis an-
te institutum hoc Iudicium sub mercede
seu pensione coluisse. Sic quod euidens sit
Impetrantem horum bonorum possessio-
nem acquisiuisse, non tantum animo, sed
etiam apprehensione corporali; ex quorum
concursu dubium non est, plenam posses-
5 sionem acquiri[i]. † Quæ apprehensio et-
iam probatur per locationes prædictas; &
potissimum per receptionem mercedis seu
pensionis[k]. Cui probationi per testimonia
accedit tertio partis Opponentis propria
confessio & rei euidentia; quia Impetrans
hæc bona statim à morte Ioannis appre-
henderit, & ob id Opponens colonis ve-
tuerit, ne amplius Impetranti pensionem
soluerent: ita vt de possessione agentis
6 nulla possit esse dubitatio. † Alterum ex-
tremo-

a *l. Traditionibus C. de pactis.*
b *l. alienatiō 67. ff. de verbor signi. l. 3. C. de acquir. possess.*

c *l. quisquis. l. Si quis argentum §. sed si quidem C. de donat. Doct. in l. quod meo de acquir. possess.*
d *Stephan. Bertrand. cons. 276. viso casu mihi exhibito. nu. 4. vol. 1. parte 1.*
e *gloss. in l. 1. in fin. ff. vsufruct. quemadmodum Cau. & l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi arm.*
f *d. l. quisquis & ibi Bald. & alij.*
g *Bald. in l. Si arrogator. nu. 14. de adopt. eleganter. Bald. cons. 257. dicta tenuta. nu. 2. vol. 4.*
h *Bart. in d. l. Si arrogator. nu. 12. vers. sed hodie videtur.*
i *l. 3. in prin. l. quemadmodum de acquir. possess.*
k *l. quidam mulier de rei vendic. l. quē bona in prin. l. quamuis §. 1. de acquir. possess.*

tremorum ex parte Opponentis, turbatio ſcilicet, ſeu inquietatio, vnde cauſatur hoc iudicium manutenentiæ ſeu interdictum *vti poſsidetis*, probatur non tantum ex prædictorum teſtium teſtimonijs; verum etiam ex Opponentis propria confeſſione primum in reſponſione verbali, deinde in ſcriptura memoriali; confitendo quod colonis horum bonorum prohibuerit, ne Impetranti amplius, ſed ſibi ſolueret mercedem ſeu penſionem eorundem bonorum. Turbare enim cenſetur in vniuerſum & generaliter qui impedit ne re mea libere vtar [a]: Item qui recepit, ſeu recipere conatur fructus rei, in cuius poſſeſſione ſum [b]: Atque item qui colono poſſeſſoris inhibet ne ſuo locatori rei poſſeſſori ſoluat, atque ita ex concurſu duorum extremorum, ex quibus iudicium hoc conſtat, dubitandum non eſt, quin intentio Impetrantis fundata ſit. Reliquum eſt vt videamus an ex aliqua cauſa hæc poſſeſſio vitioſa, & dicta turbatio excuſabilis dici poſſit; cum nec vitioſa poſſeſſio, nec turbatio quæ iure fit ad interdicendum proſit [c]. Vitioſam ſane hanc poſſeſſionem eſſe contendit Opponens, ex eo quia ſit accepta in præiudicium litis pendentis in Concilio Brabantiæ, tam in articulo redintegrandæ poſſeſſionis, qua Maria Ellens vidua Domini Ioannis ſe ſpoliatam contendebat; quam in iudicio manutenentiæ, quaſi quodammodo vel vi, vel ſaltem clam aduerſus eandem Mariam Impetrans poſſidere ceperit, ideoque eadem poſſeſſio illi prodeſſe non debeat [d]: cum lite pendente poſſeſſione priuari non debeat [e]. Cæterum quoniam hoc prædictum iudicium vnde litis pendentiam Opponens conſtituit in articulo redintegrandæ poſſeſſionis in quo Maria Actrix fuit, tantum fuit de rebus mobilibus vt Opponens aperte confitetur, & rei euidentia demonſtrat; non poteſt effectus illius litiſpendentiæ trahi ad bona immobilia, ac reditus qui ad Dominum Ioannem in eius vita pertinuerunt.
† Vt enim effectus viti j litigioſi, ita quoq; 7
litiſpendentiæ, fines rei, ſeu rerum de quibus agitur, non excedit: quia limitata cauſa limitatum producit effectum [f]. Et ad prætactum iudicium manutenentiæ non perinde pertinent hæc bona, de quorum poſſeſſione in hac cauſa controuerſia eſt: quia in eo tantum quæſtio fuit de bonis ſeu poſſeſſione bonorum, quam Executores teſtamenti dicti Domini Ioannis, & tutores Iohannæ filiæ eiuſdem Domini Ioannis, ad eandem Iohannam pertinere contendebāt; nulla facta mentione horum bonorum. Prout etiam Impetrans in eadem manutenentiæ cauſa, neque Actor,

a l. vim facit. ff. de vi & vi armat.
b Bald. in l. poſt ſententiam. C. de ſent. & interlec. Ioan. Faber in §. retinendæ inſt. t. de interd.
c l. 1. in fin. ff. vti poſſid.
d d. l. 1. in fin. l. 1. C. vti poſſ.
e Innoc. in c. Cum veniſſent de reſtit. in integ.
f c. Eccleſia. vt lite pendente & ibi Doct.

neq; conſors litis fuit directe vel indirecte: vt apertiſſime conſtat ex tenore inſtrumenti ſententiæ, quæ in illa cauſa manutenentiæ lata eſt. Sic quod litis pendentia, atque item ſententia ſuper poſſeſſione bonorum dictæ Iohannæ, non poſſit ſuum effectum extendere ad bona, quæ Laurentius huius cauſæ Impetrans poſſidet; quia ſcilicet eſt res inter alios acta [a]. Deinde hoc verum quoque eſt, præfatum huius cauſæ Impetrantem, horum bonorum poſſeſſionem nactum eſſe etiam in vita Domini Ioannis, per dictam tranſportationem & reſeruationem vſusfructus [b], vt ſuperius deduximus. Cui etiam acceſſit naturalis eorundem bonorum apprehenſio, ſtatim poſt mortem Domini Ioannis, & ſic plus quam dimidio anno inſtitutum per dictos Executores & tutores aduerſus Mariam prætactum manutenentiæ iudicium: cuius initium fuit in initio Aprilis anno ſexageſimo tertio, cum in Octobri præcedente Dominus Ioannes ex hac vita deceſſerat. Sic quod bono initio capta poſſeſſio per Laurentium continuari poterat, etiam pendente manutenentiæ iudicio, ſi aliquo modo ſub eo directe vel indirecte hæc bona comprehenſa dici poſſent, prout non. nam litiſpendentia vt omnia ſuo loco relinquit [c], ita non prohibet quo minus poſſeſſor ſuam poſſeſſionem licito modo continuare poſ-
8 ſit, quam diu lis durat [d]. † Sed nec illud ad vitioſam poſſeſſionem conſtituendam quicquam efficere poteſt, quod Opponens allegat prædictam tranſlationem ſeu tranſportationem per Dominum Ioannem vander Tommen factam eſſe in fraudem ſuæ vxoris: nam principio ex iniuſtitia tituli non inducitur vitium poſſeſſionis; ſatis enim eſt quod Impetrans nec clam, nec vi, nec precario aduerſus Domicellam Mariam poſſeſſionem horum bonorum nactus ſit. Sic quod in hoc interdicto manutenentiæ tam proſit iniuſta, quam iuſta
9 poſſeſſio [e]. † Illud enim magis pertinet ad iudicium petitorium in quo de iuſtitia tituli & cauſæ huius tranſportationis cum pleniore indagine quæritur [f]; ſic quod etiam ſine titulo acquiſita poſſeſſio, & ſic naturalis, quæ non ſit ex tribus illis cauſis vitioſa reſpectu turbantis, proſit ad obtinendum in hoc genere iudicij [g]: ita quod nec titulum, nec cauſam poſſeſſionis allegare oporteat: quia ex vſu Iudiciorum tantum receptum eſt in poſſeſſorijs cauſis beneficiorum, vt in illis decolorato titu-
10 lo docere ſufficiat [h]. † Deinde ſola fraudis ſeu fraudulentæ alienationis allegatio non ſufficit ad nullitatem tituli conſtituendam; multo minus ad poſſeſſionem inde

a l. vlt. C. Res inter alios acta. l. 1. & 2. C. quib. res iud. non nocet.
b d. l. quiſquis.
c c. 1. vt lite pendente nihil innouet.
d Doct. in c. Cum M. de conſtitut. Alexand. in addit. ad Bart. in l. 1. num. 2. ff. de litig.
e l. Iuſta ff. vti poſſidet.
f l. vlt. & ibi Doct. C. de edict. Diui Adriani tollend.
g Bart. in l. 1. in prin. & §. hoc interdictum ff. vti poſſ. Alexan. conſil. 80. examinato nu. 11 vol 2.
h Rebuff. ad conſtit. regias. tract. de materijs poſſeſſorijs. art. 2. gloſſ. 3 nu 4.

inde acquiſitam vitioſam dicendum. Nam quæ in fraudem alicuius fiunt per ſe ipſo iure nulla non ſunt; & qui in fraudem alienat, nihil non agit, ſed tenet alienatio & transfertur in accipientem, & fraudis conſcium, multo magis in non conſcium non tantum vera poſſeſſio, ſed etiam Dominium [a]: licet interdum is in cuius fraudem fit, perſonalem non realem actionem habeat, non ad directa via rem & rei poſſeſſionem auocandam, ſed ad reſcindendam primum donationem, & poſt reſciſſionem, poſſeſſionis auocationem [b]. † Ni- 11 hilominus vt illuſtrior ſit Impetrantis victoria, & Clariſſimorum Dominorum animi ad partes Impetrantis magis inclinent, hoc addimus, nihil in fraudem dictæ Mariæ factum eſſe per dictam alienationem & tranſportationem: Qui enim iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam [c]. Cum ergo nedum ex iure communi [d]; verum etiam ex conſuetudine paſſim obtinente, & præſertim in Brabantia, in qua ad imitationem iuris quod in Burgundia obtinet, ex tempore Philippi boni Ducis Burgundiæ ac Brabantiæ conſuetudines & iura municipalia recepta & conſtituta ſunt, vt maritus propriorum bonorum, quæ vel ex ſucceſſione vel acqueſtu habet, plenum arbitrium habeat, poſſitque illa etiam inuita vxore alienare; conſequens eſt id quoque potuiſſe præfatum Dominum Ioannem. Et quamuis in Oppido Louanienſi inter ſtatuta id quoque ex Burgundiorum legibus receptum [e], vt maritus per teſtamentum non poſſit ſic bona ſua alienare, quin vſumfructum omnium & medietatem proprietatis ac queſtuum vxor ſuperſtes ſaluam habeat: hoc tamen nuſquam contra iuris diſpoſitionem ſtatutum ac vſu obſeruatum inuenitur, quod per actus alienationis inter viuos, idem quoque non poſſit: cum lucrum vſusfructus & prætactæ proprietatis pro dimidio tantum reſpiciat illa, quæ maritus moriens in bonis relinquit, non quæ viuens alienauit. Quod ſane reſpectu vxoris durum videri non poteſt, tum quia ſtatutum ita ſcriptum eſt, tum quia hoc in aduentitio lucro conſiſtit; quod ſi anguſtius patet, vel abſurditatem vel iniquitatem nullam habet: ſatis enim eſt, vel aliquatenus, & ſic conſuli & ſuccurri; cum longe iniquius ſit ingenuis hominibus, non permitti rerum ſuarum liberam alienationem [f]. Vt mirum non ſit plus viuenti interdum quam morienti concedi; & cum alia ratio diſcriminis ſufficiens aſſignari non poſſit, hoc ſufficere poſſet, quod iuri communi derogatum non ſit, niſi in diſpoſitione per teſtametum. Quem articulum eleganter tractat, & ſecundum præmiſſa decidit Bartholomæus Chaſſanæus in interpretatione ſimilis ſtatuti Ducatus Burgundiæ [a]. Cui accedit quod non proprie dici poſſit in fraudem vxoris hoc factum eſſe in hac alienatione paucorum bonorum, reſpectu tam late diffuſi patrimonij ac multiplicium bonorum, quæ idem Dominus Ioannes reliquit; præſertim cum proponatur hanc donationem eſſe remuneratoriam & recompenſatoriā, quæ fraudis præſumptionem omnino auertit. Ita vt ſi petitorio iudicio hic actum eſſet, ſatis multa concurrant ad obtinendam etiam in eo adiudicationem bonorum aut abſolutionem Impetrātis à petitione Opponentis. Multo igitur magis in hoc poſſeſſorio iudicio ex indubitata, iuſta, minimeque vitioſa Impetrantis poſſeſſione non vi, non clam, non precario obtenta; ſed acquiſita ab eo qui indubitate in poſſeſſione erat [b], ſciente, vidente, & minime contradicente prædicta Domicella Maria, quæ nunquam in poſſeſſione horum bonorum fuit, ſed Impetrantem à morte Domini Ioannis quiete poſſidere, & poſſeſſionem continuare paſſa eſt, ita vt quia Impetrans poſſeſſor eſt, hoc ipſo in hoc iudicio vincere debeat: quia plus iuris habet, quam dicta Maria, quæ nullam prorſus poſſeſſionem habuit vel habet. Ad excuſationem turbationis adfert Opponens, quod prohibitionem hanc fecerit authoritate ſententiæ in dicta priori cauſa manutenentiæ latæ; quaſi qui executionem ſententiæ vel iuris facit, iniuriam aut turbationem facere non cenſeatur [c]. Sed perquam abſurda eſt hæc excuſatio; ob id quod (vt diximus) ea lis tantum inſtituta fuerit ad bona, quæ Executores & tutores apprehenderant, non prædictæ nomine Iohannæ filiæ Domini Ioannis teſtatoris, & in quibus ſe nomine eiuſdem Ioannis manutenendos eſſe contendebant, id enim aperte demonſtrant verba inſtrumenti dictæ ſententiæ tam in parte narratiua, quam depoſitiua: ſic quod virtus illius ſententiæ, non poſſit extendi ad hæc bona, de quibus in illa lite nulla fuit vel iuris vel poſſeſſionis quæſtio [d]: neque aduerſus Impetrantem qui illius litis conſors non fuit [e]; ideoq; Opponens faciendo hanc prohibitionem virtute illius ſententiæ, fines illius exceſſerit, & fimbrias nimis dilatauerit. Nec contrarium conuincunt hæc verba in breuiculo ſeu notula ſententiæ, contenta: **Manutenerende/ die voersz. ghedaechde indie voersz. posseſſie ende gebruycke vanden erffelicke ende onberuerlicke goeden by wylen heeren Joannem vander Tommen achtergelaeten**: hoc eſt Manutenendo dictos citatos

Marginal notes (left column): a l. ſi ſciens in fin. de cōtrah. empt. l. Cum profiteatur C. de reuocan. don. — b ff. & C. de his quæ in fraudem creditorum. per totum. — c l. iniuriarum. §. 1. de iniur. — d l. in re mandata. C manda. — e Chaſſanæus tit. 4. des droicts & appartenances gens mar. §. 4. — f l. Tutori. C. de neg. geſtis.

Marginal notes (right column): a d §. 4. in princip. — b l. Si duo §. non videor. ff uti poſſid. — c d l. iniuriarum §. 1. — d l. eandem. de re indicat. — e l. 1. & 2. C quibus res iudic. non nocet.

ratos in dicta possessione & vsu hæreditariorum & immobilium bonorum per quondam Dominum Ioannem vander Tommen relictorum. Nam in primis constat quod hæc bona in Laurentium translata, non sint relicta in bonis Ioannis post eius mortem, sed alienata in vita[a]. Secundo generalitas illorum verborum restringitur per proxime sequentia, **Inden Schepen brieuen der Impetranten ende in desse processe breeder gementioneert** / hoc est, in literis Scabinalibus Impetrãtium & in hoc processu latius mentionatorum. Ita vt cum relatione facta, ad litteras citatorias; Item ad processum, inueniantur dictæ literæ restrictæ ad bona per Ioannem possessa, & in toto processu nullum sit verbum dispositiuum de his bonis in Laurentium alienatis; consequens fit restrictionem, non ampliationem esse in huiusmodi sententiæ verbis[a]. Concludendo itaque existimamus Magnificorum Amplissimorumq; Dominorum officium & partes esse, vt secundum conclusionem Impetrantis tam quoad expensas litis, quam principale sententiam dicant.

a d l. Alienatum. de verb. signific.

a Auth. Si quis in aliquo. C. de edendo.

SVMMARIVM.

Interdictum *vti possidetis.*

1. *Mercedis receptio pro possessione est.*
2. *Prohibitio solutionis pro turbatione est.*
3. *Turbare quis dicatur.*
4. *Factum Iudicis est factum partis.*
5. *Contradictio iudicialis interdum pro turbatione est.*
6. *Possessio perinde aduersus minorem, vt maiorem acquiri potest.*

CONSILIVM XLIV.

Difficultatem magnam non videtur habere causa manutenentiæ, seu interdicti retinendæ, quæ in Amplissimo Concilio Brabantiæ nunc definienda est, inter Dominam Abbatissam, & Capitulum collegiatæ Ecclesiæ S. Amoris in Bilsen Impetrantes; & Dominum Richaldum de Meroede Dominum in Frentz, Hopertingen &c. Opponentem. † Etenim 1
de dictorum Impetrantium possessione anteriore, atque etiam præsenti tempore turbationis & molestationis (quod est alterum requisitum extremum in hoc iudicij genere[a]) euidentissime constat partim per implicitam Opponẽtis confessionem, partim per depositiones testium, quos ipse Opponens produxit; inter quos VVilhelmus Brouvvers, & Gysbertus Brouvvers, apertissime deponunt Impetrantes multis annis fuisse in possessione percipiendi pensionem, seu mercedem à colonis harum controuersarum terrarum. Solutio enim & receptio mercedis seu pensionis, constituũt recipientem in possessione rei, ex qua, seu ob quam merces soluitur[b]. Euidentiora & copiosiora hac in parte sunt testimonia Impetrantium de renouatis locationibus harum terrarum, iisque continuatis ab anno 1548. vsque ad annum 1561. quo per Opponẽtem turbatio de qua quæritur facta est. Ita quod inde constet Impetrantes vti non momentanea aut imaginaria aliqua possessione, sed vera actuali, eaque per longum tempus amplius quam decem annorum continuata, & per annuas solutiones mercedis dictis Impetrantibus factas confirmata. Vt ex depositionibus testium plene constat. Sic quod tantum restet inquirere an hic quoque concurrat alterum requisitum in hoc iudicij genere; turbatio scilicet, & inquietatio ipsius Opponentis: de quo nihilo magis dubitan-
2 dum est. † Nam ex depositionibus testium vtrimq; productorum, imo etiam ex propria Opponẽtis allegatione constat, quod Opponens prohibuerit colonis Impetrantium, ne ratione harum terrarum Impetrantibus soluerent mercedem; cui prohibitioni acquiescentes aliqui ex colonis Opponenti soluerunt; aliqui in iudicio deposuerunt ad opus ius habentis; aliqui neutri. Quæ prohibitio procul dubio veram & actualem turbationem ac inquietationem pacificæ possessionis inducit; ex qua seu ob quam ad interdicti beneficium
3 merito confugere liceat. † Turbare enim censetur non tantum qui prohibet ne mihi per me vel colonum fundum meum arare, colere, fructus rei inde percipere liceat[a]; nec is tantum qui fructus rei inde percipit[b]: verum etiam qui prohibendo hoc tantum facit, ne mihi soluatur merces, vectigal, reditus[c]. Quæ omnia satis agnoscens Opponens diuersis exceptionibus
4 vtitur. † Et primo quod per viam iudicij hanc prohibitionem fecerit; quasi scilicet huiusmodi factum, quod interposito Prætore vel Villico fit, reprehensione careat[d], & ad turbationem referri non possit. Verum cum factum Iudicis reputetur pro facto partis, ad cuius instantiam Iudex id facit[e], parum operari debet Prætoris adhi-

a c. licet causa. de probat. l. 1 l. si duo in princip. ff. vti possidetis. l. 1. C eod. Alex. consil. 15. quoniam omne datum. nu. 1. vol. 5.

b l. qui vniuersas. §. quod per colonum & ibi gloss. & DD. l. quamuis. §. 1. de acquir. poss.

a l. vim facit. ff. de vi, & vi armat. l. si duo. §. item. videamus ff. vti possidetis.

b Bald in l. post sententiam in fin. C. de sentent. Alexand. in l. colonus. de vi, & vi ar. Guid. Pape. consil. 62. pro decisione.

c DD. in c. querelam. de elect.

Ioannes Faber. in §. retinendæ Instit. de interdict.

d l. iusto. de acquir. possess.

e l. si plus §. 1. de euict. l. 1. Cod. si in cau. iudicat. pig. capt. sit. Doctor. in d. l. qui vniuersas §. Item cum Prætor Alberic. in l. qua ratione. de acquir. rer. dominio.

adhibitio; præsertim illius, cui Opponens, vt Dominus de Hoepertingen imperare potuit: † cũ alioqui contradictio iudicialis, cum per illam in possessione aliquod impedimentum vel turbationem patitur is qui sine controuersia pacifice possidebat, sufficiat ad hoc interdictum exercendum, quando per huiusmodi contradictionem is qui contradicit, contendit peruenire ad possessionem, & ex illa possidentem turbare[a]; vt est in proposito. Non enim incepit Opponens à vendicatione harum terrarum, petendo quod Impetrantes condemnarentur ad desistentiam, seu ad amouendam manum & pedes ab illis; sed à prohibitione, imo ab executione, prohibendo scilicet, ne Impetrantibus coloni amplius soluerent, sed sibi, virtute huiusmodi prohibitionis manum injiciendo in mercedes seu pensiones colonorum: quod plane barbarum, & à more iudiciorum alienum est[b]. Ita vt parum mouere debeant testimonia Opponentis, quorum quatuor per Opponentem producti testes, omnes sunt ministri & iustitiarij Opponentis, qui ad sustinendam huiusmodi barbariem, videntur asserere hoc factum esse secundum modum procedendi coram ipsis seruari solitum: est enim huiusmodi consuetudo plane irrationabilis, ideoque nec toleranda[c]; potissimum quod ex testimonijs Impetrantium constet extra formam iudicij in agris & alijs locis factam esse hanc prohibitionem, nulla præcedente legitima citatione, nulla adhibita aut præuia causæ cognitione, nec parte audita; cuius potestatem nec Papa quidem sibi arrogat[d]. Quid enim absurdius est, quam quietam, & per longum tempus obfirmatam possessionem, vnica prohibitione sic turbare, vt ne nunc quidem veteris & indubitatæ possessionis vllum emolumentum sentire possit. † Obijcit quoque Opponens quod se in minore ætate constituto, ad hanc possessionem peruenerint Impetrantes: sed ex eiusdem Opponentis allegationibus satis constat, quod eo tempore, quo Impetrantes has terras legitimo titulo legati ex testamento quondam Dominæ Margaretæ de Meroede primum apprehenderunt ad Opponentem nihil iuris pertinere potuerit; ob id, quod patrem, moriente Domina Margareta, superstitem habuerit, qui si quid iuris in his bonis ab intestato ei competere potuisset (prout non) Opponentem in omnem euentum præcedere debebat; sic quod illius, non Opponentis tanquam sequentis, consideratio haberi debuerit[e]. Quare minor ætas Opponentis hic considerabilis non est in articulo possessionis acquirendæ; quæ cum

5 (margin, beside "rare potuit: † cũ alioqui contradictio iu-")

6 (margin, beside "tum sentire possit. † Obijcit quoque Op-")

a l. final. ff. si vsufruct. peta. l. si prius. & ibi Bart. & alij de noui operis nuntiatio. Alex. d. consil. 58. n. 51. & consil. 54. vijo processu. nu. 12. vol. 5.

b l. 1. C. de prohib. sequest. pec. l. 1. C. de execut. rei iudic.

c l. 1. & 2. C. Quæ sit long. consuet.

d c. 1. de caus. poss. & prop.

e l. posthumorum in princ. ff. de iniust. rupto. &c.

facti, non iuris sit, tam aduersus minorem, imo etiam infantem, quam quemcumque alium acquiri potest; nec vllum ea in re versatur, vel infantiæ, vel minoris ætatis beneficium aut priuilegium, vt factum pro infecto sit, & ex eo duntaxat possessor possessione sua cedere, vel deturbari debeat; etiamsi quoad effectus iuris minores aduersus longam præscriptionem seu possessionem, restitutionem in integrum obtinere possint[a]. Vlterius objicit Opponens iuris sui titulum ex intestata successione. Cæterum cum hic de possessione, non de iustitia quæratur superuacanea & inutilis est ea obiectio. Prius enim de possessione, quam de proprietate determinandum est[b]. Constat tamen hunc titulum inanem esse, ob id quod Domina Margareta testata decesserit; ita quod intestatæ successioni locus esse nequeat[c]: præsertim quod pater Opponentis in Dominæ Margaretæ testamento magna legata acceperit, & hoc testamentum per duas sententias definitiuas, non obstante Domini Opponentis contradictione, confirmatum sit, sic quod testimonia Opponentis de propinquitate patris sui nihil momenti habeant in hoc iudicio possessorio; in quo Impetrantes non tantum possessione nituntur; sed etiam iusto & legitimo titulo legati: de quo tamen nunc nulla suscipienda est plenior aut altior cognitio seu indagatio. Quod igitur postremo ad infringendam potestatem huius tituli objicitur, de prohibitione per constitutionem Caroli V. Imperatoris, ne Ecclesiasticis personis res immobiles relinquantur, nihil mouet: nam & id petitoriam causam respicit, & in hoc possessorio considerabile non est; præsertim ad vtilitatem eius, qui nulla anteriore seu antiquiore possessione munitus est. Cum alioqui etiam in petitorio iudicio hæc consideratio Opponenti nihil profutura esset, ob id quod intestatæ successioni, vt diximus, locus non sit in obtinendis bonis Dominæ Margaretæ propter dictum testamentum; ex quo Opponens nihil aliud consequi potest, quam quod eius Patri nominatim legatum fuit; cum ex latere tantum Dominam Margaretam in tertio vel quarto gradu contingat[d]. Et si quid in dicto testamento per dictam constitutionem, aut alio ex capite nullum, aut pro non scripto est, id ei iure singulari tantum in legatis succedenti accrescere non potest; sed ijs, quibus residuum bonorum relictum fuit[e]. Atque ita existimamus Amplissimorum Dominorum officium esse, vt secundum conclusionem pro parte Impetrantium propositam per omnia iudicent.

a l. Æmilius. de minorib. l. si cui in fin. C. de prescrip. 30. annor.

b d. c. querelam d. c. licet causa l. 1. C. vti possidetis.

c l. quamdiu. de acquirend. hered.

d l. Fratris. C. de inoffic. test.

e l. 1. & vlt. ff. de his quæ pro non scrip. &c.

SVMMA

SVMMARIVM.

Interdictum retinendæ, seu *vti possidetis.*

1. *Possessionem requirit Interdictum retinendæ.*
2. *Consuetudo quod vxor marito sine liberis morienti succedat.*
3. *Inuestitura an possessionem adijciat.*
4. *Hæres locando censetur per colonum possessionem apprehendere.*
5. *Conductio rei propriæ alienatæ vim constituti habet.*
6. *Litis contestatio quomodo fiat.*
7. *Exceptio Dominij non obstat agenti Interdicto retinendæ.*

CONSILIVM XLV.

EX narratione & dispositione mandati pro parte nobilis viri Ioannis de Roye tanquam mariti Domicellæ Barbaræ de Villenne, à D. Officiali Leodiensi impetrati; contra Ioannem Abrion, Hubertum Iamar, & Henricum VVarman prætensos tutores Ioannis de Megen, alijsque decretis, per D. Officialem latis, euidenter constat, non petitorio, sed possessorio iudicio actum esse: videlicet super turbatione possessionis domus ac villæ dictæ del Scaille, sub Auennes partium Hasbaniæ sitæ; possessionis inquam retinendæ, seu *vti possidetis.* † Hoc igitur fere 1
solum hîc inspiciendum est, an quod in hoc iudicio requiritur [a], Impetrans in iusta ac legitima dictæ villæ possessione fuerit tempore allegatæ turbationis, & turbatio ipsa vere facta sit, ac eius generis sit, vt ex eo hoc Interdictum dari debeat [b]. † 2
De priore hoc est possessione partis Impetrantis constat ex instrumento publico, quo probatur Impetrantem vxoris suæ nomine releuasse dictam villam, ex causa successionis consuetudinariæ, qua vxor liberis ex eo matrimonio non exstantibus, succedit marito in omnibus bonis quæ eo matrimonio constante pleno iure illius fuerunt. † Nam quamuis per solam nu- 3
dam, & quam appellant abusiuam ac verbalem inuestituram seu reliuium, non acquiratur possessio, quæ prodesse possit ad hoc interdictum proponendum, sed sola facultas propria authoritate rem releuatam ingrediendi [b]: licet ex consuetudine fieri possit vt per solam hanc licentiam transferatur dominium [c]; quæ consuetudo in his regionibus est generalis: quia tamen dictum reliuium non fuit nudum, sed verum & reale: debet intelligi per illud in dictum Ioannem possessio translata; quia scilicet Villicus & Scabini, quorum in dicto Instrumento fit mentio, vltra inuestituram ponendo Ioannem in possessionem dictæ villæ per suum apparitorem omnibus & singulis, qui dictæ villæ census seu reditus deberent, mandari iusserunt, ne alij quàm ipsi Ioanni soluerent; vlteriusque eadem continuatione in signum exercitæ possessionis idem Ioannes in præsentia dictorum Scabinorum eandem villam Godefrido Sauuaige loca-
4 uerit. † Hæres enim locando rem hæreditariam nondum apprehensam, censetur per colonum possessionem apprehendere [a]; non tantum si mercedis quoque solutio sequuta sit [b]; verum etiam ea non sequuta, si modo in conspectu rei, de qua agitur, huiusmodi locatio sit facta [c]. Quemadmodum hæc propter Iudicis loci, sub quo res sita erat, præsentiam animo & oculis
5 subiecta præsumitur. † Et præterea cessantibus ijs, quia nemo tempore dictæ locationis potior fuit in possessione, ficta huiusmodi dicti coloni, traditio per hanc nouam conductionem, in qua videtur latere vis constituti [d], ad acquisitionem possessionis dicto Ioanni profuisse debuit [e]. Iam vero neminem in ea possessione fuisse per Opponentes, vti oportebat [f], probatum non est. Nam quod asseruit se in ea possessione fuisse, idque probari instrumento recognitionis per dictum Godefridum anteriore aliquo tempore factæ, parum mouet: cum illa recognitio prorsus nuda sit, nulla apprehensione reali vestita, nulla veri alicuius ac noui contractus interpositione vallata, neque in præsentia rei aut Iudicis authoritatem accommodantis facta secundum ea, quæ superius attigimus; ideoque pro probatione possessionis sufficere non debet [g], sed pro nudo simpliciq; pacto, quo nec possessio nec dominium transferri solet [h]. Quæ tanto fortius hic dicenda sunt, quod lege ac consuetudine municipali, immobilium rerum possessio, non coram notario ac testibus, sed Iustitia, sub qua bona mouentur, acquiratur. Et sane ad translationem possessionis nihilo magis faciet aperta illa constituti in illo instrumento, inserta clausula: colonus enim cum nullam rei locatæ habeat

a §. retinẽdæ versic. quorũ. Instit. de interdictis. c. Consultationibus de offic. deleg. c. olim. 1. & 3 de restit spoliat.

b Imol. in c. 2. in fine de consuet. Faber in d. §. retinendæ. nu. 9.
c Doct. in d. c. 2.

a gloss. in §. quod per colonum, in l. quiuniuersas & ibi Castr. & alij de acquir. poss.
b Castr. d. loco.
c Ioan. de Imol. in d. §. quod per colonum.
d l. quod meo de acquir. possess.
e l. quamuis §. 1. de acqu. possess.
f Fab in d §. retinendæ nu. 21. & 22.
g Castr. & Imol. locis supra citatis.
h l. Traditionibus C. de pactis.

habeat possessionem [a], nec constituendo eam in alium transferet [b]. Quibus ita compositis, sequitur Ioannem tempore interdicti in vera, propria, ac reali possessione fuisse; neque allegatam illam anteriorem tutorum possessionem fuisse potiorem; vtpote consistentem in finibus obligationis & pacti, quod à pacto & contractu Ioannis cum dicto colono subsequente, in cuius executionem traditio, ac possessionis acquisitio, legis saltem potestate sequuta est, semper superatur [c]. De turbatione non est operæpretium dicere, quod eam pars Opponens satis agnoscat; tum per limitatam iustificationem possessionis suæ, tum per negatam possessionem Impetrantis; quo factum est quod D. Officialis monitorium sui mandati resoluerit in petitorium. Cũ itaq; ex deductione ac concursu eorum, quæ in hoc interdicto retinendæ possessionis requiruntur, Impetrans obtinere debeat, nihil immorandum est incidentali allegationi partis Opponentis, quod vxor Ioannis ante acquisitam hãc possessionem supradicto iuri connubij renunciasse dicatur, sibiq; sic viam ad hanc quondam sui mariti villam consequendam
6 præclusisse. † Nam cum hic non de iure Dominij suscepta sit disceptatio, & lis per contestationem solennem seu responsionem desuper subsequutam, quæ pro contestatione esse debet [a], super sola possessione, & non super Dominio contestata sit; non potest super alio, quam super possessio-
7 ne sententia ferri. † Cum alioqui agenti Interdicto retinendæ, non obstet exceptio Dominij [b]; tunc præsertim cum conuentus de sua legitima possessione docere non potest [c]. Et deinde vt ex possessione ius Dominij inferri nequit, ita neque ex Dominio possessio iustificari [d]. Et denique cum huic renunciationi pro parte Impetrantis, ad illius nullitatem & inualiditatem, multa objiciantur; ideoque quæstio Dominij liquidari paucis in hoc summario iudicio non possit, propter altiorem facti & iuris, quam requirere videtur ille articulus, indaginem; definiendus est in primis possessionis articulus, post deinde Dominij quæstione proposita in illum articulum plenis velis longe lateque inquirendum [e].

a l. 1. C. commu. de vsucap.
b l. nemo 54. de reg. iur.
c l. quoties. C. de rei vendic.

a c. 1. de litis contestat.
b gloss. l. Si de eo. §. fin. in gloss. mag. ad fin. de acquir. possess.
c Bald. & alij in l. naturaliter. §. nihil commune de acq. possess.
d Iason in d. §. nihil commune. nu. 11.
e l. Ordinarij C. de rei vendic. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendū & ibi gloss. Abbas in c. fin. de ordine cognit.

SVMMARIVM.

Interdictum *vti possidetis.*

1. *Possessionem qui non habet de turbatione vel spolio conqueri non debet.*
2. *Possessionem antiquiorem qui habet, vincit in Interdicto* vti possidetis.
3. *Hæres adeundo omnium rerum hæreditariarum Dominium acquirit.*
4. *Tutor possessionem rerum pupillarium nõ habet.*
5. 9. *Possessio morte possidentis extinguitur.*
6. *Pupilli res eius morte, periculo tutoris esse desinit.*
7. *Rationum redditio ex antegesto pendet.*
8. *Tutelæ rationes quando exigi possint.*
10. *Vacantem possessionem qui occupat vim, non admittit.*
11. *In interdicto possessorio obtinere debet qui in paritate possessionis titulum habet.*
12. *Hæres scriptus in possessionem mittendus.*
13. *Trebellianicam cum legitima detrahit filius.*
14. *Fideicommissarius fideicommissum propria authoritate occupans fideicommisso cadit.*
15. *Aditio hæreditatis non requirit authoritatem Iudicis.*
16. *Facultas propria authoritate occupandi quid efficiat.*
17. *possessio nemini auferri debet.*
18. *Possessor armis suam possessionem tueri potest.*
19. *In possessorio manutenendus est qui de præsenti possidet.*
20. *Concessiones iniquæ pro nullis habentur.*

CONSILIVM XLVI.

ADuersus ius quod D. Erimgardis à Bemelsberch, seu ex illius parte Gosuinus van Raesfelt eius maritus habet in & ad hæreditatem ac bona Ioannis van Raesfelt iunioris; controuersia mouetur ratione possessionis Dominij ac Castri van Raesfelt; tam ab Illustrissimo ac Reuerendissimo Episcopo Monasteriensi tanquam Principe superiore; quam alijs dicti Ioannis paternis cognatis & tutoribus: vt proinde necesse sit inquirere in causam & conditionem dictæ possessionis, eo ne loco illa sit, vt in ea manu teneri potius debeat, quam ab ea desistere; aut alioqui illius sequestrationem, aut quoduis aliud interdictum pati? Totius autem controuersiæ

uersiæ ac molestiarum causam & occasionẽ præbet, quod D. Erimgardis cũ dicto suo marito statim post mortem Ioan. van Raesfelt filij impuberis dictæ Erimgardis propria authoritate possessionẽ dicti castri occupauerint, non requisito Iudice seu Superiore, aut tutoribus dicti pupilli, nec redditis rationib' administratæ tutelæ per dictos tutores. † Et sane non videmus cur nõ 1
debeat dicta Erimgardis aduersus quoscũque in hoc iudicio possessorio retinẽdæ obtinere, & à spolio excusari. Nã inprimis cõstat de possessione eiusdem, quam à nemine vi, clam, vel precario habet. Si enim respiciam' personas hîc obturbantes, & Principis auxiliũ officiumq; implorantes, nemo omnium est qui tempore, quo Erimgardis possessionẽ dicti castri occupauit, in aliqua possessione eiusdẽ Castri naturali vel ciuili fuerit; sic vt respectu eorũ neq; de possessione, neque de vi vel spolio quæri possit[a]. † 2
Qui enim antiquiorẽ possessionẽ habet in interdicto *vti possidetis* vincere debet; quia iustior præsumitur huiusmodi possessio[b]. Quod autẽ hi obturbatores nullam possessionẽ habuerint, hac ratione deducitur. Equidem quod ad proximos paterni pupilli cognatos attinet, ex eo id cõstat, quod nũquã corporaliter per se aut procuratorem suũ ingressi fuerint dictũ Castrum à morte pupilli, nec possit per solam mortem in eos transferri possessio, etiamsi defuncto pupillo proximi fuissent. † Hæres enim siue ex 3
testamẽto, siue ab intestato adeundo hæreditatem, omnium rerum hæreditariarum Dominium arguere censetur, sed nõ perinde possessionẽ nisi naturaliter comprehensa fuerit[c]. Vsque adeo vt ne in suis quidem hæredibus possessio sine comprehẽsione acquiratur, etiamsi Iuris ac Dominij continuatio subinde fiat ex iure transmissionis.
† Quod ad tutores attinet, perinde quoq; 4
constat illos possessionem nullam tunc habuisse: nam viuente pupillo etsi rerum pupillarium administrationem habeant tutores, earundem tamen possessionem nullam habent. Imo author est Bartolus[e], ne detentionem quidem eos suo nomine habere; sed quicquid habent, pupilli nomine habent. † Quemadmodum ergo morte pu- 5
pilli, possessio quoque pupilli extinguitur; quia mors omnia finit, & morte pupilli tutela ipsa statim finitur[f]: ita quoque omnia finiuntur & haberi desinunt, quæ in consequentiam tutelæ ad tutorum administrationem pertinere videbantur. † Ideoq; et- 6
iam post mortem pupilli, res quæ pupilli fuerunt, periculo tutoris esse desinunt[g]. Atque ita terminus mortis pupilli vt tutelam adimit, ita quoque quæ in administratione tutelæ sunt. † Neque quicquam facit 7
quod rationes nondum fuerint redditæ: nam rationum redditio ex ante gesto dependet, & ad futura non respicit; absurdumque foret in eo constituere tutelæ seu administrationis prorogationem aut continuationem; quod nisi terminata admini-
8 stratione constitui nequit, : † non enim possunt exigi rationes nisi finita tutela[b]. Vnde etiam fit, vt si tutor finita tutela administrationem continuet, tutelæ iudicio non contineantur postea administrata[c], de quo minus hîc dubitandum est, quod ipsi tutores in corporali dicti Castri possessione nunquam fuerint, aut per se custodiam illius exercuerint, sed per alios pupilli nomine. Atque ita cum horum omnium aduersariorum respectu, nulla sit possessionis (quam non habuerunt) turbatio, inquietatio, aut expulsio; nihil quoque esse potest cur in eorum comparatione, dicti coniuges possessione excedere iuberi debeant. Conditio sane possessionis, quam habent dicti coniuges extra omnem reprehensionem est, etiamsi ad iustitiam causæ petitoriæ nullus habeatur respectus. Nam tempore quo dicti Castri possessionem ingressi sunt, vacauit, hoc est, possessorem nullum habuit, præterquam illos qui custodiæ
9 causa nomine pupilli ibidem erant. † Iam vero vt diximus, morte pupilli extincta fuit pupilli possessio: iacens enim hæreditas quamdiu adita non est, vacare dici-
10 tur[e]. † At vero vacantem possessionem qui occupat, neque vim, neque spolium vllum committit, etiamsi ab aliquo velut custode detineatur[f]; ita vt neque interdicto vnde vi, neque ex regula, spoliatum ante omnia restituendum esse, quicquam aduersus dictos coniuges statui possit[g]. Et hoc est quod ait Baldus, & nominatim in accepta hæreditate Decius, beatos esse qui sic perueniunt; ideoque etiam defendendos, præsertim accedente titulo, & tituli iustitia; & defectu iuris aduersariorum[h]. Quod ipsum in casu subiecto notorie & apparenter constat, ex eo, quod pupillus mortuus fuerit, quodque tunc mater in successione intestati proximum gradum obtinuerit, & nemo eam obti-
11 nere ignorare potuerit: † nam eo casu etiam in paritate probationum in interdicto possessorio obtinere debet is, qui titulum habet[l]. Neque hîc aliquid præiudicij adfertur ex allegato titulo aduersariorum: nam tutores nullum prætexêre possunt & capite tutelæ vt diximus: at nec cognati paterni, qui vt gradum consanguinitatis, ita quoq; iure & titulo in successio-
12 ne sunt remotiores[m]. † Qui quidem cognati si titulum substitutionis vel fideicommissi prætexant perinde probabili ac colorato

a l. 1. §. deijcere de vi & vi armat.
b Bart. in l. Si duo vti possidetis. Felin. & Decius in c. licet causam de probat.
c l. Cum heredes de acq. poss.
d l. in suis & ibi DD. de liber. & posth.
e In l. 1. in princ. nu. 20. de tutel & ration. distra.
f l. nisi finita. de tutel & ratio. distra.
g l. cum post mortem. de administrat. tutor.

a arg. §. item si. instit. de oblig. ex quasi contract.
b d. l. nisi finita de tutel. & ratio distra.
c l. Si tutor post pubertatem. de tutel. & ratio. distra.
d l. cum hæredes. l. 2. §. vacuam l. 3. §. 1. de acq. empt.
e gloss. in verb. ignorantiam. & ibi Bald. in l. fin. §. vnde vi.
f c. fin. de ordin. cognit. l. si quis ad se fundum §. ad leg. Iul. de vi publ. tot. tit. extra de restit. spoliat.
g glos. de verb. ignorantiam. Angel in l. fin. §. de edicto diui Adr.
h In c. in præsentia de probat.
i In d. l. fin. §. de edict. D. Adriani tollen. nu. 5.
k Innocent. in c. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propr.
l Bart. & Alex. in l. si duo vti possid. Iason in l. in potest. de acq. hered.
m l. auunculo §. communia de success.

rato titulo destituuntur, quod vterque controuersus sit, neque probetur aut superficialiter ostendatur per testamentum non vitiatum, non cancellatum, aut aliqua sui parte non suspectum [a]. Et fideicommissum sufficiens non est titulus qui impediat hæredis aditionem aut immissionem in bona hæreditaria [b]. Imo ad sui validitatem vel voluntariam, vel coactam hæredis aditionem, (ex qua causatur possessionis apprehensio) requirit [c]. Quod quidem in hac re animaduersione dignum est, tam in petitorio quam possessorio, si forte aduersarij ex pacto antenuptiali ius fideicommissi constituere volent, (cuius tamen probabilitas non est maior, quam pupillaris substitutionis) † quippe eo casu 13
matri proximæ hæredi ex capite pupilli compereret ius detrahendi non tantum quartam Trebellianicam, verum etiam legitimam vt communior habet opinio [d]; occasione cuius detractionis, & aditione, & rerum hæreditariarum occupatione omnino opus est. † Nam si fideicommis- 14
sarius propria authoritate fideicommissum occupat, cadit iure suo [e]. † Neque hu- 15
ius possessionis conditionem deteriorem facit illud quod dicti coniuges propria authoritate illam apprehenderint: nam etsi bonorum possessio magistratus interuentum postulet [f], aditio tamen hæreditatis nulla ratione illum postulat. Operatur enim titulus proximitatis, vt propria authoritate rerum hæreditariarum vacans possessio sine vitio vel violentiæ, vel clandestinitatis occupari possit [g], quam diu ab alio legitime, iusto titulo vel pro hærede aut possessore occupata nō est, quo solo casu authoritate superioris opus est [h]. † Quæ 16
quidem causa facultatis occupandæ possessionis propria authoritate facit, vt ingrediens possessionem non teneatur possessionem restituere ante discussam causam proprietatis [i]. Neque hoc casu etiam adhibita vis in perfringendis forte ostijs aut tabulis ad amissionem iuris ac dominij quicquam facit: vt etiam euenit in eo, qui rem commodatā vel depositam violenter aufert [k]. Vt ergo rem contrahamus, quia longiore discussione non eget, & ab alijs Doctoribus pro parte coniugum consultis exacte satis tractata est, eo tota recidit, vt neque in reprehensionem vocari debeat, neque reuocari hæc dictorum coniugum possessionis apprehensio, etsi de eorum iure obscurius liqueret. Porro cum nulla iniustitia possessionis argui possit, & ex sola tituli (quem dicti coniuges proponunt) allegatione aduersariorum ius reddatur controuersissimum, satis vltro sese offert resolutio postremæ quæstionis de iniusti-

a l. fin. C de edict. D. Adriani toll.
b In d. l. fin. & in l. filiam fratribus. ff. ad Trebell. Decius consil 218 in casu ad me nu. 2.
c l eam quam & ibi Doct. C de fideicommiss.
d Canonistæ in c. Raynutius de testa.
e l. 1. & ibi DD C. quorum legat gloss in l. Paulus ad Trebell.
f § fin. Instit de bonor. poss l. fin. C. qui admitt. 1.
g Decius in l. fin. nu. 4 & ibi alij C. de edict. D. Adrian. & conf. 191. num. 9. & conf 200. nu. 1. Bald in c. in præsentia de probat.
h Decius conf. 400. viso eleganti.
i Cepolla consil. 60. cons ssa facti specie.
k gloss in l. Si quis in tantam C. vnde vi.

tia præcepti Reuerendissimi Monasteriensis. † Possessio enim etiam ex colorato 17
tantum titulo acquisita nemini auferri debet sine causæ cognitione; & ne quidem à prædone [a]. Cum ergo prohibito vno, prohibita censeantur omnia per quæ ad prohibitum peruenitur [b], consequens est, vt non possit Reuerendissimus vel mandare præcisam restitutionem possessionis huius Castri, vel ea imperare quæ ad necessitatem restitutionis possidentem impellerent: vt est commeatus, accessus, ingressus prohibitio. Spectant etenim huiusmodi præcepta ad rei sequestrationem, à qua, altera parte possidente & inuita, incipiendum non est [c]; quia altero possidente, tantum periculum non est, ne ad arma perueniatur [d], propter possessionem; cum is possessionem suam tueri potest. Et si vllus metus ea in parte esset, non est magnopere curandus: quia non potest superior iuste interdicere possidenti ne armis suam pos-
18 sessionem tueatur [e]. † Ideoque etiam Paris de Puteo [f] tradit, quod si partes de possessione armis contendere incipiant, vel minentur, non imperandam esse statim desistentiam vel sequestrum, sed cognitionē summariam esse exhibendā vter possideat, eoq; cognito præceptum esse faciendū non possidenti, ne ingrediatur ante cognitam
19 causam principalem. † Et est hoc generale vt cū constat quis possideat, de præsenti ille manuteneatur in possessione; inhibitione alteri parti facta, ne interim accedat [g]. Ideo hoc præceptum præfati Reuerendissimi, quia nudū est & iustitiæ non consentaneum, prorsus nullum est, & effectu iuris caret [h]: & proinde etiam sine verecundia per dictū Reuerendiss. D. retractandum, præsertim quod ad importunā aduersario-
20 rum sollicitationem impetratum sit. † Fit enim plerumq;, vt in nonnullis causis etiā Imperator inuerecunda petentium inhiatione constringatur concedere quæ concedenda non sunt: sed tamen huiusmodi concessiones mandat lex pro nullis haberi; ne rescripto Principis aduersus formam legis aliquid introducatur [i]. Quod exemplum hac in re Reuerendiss. Monasteriensis tanquam pacis & iustitiæ cultor imitari non dedignabitur in hac causa; in qua sine operosiore aut ingeniosiore inuestigatione apparentissimum ius tam proprietatis, quam possessionis apud dictos coniuges residere statim deprehenditur. Sic vt nulla hîc sit causa, cur superior sese extraiudicialiter interponere debeat, & relicta ordinaria cognitione, ad ea remedia præcipitantius confugere, quorum nisi in rebus desperatis, & vbi dissipationis periculum imminet, nullus debet esse vsus [k].

a c. in litteris in fin de restitut spoliat. c. licet Episcopus de preb. lib. 6.
b l. apud antiquos C. de furtis.
c l. vnica C. de prohibita sequestrat. pecu.
d l æquissimū ff. de vsufru.
e Curtius senior cons. 60 sub finem
f In tractat. Syndicat. in verb. negligentior vers. Officiales videns vexantes.
g Canonistæ in c. licet communiter. de probat.
h C si contra ius vel vtilitatem public.
i l. 1. C de petit. bon. sublat. lib. 10.
k Bald. in l. fin. nu. 3. C. de edict. D. Adriani.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Restitutione pendente nihil nouandum. Captura personæ. Cessio actionis.

CONSILIVM XLVII.

IN causa ac lite, quæ coram insigni Magistratu Oppidi Antuerpiensis agitur inter Ioannem Tourrier contendentem; & M. Fridericum Studelinck Opponentem super relaxatione, & indemnitate apprehensionis dicti Ioannis ob rem iudicatam, validitatisque seu nullitatis eiusdem, videtur nobis subscriptis oppositionem prædicti M. Friderici bono iure niti; & contrariam conclusionem petitionemq; in qua Ioannes ad finem vsque perseuerauit, solidum iuris fundamentum non habere: Quod manifestum fiet, si causæ huiusmodi petitionis ac conclusionis excutiantur: in ea enim sunt conditione, quod quamuis plures pro parte Ioannis proponantur; nulla tamen sufficiat, vel ad nullitatem, vel ad iniquitatem dictæ apprehensionis inducendam. Sunt autem causæ propositæ hæ fere; primo, quod in præiudicium litispendentiæ apprehensio sit facta; secundo quod non seruato iuris & consuetudinis ordine, prius ad apprehensionem personæ processum sit, quam bona Ioannis in causam rei iudicatæ capta, & excussa fuerint; tertio, quod executio sententiæ suspensa fuerit; quarto & postremo, quod executio & prosecutio iudicati M. Friderico non competat. Quibus causis remotis, nihil est, quod vel ad nullitatem, vel inefficaciam dictæ apprehensionis proponi possit; nihil quoq; cur vel damni nomine Opponens condemnari debeat. † Equidem prima obiectio de litis pendentia probabilitatis aliquid primo aspectu habere videtur. Est enim iure constitutū, quod vt interposita & pendente appellatione à sententia, neq; sententiæ executio vrgenda, neq; aliquid nouandum vel attentandum est[a]; ita quoq; nec postulata restitutione in integrum[b]. † Postulatio enim restitutionis, vires & executionem sententiæ impedit & suspendit, donec super restitutione pronuntiatum erit[c]. Cum igitur Ioannes aduersus sententiam confirmatoriā latam in collegio Magistratus oppidi Antuerpiensis, per quam declaratum est, quod nisi pro parte Ioannis causæ pronuntiationis statim redderentur, sentētia prior (qua Ioannes condemnatus erat in summa quinquaginta quinq; librarum, sex solidorum, & octodecim denariorum Flandriæ cum expensis litis) sortiretur effectum, integri restitutionem impetrauerit, eo fine, vt adhuc posset causas prouocationis à priore sententia proponere; eaq; causa restitutionis terminata non sit, videri poterat frustra peti aut vrgeri per apprehensionem corporis, executio sententiæ, cuius effectus per appellationem suspensus est[d]. Verum facillima est euadendi hanc obiectionem occasio, & potissimum quidem ex eo, quod huiusmodi restitutionis impetratio restricta sit, ad eum solum finem, vt actori liceat prouocationis causas proponere intra septem dies ab exhibitione literarum impetratæ restitutionis. † Cum itaq; Actor exhibitis tantū ijsdem literis à prosequutione restitutionis destiterit, nec intra præscriptum diem causas prouocationis reddiderit, aut proposuerit, vt ipse fatetur: necessario sequitur, quod effectus quoq; restitutionis euanuerit; nec suspendēdi, nec impediendi executionem, vim aut potestatē ampli⁹ habuerit; nā quod ad, vel intra certum tempus cōceditur, aut permittitur, id censetur

1 [left margin beside "Equidem prima obiectio"]
2 [left margin beside "ne in integrum"]
3 [left margin beside "tratæ restitutionis"]

[a] l. 1. ff nih. noua. appell. interposita.
[b] l. vnica. C. in integ. restit. postul. ne quid noui fiat.
[c] c. suscitata de in integ. restit.
[d] l. tale pactum §. 1. & ibi gloss. de pactis l. si causa C. de transact.

censetur denegatum post lapsum tempus[a]. † Deinde ex euentu compertum est, exco- 4
gitata malitia, & ad differendam tantum euitandamque paratam executionem, postulatam esse hanc restitutionem seu releuamentum: ex eo quod impetratæ restitutionis formam non sit sequutus; hoc est, neque intra septem dies causas prouocationis proposuerit, neque præstiterit oblatum iuramentum, quod sententia confirmatoria ad eius notitiam serius peruenerit; nec etiam expensas retardati processus restituerit. huiusmodi enim formæ & modi, conditionalem quodammodo faciunt impetrationem; ita vt si per omnia non obseruentur, velut defecta conditione resoluatur, & euanescat ipsa impetratio[b]. Cum autem aduersus restitutionem in integrum aliqua est sinistra præsumptio, non debet impedire sententiæ executionem[c]. † Deinde illud quoque hanc 5
restitutionem integri inutilem, imo nullam facit, quod Actor illam tantum impetrauerit aduersus exclusionem à proponendis rationibus prouocationis, & minime aduersus sententiam confirmatoriam, cuius in supplice libello suo ne semel quidem meminit, vt licet colligere ex parte narratiua dictarum literarum restitutionis, sic vt quia aduersus sententiam non est restitutus, sententiæ quoque executio propter restitutionem in alio articulo impediri non debeat: non enim potest porrigi restitutio nisi aduersus id, quod specialiter petitur[d], & sublato vno impedimento obtinendæ plenæ restitutionis, non censetur alterum quoque sublatum[e]. † Quæ quidē 6
confirmatoriæ sententiæ commemoratio studiose ab Actore subticetur & suppressa est; ob id quod aduersus inferiorum Iudicum sententias restitutio, in integrum non facile impetretur, quamdiu vel appellationis, vel supplicationis, vel reformationis ordinaria remedia subsunt[f], ita vt obrependo, & verum subticendo inutiliter impetrauerit hanc restitutionem[g]. Quod autem dicta sententia sit diffinitiua & confirmatoria, non interlocutoria tantum ad excludendū Actorem à proponendis causis prouocationis, ex eo patet, quod per eā dictum & declaratum sit, quod nisi Actor tempore præscripto causas prouocationis proponeret, prior sententia effectum sortiretur. Quo etiam factum est, quod Actor ipse sententiam hanc confirmatoriam appellet, seseq; aduersus eandem sententiam restitutionem integri impetrasse dicat; licet falso: cum literæ restitutionis tantum meminerint de exclusione à proponendis causis prouocationis. Illud quoq; ad remouendam hāc per integri restitutionem impetratam suspicionem multum facit; quod ea impetrata sit aduersus Ægidium Sanuitorem, postquam is ius rei iudicatæ per cessionem à se in Simonem Gobbaert abdicasset; per quem Simonem Vlteriorem quoq; cessionem dicto Opponenti factam fuisse tempore impetrationis dictæ restitutionis sciuisse eundem Actorem constat. Relinquitur ergo nullam fuisse litis pendentiam, nullum quoq; esse attentatum aut nouatum vlla ratione reijciendum aut differendum in prædicta apprehensione pro dictæ sententiæ confirmatæ, & rei iudicatæ authoritatem atq; potestatem habentis
7 executione facta. † Secunda obiectio de non seruato ordine in executione iudicati secundum terminos iuris communis, multum obstare videtur. Nam quamuis debitor condemnatus, nisi bonis cedat, in carcerem detrudi possit[a]; non est tamen incipiendum à captura & apprehensione personæ, nisi præmissa excussione bonorum debitoris; vti communiore opinione receptū est[b]. Si enim non potest perueniri ad nominum excussionem in executione iudicati, nisi primum discussis & distractis mobilibus bonis, & immobilibus[c], multo min⁹ ad personam debitoris, nisi ea excussione
8 præmissa[d]. † Cæterum aliter in proposito dicendum esse etiam ex eo constat, quod hæc captura probata sit per decretum Dominorum Iudicum, quo antea Ioanne ex alio capite contendente ad relaxationem apprehensionis declaratum est, Ioannem nondum relaxandum esse: Inde enim aperta significatio validæ apprehensionis, ac potestatis incipiendi ab apprehensione facta est. Nec mirum; cum velut generalis consuetudo sit in his regionibus, vt in executione iudicati indistincte, vel à captura personæ, vel captione rerum incipi possit. Tanta enim vis tribuitur sententijs Decurionum ac Scabinorum; quasi scilicet ea sit conditio litis contestationis, vt ad carceres etiam se obligare censeatur, qui in con-
9 demnatione erit. † Et sic quemadmodum qui ex contractu se ad carceres obligauit, carcerari ante excussionem bonorū potest; ita quoq; qui condemnationem per huiusmodi iudicium sententiā patitur. Vnde ex sententia Pauli de Castro[e] tradit Carolus Molinæus[f], vsum inualuisse, vt liceat hoc casu bona, & personam etiā simul capere. Quod adeo verum est, vt nec relaxari debeat condemnat⁹, nisi realiter & cū effectu soluat; sic vt satisdationē tantū offerens nō
10 audiretur[g]. † Cū itaq; in oppido Antuerpiensi hic vsus & consuetudo frequentetur, subsistendū est: cū nihil sit quod ad improbandā hanc consuetudinem faciat; quia rationi & naturali æquitati nō repugnat. Vsque

Left margin notes:
a l. si vnus. § 1. de pact. Tiraquell. de transact. §. 1. gloss. 1. nu. 44.
b Felin. in c. cum dilecta. num. 6. de rescript.
c d. c. suscitata.
d Rebuff. ad constit. regias. tit. de constit. art. 1 gloss. vlt. num. 1. & seq.
e l. si non lex. & ibi Ioan. de Imol. & alij de hered. instituen.
f l. in causæ. de minor. Ioannes Mauritius in tractat. restit. ca. 34.
g c. super literis. de rescript.

Right margin notes:
a l. 1. C. Qui bonis cedere poss.
b gloss. in l. 3. § tutores de susp. tutor. Bart. Bal. in d. l. 1. Roma. consil. 241. Spectabiles Domini nu. 7. Alciat. consil. 139. circa primū dubium. nu. 9. vol. 2. Anania. consil. 21. videtur 1. num. 6.
c l. à D. Pio. § in venditione de re iudic.
d Marian. Soci. in tract. De citat. art. 20. nu. 61.
e in l. 4. §. 1. nu. 5. de re iudic.
f Ad dictum consil. Alexan. 139.
g Castrens. consil. 472. in causa captura. nu. 3. in fin.

que adeo, vt etiã plerisq; [a] magis probetur illa sententia, quod etiam ex iure communi in libera voluntate victoris sit, vtrum condemnatum ex personali actione, vltro non offerentem solutionem, aut bonorum cessionem pro executione iudicati apprehendi faciat, an bona excutiat. Sed nihil hic necesse est eam sententiam astruere, quando de communi vsu in contrarium Dominis Iudicibus constat, & per exhibitum inuentarium de bonis Ioannis, suspectæ factæ sint facultates ipsius: ob quam suspicionem semper permissa est apprehensio personæ debitoris [b]. † Subsequens obiectio de suspensione executionis, minus negotij habet: nam collocat illam Ioannes in decreto, quo propter nouam petitionem & actionem Ioannis aduersus AEgidium propositam, suspensa fuit sententiæ prius latæ executio. Quæ quidem suspensio per subsequentia decreta, præsertim illud, quod postea latum est, reuocata fuit; prout facile reuocari possunt omnia decreta vim definitiuæ sententiæ non habentia [c]. † Et certe in proposito iustissima reuocandi, imo necessaria erat causa, non tantum quod ex euentu deprehensum sit friuolam fuisse dicti Ioannis de nouo propositam actionem; verum etiam quod per eam prompta & parata rei iudicatæ executio differri aut suspendi non debeat; præsertim quod non per modum compensationis [d], sed nouæ actionis sit proposita; & opposita executioni per modum compensationis, nocitura non erat: quia illiquida erat; cum rei iudicatæ liquidæ executio per illiquidam compensationem nunquam differri debeat [e]. Præterea tollitur omnis suspensionis huius potestas, quod per subsequentem sententiam confirmatoriam, liquidior facta sit rei iudicatæ executio; speciali etiam decreto permissa: sic quod de suspensione proposita, obiectio omnino sit inepta ac friuola.

† In postrema obiectione pressius pedem figit Ioannes Tourrier ex eo, quod prædicta sententia tam prior quam confirmatoria lata sit inter AEgidium Actorem, & præfatum Ioannem Reum: vt euidenter iniquum videatur, quod alij prosit iudicati actio, quam pro quo iudicatum existit. Non enim patitur ratio, vt quod alicui debetur, alius exigat [f]; cum de suo non alieno iure quemque agere oporteat [g].

† Sed hac consideratione non obstante dicimus M. Friderico competijsse ius persequendi dicti nominis executionem; etsi eadem sententia in ipsius personam concepta non sit, nec is antea obligatum habuerit præfatum Ioannem: commentitio enim seu positiuo iure introductum est, vt quibus ex proprio contractu non competit aduersus aliquem actio, per cessionem veri creditoris, nullo negotio cum debitore interueniente, aduersus debitorem acquiratur & competat [a]; † & non tantum actio nunquam in iudicio deducta, verum etiam quæ per sententiam Iudicis diffinita est; ideoque etiam ius sententiæ & actio iudicati, itemque ius ipsum executiuum cedi potest, & cessum cessionario acquiritur ac competit [b]; ita vt eodem iure executionis vti possit cessionarius aduersus condẽnatũ; cum etiam cedi possit ius alterum propria authoritate apprehendendi, aut manũ inijciendi [c]; & non tantum cedi potest ius seu actio ex proprio contractu siue negotio cedentis competens, verum etiam ius ex cessione acquisitum alteri vlterius cedi potest, & cessionarij cessionarius constitui [d]. Iam vero per exhibita instrumenta constat præfatum AEgidium cessisse, & transportasse Simeoni Gobaert suo creditori in causam soluti, prædictum ius ex dicta sententia acquisitum; constat quoque eundẽ Simeonem, deinde huiusmodi ius, & actionem mandasse præfato M. Friderico tanquam suo procuratori, & tandem idem ius, & actionem cessisse atque transportasse, seu potius recognouisse, quod antea paulo post cessionem sibi per AEgidium factam sine instrumento verbaliter cesserat M. Friderico, constituendo eundem procuratorem in rem suam ad exercitium huiusmodi actionis & paratæ executionis; indeque factum, vt virtute huiusmodi cessionis M. Fridericus non tantum vtilem, verum etiam directam actionem habuerit ad dictum ius aduersus Ioannem Tourrier persequendum [e]. † Neque facit in contrarium quod à multis traditum sit [f], potestatem personaliter apprehẽdendi cuicunque creditori ex statuto vel consuetudine permissam per cessionem actionis non transferri in cessionarium: nam id tantum obtinere potest, cum simpliciter actio ex contractu, vel quasi competens ceditur; secus si ipsum ius executiuum, seu ius sententiæ condemnatoriæ cedatur: hoc enim casu propter potestatem exequendi cessam, censetur quoq; concessa potestas apprehendendi, alioqui cessio inutilis esset; & sic cũ ius sententiæ & executionis hic cessum sit, merito potuit ad capturam procedi: quia illa ex vsu & consuetudine est exequendi forma. Quamuis interim dissimulandum non sit, non paucos [g], in contraria opinione esse, quod ex simplicis actionis, quæ in iudiciũ nondũ deducta est cessione, etiã ius apprehensionis personæ competat, quoties ex statuto consuetudine, aut cõtractu guarẽtigiato potestas apprehẽdendi debitorẽ creditori

Margin notes (left column): a Ioan. de Imol. in d. §. in venditione in fin. Bal. in l. cum & filij. nu. 4. C. Qui bonis ceder. Fel. in c. quod ad consultationem. nu. 11. d. sentent. & re iudic. — b l. ait Prætor § si d. bi. tenm. & ibi Bart. & alij. De his quæ in fraud. credit. — c l. quod iussit. d. re iud. — d Felin. in c. fuborta nu. 2 de sent. & re iudic. — e l vlt. C. de compens. — f l. soluendo d. negot. gest. g l. vt frui. si vsusfr. petat.

Margin numbers (left column): 11 (at "Subsequens obiectio"), 12 (at "Et certe"), 13 (at "In postrema"), 14 (at "Sed hac consideratione").

Margin notes (right column): a ff. & C. de hered. vel actio. vend. — b l. in indicio. & ibi Od. fredus. famil. herc. f. Salyc. in l. vlt. §. fin. aut. m. C. de bon. author. Iud. possid. Bald in l. ex legato in fin. C. de lega. gloss. in l. 1. C. de contrah. iudic. tut. — c l. Imperator. Qui sine manumiss. ad liber. peruen. Tiraquel. de retract. §. 26. gloss. 3. nu. 14. — d l. 1. §. de illo. l. ex asse. ad Trebel. Bart. in l. Modestinus. de solution. Tiraquel. d. gloss 3. nu. 5. — e l. vlt. C. Quando Fiscus. vel Priuat. gloss. & DD. in l. 1. C. de oblig. & actio. — f Bald in l. per diuersas. num. 14. C. Mand. Alex. cons. 95. visis processibus. nu. 10. vol. 2. Hypol de Marsil. singul. 26. — g Bart. in l. 1. nu. 22 de oblig. & act. Bald in d. l. ex legato nu. 14. Lud Romana consil. 142. Quod cessionarius.

Margin numbers (right column): 15 (at "ratur & competat"), 16 (at "Tourrier persequendum").

creditori conceditur, vt ius paratæ exe-
cutionis perinde transferatur in cessiona-
rium[a]. Qui enim in locum alterius succe-
dit, eodem iure vti debet[b]. † Sed nec il- 17
lud obstat, quod Ioannes obijcit inutilem
esse cessionem Simoni factam; ob id quod
AEgidius illam prius cesserit VVilhel-
mo fratri suo; & pro iure receptum sit vti-
lem actionem, quæ per cedentem in ces-
sionarium translata est, alteri contra eun-
dem debitorem cedi non posse[c]: nam in-
primis de ea cessione non constat, nisi
quod proferatur quædam priuata scriptu-
ra sic factæ cessionis, quæ procul dubio
falsa aut simulata est: nam non obscure id
colligi potest ex data dictæ priuatæ scri-
pturæ, quæ est de vicesima quinta Decem-
bris, quo die celebrantur natalitia Chri-
sti; vt non sit verosimile ob tantæ diei
celebritatem hunc contractum cessionis
interpositum fuisse. Deinde ex anno idem
deprehenditur, nam annus 1557. inscri-
ptus est, & dies vicesimus quintus De-
cembris, quo tempore nondum lata erat
sententia, quæ postea lata fuit sexta Apri-
lis stylo Brabantiæ, & sic necessario post
25. diem Decembris anno 1557. ita vt
non satis suis temporibus emiserit hæc
Ioannes. Quod si dicatur in illa cessione
contineri, non esse cessionem sententiæ,&
rei iudicatæ, sed actionis tantum, nihil
obstabit: ob id quod non obstante ea ces-
sione AEgidius egerat contra Ioannem,
& agendo eum conuicerit, sententiamque
condemnatoriam obtinuerit; prout de iu-
re facere potest cedens, quamdiu cessio-
narius ipse litem contestatus aduersus de-
bitorem, aut partem debiti ab eo conse-
quutus non est, vel debitori denunciaue-
rit, ne cedenti soluat[d]: quorum nullum
hic interuenit ante litem per AEgidium
motam, imo nec ante sententiam condem-
natoriam obtentam; licet serius & frustra,
excitante eum (vti omnino præsumen-
dum est) Ioanne diu post latam sententiam
confirmatoriam, & pendente quæstione
super hac apprehensione, denunciationem
fecerit non Ioanni, ne solueret, sed Simo-
ni, & Friderico ne ex sua cessione aduer-
sus Ioannem agerent. Quod ad priorem
cessionarium impediendum satis non est;
propria enim cessionarij diligentia in pro-
sequendo & exigendo requiritur, non pro-
hibitio, vt alius agat. † Quamuis inte- 18
rim ex dictæ denunciationis ac prohibi-
tionis instrumento prædicta excusatio de
cessione tantum debiti & actionis ante
sententiam omnino confutatur, ob id,
quod in eo instrumento VVilhelmus di-
cat sibi à fratre cessam esse sententiam,
quam AEgidius contra Ioannem obti-
nuerat, quod notorie falsum est, quia tunc
nondum lata erat sententia, nec cedi po-
terat quæ nondum in rerum natura erat[a].
Sic quod ob hanc falsitatis machinatio-
nem animi Dominorum Iudicum aduer-
sus Ioannem inclinare debeant; idque ob
id potissimum, quod AEgidius pro parte
Ioannis interrogatus declarauerit, se non
cessisse M. Friderico (quod verum est, nec
pro parte Friderici hic contrarium propo-
situm est) sed cuidam suo creditori: licet
enim non nominet, Simonem tamen in-
telligit, cum de eius credito per senten-
tiam liqueat, & de credito VVilhelmi
19 nulla ratione in hac causa constiterit. †
Præterea vt vere facta sit hæc cessio; ta-
men simulata & in fraudem facta videtur,
tam ex coniunctione personæ, quæ fratri
facta est[b]; quam ex eo, quod non constet
eam per VVilhelmum acceptatam fuisse;
cum præsenti facta non fuerit; vt ex dicta
priuata Scriptura constat. Est autem in-
dubitatum, quod absenti non possit fieri
cessio actionum[c], sic saltem vt non acqui-
ratur ante cessionem acceptatam per eum,
vel alium eius nomine. Vnde dicit Bal-
dus[d], quod cessio, quatenus est quædam
traditio, vt ex ea ius irreuocabile statim
acquiratur, non potest fieri absenti, nisi
20 interueniente nuntio vel epistola. † Et
sic cum Ioannes non doceat VVilhel-
mum eam non acceptasse; & ex aduerso
constet AEgidium illam exercuisse, &
sibi retinuisse, nulla est præsumptio fa-
ctæ alienationis[e]; & serior sit acceptatio
VVilhelmi, quatenus illa declarata dici
posset per prædictam denunciationem &
prohibitionem: quia iam tunc irreuocabi-
le ius Simoni, & per hunc M. Friderico
acquisitum erat: ita vt in concursu potior
esse debeat M. Fridericus, cui priori tra-
ditio facta est; hoc est datum mandatum
in rem propriam, & traditum instrumen-
tum sententiæ[f]. Et nouissime quemad-
modum Ioannes AEgidio agenti obijce-
re non posset cessionem alteri factam[g]: ita
quoque nec ei, qui ex quacunque AEgidij
cessione ex eiusdem delicti causa agit. Sic
quod omnibus diligenter expensis arbi-
tremur prætactam Ioannis petitionem esse
reijciendam, & secundum Magistrum Fri-
dericum super dicta captura, apprehensio-
ne, & rei iudicatæ executione iudican-
dum.

SVMMA-

a Bald. d. num. 14.
b l. emptor. & ibi Bald. C. de heredit. vel act. vendit. l. qui in ius de reg. iur.
c Bart. & Iason. in l. non quocumque §. qui Caium de legat. 1.
d l. 3. C. de nouat.

a gloss. in l. 1. §. cum prædium. de pignor. Ias. cons. 134. in instrumento. vol. 4.
b l. non solū in princip. & ibi Bart. de ritu nupt.
c Bald. in d. l. per diuersas. nu. 18.
d in d. l. ex legato nu. 14. C. de legat.
e l. & qui sub imagine. C. de distract. pign.
f l. quoties. C. de rei vend.
g l. 3. C. de nouat.

SVMMARIVM.

Attentorum reuocatio.

1. *Attentatorum iudicium non pertinet ad facta ante litem institutam.*
2\.12. *Attentatorum iudicium ad futura non pertinet.*
3. *Tractus futuri temporis ad iudicem non pertinet.*
4. *Litis pendentia vnde inducatur.*
5. *Colonus Domino possessionem acquirit & conseruat.*
6. *Attentare non dicitur qui possessionem continuat.*
7. *In dubio pro possessore iudicandum.*
8. *Possessio ciuilis facile ad se trahit naturalem.*
9. *Officium iudicis cessat terminato iudicio.*
10. *Officium iudicis lata sententia cessat in accessorijs.*
11. *Attentatorum reuocatio in omni parte iudicij peti potest.*
13. *Attentata quæ reuocentur post sententiam.*
14. *Appellatio in dubio admittenda potius quam reijcienda.*

CONSILIVM XLVIII.

IN causa attentatorum quæ in Amplissima Curia feudali Ducatus Brabantiæ pendet inter Domicellos Ioannem, & Simonem Beluen Impetrantes, ac supplicantes: & Dominos Ioannem Brempt, Adolphum van Frentz, ac alios eorum litis consortes Opponentes, videtur nobis subscriptis, quod postulatio Impetrantium iuri non sit consentanea; ideoque super ea in fauorem Impetrantium, vel in præiudicium Opponentium nihil in hoc rerum statu decerni possit. Quod quidem bona diligentia, & accurate à Domino Aduocato causæ, cum deductum sit, longioris tractationis ac deductionis ansæ nobis relictæ non sunt. Compendio itaque huius controuersi articuli præcipua capita perstringemus. Et principio quidem hoc in animaduersione ponendum est, suspectam ab initio fuisse postulationem Impetrantium in hac curia propositam, ad quam nullæ apertæ literæ pro ordinaria plenaque cognitione supplicantibus concessæ sunt, quamuis tamen petitæ; sed tantum clausæ, velut annotatione & postilla solum data ad supplicem libellum; per quam communicatorius tantum, non plenus & ordinarius processus institui potuit; & multo minus decreto ad vtilitatem supplicantium res definiri [a]. Ita vt quoniam in hac causa à supplice libello, eiusq; conclusione totus processus communicatorius ac summarius dependeat, definiendi, decidendique articulum attentatorum nulla videatur esse occasio; sed tantum quæstio, an literæ apertæ, quas solas petierunt supplicantes, ad reuocationem attentatorum eis concedendæ sint. Quod quoniam sic in disputatione admissum est, recepta Opponentium rescriptione, supplicantium replica, & Opponentium duplica, latius quoque auditis & examinatis partibus ex officio, vt res fines ac terminos supplicis libelli egressa videatur, non tantum ad auertendum literas apertas, sed ad demonstrandum attentatorum reuocationem per viam seu modum attentati, extraordinaria via, summariaque cognitione Opponentibus non incumbere laborabimus. †

1 Illud manifestum est, promptum illud, & expeditum, atque summarium attentatorum remedium ad ea quæ gesta sunt ante litem contestatam non pertinere [a]: quia vt attentata reuocentur per viam & modum attentati summaria cognitione, nulla disquisitione iuris, quod attentans forte prætexit [b], sed de plano, & sine ordinario libello, ex puro ac mero officio Iudicis duo requiruntur litem vel appellationem pen-

2 dere, & ea pendente attentatum esse [c]. † Vti etiam acta seu attentata post finitam litem, siue per sententiam, siue per desertionem [d], eo modo non reuocantur, aut retractantur, sed opus est, noua & formali petitione ac cognitione ordinaria, quam non assumit is, qui appellationis aut litis peractæ fuit Iudex, sed ordinarius loci, ad quem in prima aditione ac instantia causa ordinarie deferri deberet, si nulla vel sequente vel præcedente lite quis vel vim vel spolium, vel turbationem in re sua seu possessione eius passus esset [e]. In huiusmodi enim restitutorijs ac præcisis mandatis ex præsenti statu rem metiri oportet, non ex præterito aut futuro, seu ante vel post facto. Vsque adeo, vt si qui vi, aut clam fecit, vltro id sustulerit interdicto seu mandato, propter quod prius fa-

a l. nec quicquam §. vbi decretum de offic. proconf.

a Paulus Parif. conf. 172. in causa illorum nu. 12. vol. 4.
b Alex. conf. 99. visis processibus. nu 9 vol 5.
c Clem. 2. vt lite pendent. & ibi Ioan. de Imol. num 4.
d Guid. Pap. consil 69. pro declaratione num. 1.
e Ioan Monach. in c. cupientes. nu. 153 de electio. in 6.

ctum fuit, vrgeri non possit[a], & nouo facto nouum adhibendum est remedium seu mandatum[b]. Atque hinc est, quod qui egit vicino non esse ius tignum immissum habere, nisi de futura quoque immissione non egerit, aut sibi cauerit, noua actione id persequi debeat[c]. † Tractus enim fu- 3
turi temporis ad Iudicem non pertinet[d]: neque sub vna interpellatione aut iudicio continentur, quæ postea emergunt, & eueniunt[e], ne iudicium in pendenti sit quoad ea, quæ postea euentura sunt[f]. Et vt ad futura non pertinent; ita quoque nec ad præterita, si iudicio nominatim incluso non sint, nec in eo de illis specialiter actum est: sic quod attentatorum hoc summarium iudicium his angustijs conclusum, vt ad futura, ita quoque ad præterita extendi non possit. Quæ cum ita sint, consequens est in proposita lite, quod cum petitio repositionis seu reuocationis attentati non pertineat ad aliquod factum, quod factum dicitur pendente lite manutenentiæ, inter prætactas partes, sed ante illam institutam reuocatio attentati decerni aut impetrari non possit, sed noua ac formali petitione opus sit, vel coram Scabinis seu feudalibus de Lommertzem, vel nouo possessorio iudicio, siue retinendæ, siue recuperandæ aut redintegrandæ possessionis, cum plena & ordinaria causæ cognitione. Anterius autem esse hoc Opponentium factum, quod supplicantes pro attentato assumunt, demonstrat tenor libelli supplicis pro impetrandis literis attentatorum huic Curiæ exhibiti; in quo hoc tantum commemorant, quod in executione literarum manutenentiæ de facto, & per viam attentati exposuerint colonum supplicantium imposito in eo, alio quodam Nicolao, qui durante iudicio manutenentiæ in possessione coloniæ de Sneppenheim permanserit. † Vt enim lis pendere dicatur ad in- 4
ducendum hoc summarium & expeditum iudicium attentatorum, non sufficit citationem à Iudice decretam esse, sed oportet eam aduersus partem executioni mandatam esse[g]. Et vt indulgeatur eorum opinioni, qui existimant per solam impetrationem citationis aut mandati ac interdicti induci litis pendentiam quoad ipsum Impetrantem[h], adhuc anterius dici deberet hoc Opponentium factum; quod per se, vti supplicantes prætendunt, hic inspici & considerari non debet; cum per se non stet, sed sit consecutiuum alterius antecedentis facti, quod ad attentati conditionem non trahitur: videlicet, quod Opponentes non tempore citationis, seu executionis manutenentiæ, imo nec impetrati interdicti, sed aliquot mensibus ante peruenerint ad possessionem huius coloniæ, obtento reliuio & inuestitura eiusdem, & postea per continuationem vnius ex veteribus colonis, & locationem pro parte alteri colono nouo, vno ex veteribus omis-
5 so factum. † Ita vt cum per colonum apprehendatur, acquiratur, exerceatur, & continuetur possessio[a], exinde seu ex illo die possessio realis Opponentibus acquisi-
6 ta dici debeat[b] † In cuius consequentiam si colonus supplicantium à fundo seu colonia decessit, nihil attentatum dici potest: quia tam præcisa non est faciendi aliquid post motam litem prohibitio, quin possessori liceat suam possessionem (præsertim vt in hac lite accidit) quæ neque violenta, neque precaria, neque clancularia redarguitur, continuare, nec sic continuando dicitur attentare[c]: quia est consecutiuum ad primarium & precedentem statum rei ac possessionis, quæ liti non præiudicat[d]. Vt merito remedium hoc attentatorum dari non debeat ad accessoria eorum quæ sunt gesta & acta ante litem[e]; etiamsi indubitate verum esset, quod Nicolaus metu executionis literarum manutenentiæ decessisset, & coloniam deseruisset; de quo tamen hic euidenter non constat. Nec ad rem facit quod supplicantes quoque instrumenta proferant reliuij, & locationis eiusdem coloniæ, quæ ijsdem die-
7 bus facta dicuntur. † Nam principio non constat de anterioritate temporis in ijsdem diebus, & dum liquido non constat, præsumendum est pro Opponentibus, qui in hac causa Rei sunt; ideoque maiorem fauorem in discutienda obscuritate merentur[f]: & præterea reales & actuales possessores, pro quibus in dubio & paritate causæ, semper res decidenda[g]. Hoc enim ipso quod possessores sunt, plus iuris habent, quam qui non possident[h]. Quod nominatim tradunt Doctores in concursu duorum instrumentorum, de quorum prioritate dubitatur[i]: Ita vt cum in proposito manifeste constet Opponentes tempore illius litis manutenentiæ inchoatæ possedisse, & adhuc possidere; supplicantibus nihil ante hanc supplicationem contradicentibus, neque in iudicio manutenentiæ interdictum duplicantibus (vti poterant[k]) nullum attentatum hîc constitui possit:
8 † neque posterioritas temporis in possessione per Opponentes apprehensa, apud quos viua etiam Domina Christina Rolanxvverdt vsufructuaria horum bonorum possessio ciuilis erat, quæ per vim quandam attractiuam facillime ad se trahit naturalem, aut saltem ad naturalem apertiorem viam facit[l]: præsertim propter verba transactionis inter Dominam Christi-

a l. is qui in puteum §. quod ait prætor. Quod vi aut clam.
b gloss. & Doctor. in l. 1. in princip. de ventr. inspic.
c Legi. l. harum si seruit. vindic.
d Doct. in l. 1. de vsuris.
e l. non potest de iudic.
f l. non quemadmodum de iudic.
g d. clem. 2. vt lite pendente. Guido Pape decis. 488. Ioach. Mynsinger. cent. 4. obser. 28.
h Innocent. in c. ex conquestione de restitut. spoliator. Bonifacius de vitalinis in d. clement. 2 nu. 49.

a l. 3. §. falsus. l. qui vniuersas §. quod per colonum. l. si id quod §. & per colonos de acquir. possess.
b l. generaliter. de acquir. possess.
c Bal. in c. an sit de appella. Ioan. Monach. in c. cupientes. nu. 137. de elect. gloss. in c. non solum. de appell. lib. 6.
d Ioan. Imol. in d. clem. 2. a nu. 2.
e Paul. Paris. d. consil. 172. nu. 12.
f l. fauorabiliores de reg. iur. c. cum sunt. eod. tit. lib. 6.
g l. in pari. de reg. iur.
h l. in sta ff. vti possidetis.
i gloss. Bart. & alij. in l. vlt. C. de edict. Diui Hadria. toll. gloss. in l. 1. § 1. de bono. possessio. secundum tab. & ibi Bart.
k l. 1. § sed si inter. vti possidetis.
l Canonistæ in c. potuit. de locat. Paul. Paris. d. cons. 172.

Christinam & Opponentes factæ. Sic quod omni possessione Dominæ Christinæ per eius mortem extincta, & ad supplicantes eius hæredes minime transmissa (vt generaliter possessio defuncti in hæredem non transmittitur)[a], maior sit præsumptio prioritatis in Opponentibus, in quibus non est possessionis noua per omnia acquisitio (qualem acquirere debebant supplicantes) quam possessio tantum naturalis; scilicet ad præexistentem ciuilem. Quæ etiam causa procul dubio est, cur Supplicantes in iudicio manutenentiæ interdictum non duplicauerint, & se aduersus turbationem aliquam per Opponentes factam manuteneri non petierint; petita tantum declaratione actionis per Opponentes in eo iudicio male intentatæ; sic in effectu vltro, & non conniuentibus, sed apertis oculis desistendo à sua possessione, si quam habuerunt, per acquiescentiam & taciturnitatem quoad possessionem Opponentium; sic enim amitti etiam acquisitam possessionem, dubium non est[b]. † Concesso quoque quod factum hoc discessus coloni Supplicantium propter executionem manutenentiæ contigerit, & in eo verum attentatum constitui posset; nihilo tamen fundatiores erunt Supplicantes in petita hac executiua, & summaria attentati reuocatione: ob id quod serius nunc petatur post pertractam litem manutenentiæ (in cuius præiudicium attentatum dicitur) decisam ac terminatam. Terminato enim cuiusque rei principali iudicio per sententiam, cessat officium Iudicis, quod durante illa lite exerceri ac impertiri poterat[c]. Vnde est quod summaria calumniæ correctio, quæ officio Iudicis expeditur, peti non possit, postquam de causa iudicatum est[d]. † Et hoc est quod dicitur, officium Iudicis, quo solo reuocantur attentata[e]; in accessorijs lata definitiua cessare[f]. † Et nominatim traditur in hoc iudicio summario attentatorum, quod quamuis peti possit in quacunque parte litis, priusquam feratur sententia[g]: peti tamen non possit post sententiam latam; quam vt attentatorum reuocatio per viam attentati ante litem institutam nulla est, cum attentatum hoc sensu sine lite non intelligatur[h]: ita quoque nec post litem finitam; quia tunc attentati consideratio cessat. † Vsque adeo vt multorum[i] opinione comprobatum, & iudicio auditorij Rotæ Romanæ[k], ac sacri Concilij Neapolitani[l] cõfirmatum sit, vt si ante conclusionem in causa, & potissimum in litis principio attentatum sit, huiusmodi attentatum per viam attentati summariam reuocari non possit, etiam ante sententiam, si in causa

a l. cum heredes de acquir. poss.

b l. 3. §. in amittenda de acquir. poss.

c l. terminato C. de fruct. & lit. expens.

d l. 1. C. de calumniatorib.

e Bart. in l. chyrographis. §. ab eo de administr. tutor. Canonist. in d. cle. 2. Ioan. Monach. in d. c. cupientes.

f l. 4 & ibi Bald & Sali. C. de poss.

g gloss. d. c. non solum. Bald. in l. appellatione. C. de appell.

h d clem. 2.

i Specul. in tit. de appell. § penult. vers. sed pone Archid. in d. c. non solum. Guido Pap cons. 4. nu. 5. & cons. 124. nu 3. Didac. Couarr. practic. lib. 1. cap. 23. nu. 2.

k Decis. 4. alias est tit. vt lite pendente attentata in nouis.

l Antonius Capycius decis. 72. in causa Notarij.

conclusum sit, & post conclusionem causæ, petatur attentatorum huiusmodi expedita reuocatio: quasi scilicet conclusio præcludat viam attentatorum, & is aduersus quem antea attentatum est, tacendo, ac ad vlteriora in principali causa nulla petitione reuocationis attentatorum proposita, procedẽdo, censeatur extraordinariæ viæ ex officio Iudicis competenti, renunciasse[a]; sic vt ad illam postea recurrere non possit, relicta tantum potestate iudicij ordinarij post discussam ac terminatam causam principalem[b]. Et sic attentata ortum habent ex principio litis, & finem in litis terminatione, eorumque exercitium quoad reuocationem his terminis includitur, & in lite pendente non proposita attentatorum reuocatio, eo iure & cum priuilegio summarij processus, non admissa cognitione aut disquisitione iustitiæ attentati postea proponi non possit[c]. † Quibus nihil repugnat, quod etiam lata sententia ad restitutionem officio iudicis vrgeri possit, qui sententia succubuit[d]. Nam id simpliciter verum non est, quoad attentata & innouata lite pendente, sed obtinet quoad attentata in præiudicium appellationis; si Iudex prioris sententiæ non obstante appellatione suam sententiam exequatur: æquũ enim & bonum est reuocata sententia ei, qui priori sententiæ parere per Iudicem compulsus est, & nunc meliorem sententiam meruit, omnia restitui, quæ necessitate sententiæ prioris præstitit[e]: quia illud directe est in ore & potestate sententiæ retractatoriæ; quod dici non potest quoad alia attentata, quæ sententiæ non cohærent, & in verbis aut virtute verborum, sententiæ non includuntur; prout hic contigit. Nam in prædicta sententia manutenentiæ nihil reuocatur, nihil irritatur, nihil denique per sententiam alterutri partium adiudicatur; sed tantum declarantur nunc Opponentes in eo iudicio male egisse, ob allegatam turbationem; nimirum quia factum turbationis de cæsis per supplicantes arboribus in colonia contentiosa, (quod erat medium concludendi in illa lite) non fuerit probatum; & satis constiterit id factum fuisse per præfatam D. Christinam durante eius vsufructu. Sic quod Opponentibus illa sententia pro iustificando attentato, & coloranda reuocationis petitione male objiciatur, in qua nihil super possessione vnius vel alterius partis definitum est. Relinquitur ergo nihil esse in hac causa, quod per viam attentati reuocari vel debeat, vel possit; præsertim concurrente iustitia, quæ stat pro Opponentibus in causa principali, tam possessoria, quam petitoria. Quod quia quan-

a Guido Pap. d cons. 124. nu. 3.

b Guido Pap. d consil. 4. num. 3. & singular. 609. circa materiam.

c Rot. d. decis. 17. & 318. Nota quod attentata in antiq.

d l. cum ex causa. de appellat.

e d. l. cum ex causa. d. l. chyrographis. § ab eo & ibi Bart.

quantum ad rem præsentem attinet, satis luculenter & exacte per D. Aduocatum causæ in exhibitis scripturis deductum est, neque ad auertendam petitionem attentati necessarium est, latius non prosequimur. Et quoniam Supplicantes duplici via rem aggressi sunt, partim hîc per viam attentati; partim in loco de Lommertzom petita executione sententiæ manutenentiæ per immissionem in bona; merito ab Opponentibus decreto immissionis Scabinorum seu feudalium loci de Lommertzom ad hanc Curiam prouocatum fuit: ita vt improbabilis plane sit oppositio supplicantium, dum conantur auertere admissionem huiusmodi appellationis, & eam in hoc subsequutum iudicium attentatorum conuertere, eique accumulare: cum alia atque alia sit vtriusque causa, & alius in vtraque petendi modus. Nam recuperandæ possessionis est, quod in hac curia per viam attentatorum propositum est; illud vero possessionis magis adipiscendæ seu retinendæ ex sententia manutenentiæ; illud summarium, hoc ordinarium cum cognitione causæ: vt merito propter diuersitatem commisceri non debeant; vti per D. Aduocatum causæ satis luculenter dedu-
14 ctum est. † Cum itaque in dubio, multo magis in re aperta semper decerni debeat appellationem recipiendam esse potius, quam reijciendam[a]; nulla est ratio cur literas appellatorias Curia decernere non debeat: præsertim quod hæc via plenioris ordinariæque cognitionis, de iure possessionis, occasionem sine iniuria partium subministret.

a *gloss. in l. præterea restituere, & ibi Ang. de rei vendic. Castr. & Iason. in l. 1. si quis cautionib. Alcia. in c. 1. nu. 116. de offic. ordin.*

SVMMARIVM.

Attentatorum iudicium.

1. *Fluuius seu riuus priuatus est in libera voluntate & potestate Domini fundi.*
2. *Seruitus decursus aquæ à superiore inferiori fundo constitui potest.*
3. 15. *Aquæ decursum superior qui seruitutem debet, impedire non potest.*
4. *Aquæ ius quomodo acquiratur.*
5. *Aquæ ducendæ causa interdicta dari.*
6. *Feudalis causa prorogationem iudicij ex consensu admittit.*
7. *Feudalis causa cognitionem an habeat Iudex Ordinarius.*
8. *Exemplis licet iudicandum non sit, exempla tamen Iudicem mouere possunt.*
9. *Sententia contra defunctum lata nocet hæredi.*
10. *Testimonia illi præiudicant cui nocet sententia in causa lata.*
11. *Testium multitudo in possessorio prodest.*
12. *Seruitutis discontinua possessio non facile interrumpitur.*
13. 19. 28. *Consuetudo antiqua inspicienda in aquarum decursu & vsu.*
14. *Turbare an dicatur qui iudicio contendit.*
16. *Riparum reparatio impediri non potest.*
17. 22. *Ripas etiam in alterius fundo quis reficere potest.*
18. *Fons refici & purgari potest per eum cuius interest.*
20. *Opus in suo facere non licet ad æmulationem & inuidiam alterius.*
21. *Aemulatio iure improbatur.*
23. *Attentati priuilegium non habet qui ipse attentauit.*
24. *Attentata non sunt quæ non tangunt causam principalem.*
25. *Attentare non dicitur qui continuat suã possessionem.*
26. *In suo quilibet facere potest quod sibi prodest, etiamsi alij noceat.*
27. *Precibus obtinendum non est quod quis suo iure facere potest.*
29. *Testes quibus imperari potest non sunt idonei.*
30. *Decimarum termini non sunt semper ijdem qui Dominiorum seu Iurisdictionum.*
31. *Pisces etiam ex stagno nostro elapsi occupanti conceduntur.*

CONSILIVM XLIX.

De re vt in aspectu apparet admodum parua, graues eæque, recrudescente contentione, plures exortæ, & in Amplissimo Concilio Brabantiæ peractæ sunt lites; inter Reuerendum Dominum Commendatorem Baliuiæ de Confluentia Ordinis B. Mariæ Hierosolymitanæ Teuthonicorum originalem Impetrantem; & generosum Dominum Guilielmum ab Harff, Dominum in Hurdt Opponentem: de & super vsu Riuuli seu fluuioli qui sub Dominio de Lechenich principaliter ortus,

tus, per proxime subiectum præfati Oppo-
nentis Dominium de Hurdt, deinde ad
dicti Impetrantis Dominium de Mulhem
profluit, ac post per ciuitatem Colonien-
sem se in Rhenum exonerat. Parua qui-
dem respectu dicti Opponentis, quippe cui
nihil damni contingere possit, si postula-
tis Impetrantis acquiescat; sed maxima in
comparatione commodi aut damni quod
ex vsu liberioris concessionis vel denega-
tionis dicto Impetranti contingere potest.
Sed ne in horum processuum ac litium
multitudine, coniuncta communi, & con-
fusa omnium tractatione, obscuritas oria-
tur, sed ex separata singulorum discussione
res apertius percipiatur, causarum separa-
tione facta, eo quo natæ sunt ordine, pri-
mum de ijs in quibus Impetrans Actoris
partes sustinet, hoc est de prima eaq; prin-
cipali, & ex qua sequentes successiuè natæ
sunt, possessoria ex interdicto retinendi seu
manutenentiæ; & deinde coniuncta tra-
ctatione de ea quæ secunda est super atten-
tatis per partem Opponentem in præiudi-
cium dictæ possessoriæ principalis causæ,
agere & in illarum merita inquirere in hac
consultatione constituimus. † In qua qui- 1
dem principali iudicij possessorij lite exi-
stimamus bono iure niti dicti D. Impe-
trantis intentionem, qua sustinet se ma-
nutenendum esse in possessione iuris &
seruitutis illius, quod Opponens tanquã
Dominus de Hurdt, singulis septimanis
viginti quatuor horis à duodecima hora
mane die Sabbathi, vsque in horam duo-
decimam diei sequentis Dominicæ, pati,
& præstare debeat liberum decursum a-
quæ dicti Riuuli ad Dominium de Mul-
hem, vt illo liberius tunc vti possit. Etsi
enim de flumine, seu riuo priuato liceat
cuicunque, per cuius fundum fluit, quam
diu in & sub eo est, facere quod vult, cum-
que pro suo vsu, vt lubet retinere [a], aut quo
lubet ad irrigationem aut aliud eius com-
modum ducere & deriuare, etiam cum
damno inferioris, si nihil in eius fundum
vel ædificium immittatur [b]; cum & quam-
diu intra fines sui fundi continetur, ipsius
sit [c]; ita etiam vt venas fontis, vnde oritur
riuus, Domino fundi incidere liceat, et-
iamsi per hoc aqua desinat peruenire ad vi-
cinum inferiorem; quasi quilibet fundo
suo aut quacunq; alia re vti possit vt vult [d],
nec quisquam cogi possit vt vicino pro-
sit [e]: † restringitur tamen ea potestas si infe- 2
rior aduersus superiorem seruitutem ha-
beat, per quam constringatur, vel semper,
vel certis temporibus permittere liberum
decursum fluminis seu riui ad inferiorem
locum vicinum [f]; sic vt quis proprio iure
plus aduersus superiorem consequi & ha-

a l. 1. § ijdem aitit de aqua pluu. arcend.
b l. Sicut. §. Aristo. si seru. vindic. l. fluminum. § fin l. proculus de dãno infecto.
c l. Aquam C. de seruit. & aqua.
d l. Si in meo ff. de aqua pluuia arcen.
e l vicinus. de aqua pluuia arcen.
f l 2. §. item Varus de aqua pluu. arcen.

bere possit, quam iure communi seu iure
3 gentium ei alioqui competeret [a]: † ita vt
aqua seu fluuius, in quo alias inferior ha-
bet ius aliquod, non possit contra illud ius
quoquomodo à superiori vsurpari retinen-
do, deprimendo, vel auertendo à solito
4 & consueto cursu [b]. † Ideoque receptum
est ius & seruitutem aquæ ducendæ ex flu-
uio seu riuo, etiam qua parte in alterius
fundo est, constitui & acquiri posse, vel
perpetuum, vel temporibus aut mensuris
diuisum [c]. Acquiri, inquam, non tantum
testamento vel pacto, sed etiam vsu & lon-
5 ga possessione seu consuetudine [d]. † Quod
quidem ius ex veteri more ac obseruatio-
ne seu consuetudine quæsitum longe po-
tentius est eo, quod pacto priuatorum cõ-
stitutum est [e]. Cuius quidem generis ius
seu seruitus, si negetur vel impediatur, non
tantum vindicari seu iudicio petitorio pe-
ti potest [f]: verum etiam interdicto seu iu-
dicio possessorio [g], quod prohibitorium &
restitutorium est [h], ad conseruationẽ pos-
sessionis huiusmodi iuris seu seruitutis, in
quo nec de titulo ac iure constituto serui-
tutis, nec de longa aut immemoriali pos-
sessione doceri necesse est; sed sufficit præ-
sentem seu præsentis anni, in quo impedi-
mentum seu turbatio fit, possessionem do-
cere [i]. Quæ cum ita iure constituta sint,
consequens esse putamus ex parte dicti D.
Impetrantis rectè in hac causa actum esse
ad manutenentiam possessionis supradicti
iuris seu seruitutis, quam Impetrans con-
tendit se tanquam Dominum in Sheren-
Mulhem, aduersus Opponentem tanquam
Dominum vicini & superioris pagi de
Heurdt habere in supratacto riuulo per
eundem pagum de Heurdt ad pagum
de SherenMulhem naturaliter fluente.
Quamuis enim Opponens omnia, quæ
per Impetrantem allegata ad fundandam
hanc actionem idonea, & efficacia esse vi-
det, negauerit, & quidem etiam illud
quod Opponens sit Dominus de Sheren-
Mulhem; quod olim RicheMulhem nun-
cupatum fuit: ea tamen exstat partis Im-
petrantis probatio, quæ sufficere debeat
non tantum ad obtinendum in hoc iudi-
cio possessorio, verum etiam in petitorio,
si eo actum esset. Nam in primis de posses-
sione vicini & proxime ac immediate ad-
iacentis fundi dominantis; hoc est Domi-
nij temporalis de SherenMulhem, item
viuariorum, pratorum, ac molendini, ad
quorum vtilitatem prætenditur hæc serui-
tus liberi decursus aquæ dicti riui per di-
ctum spacium viginti quatur horarum cõ-
stat; tum per antiquissimum instrumen-
tum acquisiti Dominij ac molendini cum
suis pertinentijs in annis Domini millesi-
mo

a l. Simanifeste C. de seruit. & aqua vide Franc. Marcu. decis. delphinalt 189. 193 & sequent. parte 1.
b l. Imperatores ff. de seruit. rustic. pred.
c l. 2 & ibi Bald. & Salic. C. de leg. Aquil. Iason cons. 150. quod opus in princ. vol. 2.
d l. Cum constet de aqua quotid.
e d l. Simanifeste. l. hoc iure § ductus aquæ de aqua quotid. & æstiua. l. vsum. l. diligenter C. de aquæ duct. lib. 11.
f Cepolla in tract. de serui. rustic. prædio. tit. de aqua ductu post princip. Iason d. cons. 150. num. 2.
g l. Si quis diuturno in princip. & §. 1. si seruit. vind. cet.
h tit. ff. de flum. de riuis, de fonte, de aqua quotid. & æstiua.
i l. 1. in princ. ff. de aqua quotid. & æstiu.
k l. 1. §. Aristo. de aqua quotid. & æstiu.

mo ducentesimo quinquagesimo sexto, & sexagesimo pro parte Impetrantis exhibitum; tum per recordia subditorũ de Mulhem, partim recentia, partim ante annos plures confecta; ex quibus constat subditos dicti Dominij de Mulhem hanc Impetrantis possessionem agnoscere; quod etiam rei euidentia demonstrat. Constat quoque de huius iuris & seruitutis quasi possessione, tum per testimonia ex tredecim testibus in hac causa recepta, quæ pro maiore parte hoc continent, quod Dominus de SherenMulhem vltra hominum memoriam sit in hac possessione liberi decursus dicti riuuli ex Dominio de Heurdt per illas viginti quatuor horas; idq; cum ea facultate, quod durantibus ijsdem viginti quatuor horis, per septa, catractas, seu alia instrumenta eandem decurrentem aquam sub suo Dominio de Mulhem coercere & retinere possit, etiam cum damno eorum qui inferius collocati sunt: ita quod ijsdem horis aduersus Dominũ de Heurdt seruitutem, aduersus inferiores omnimodam libertatem habeat. Quibus testimonijs adiuncta illa testimonia, quæ dicta & recepta sunt in alia priore simili lite, quæ in anno Domini 1540. acta & peracta fuit coram Illustrissimo ac Reuerẽdissimo Archiepiscopo Coloniensi inter Commendatorem dictæ Baliuiæ pro tempore, ac Dominam Gertrudem de Gymnich socrum præfati Opponentis tanquam viduam de Heurdt, & legitimam tutricem; quæ eo tempore simili modo quo nunc Opponens contra prætactam seruitutem liberi decursus per viginti quatuor horas Dominum de SherenMulhem turbauerat; rem indubitatam efficiunt: sunt enim euidentissima testimonia, & quidem talium testium, qui pro maxima parte, ad ætatem quinquaginta, sexaginta, septuaginta, imo etiam octoginta annorum & vltra peruenerant: quibus præsertim in rebus, quæ antiquitate constat, in his quæ partim ipsi per tam longum vitæ decursum viderunt; partim à maioribus suis audiuerunt, plenissima fides est habenda[a]. Et tanto quidem magis, quod ex huiusmodi testimonijs sententia diffinitiua per dictum Archiepiscopum seu eius Coadiutorem 27. Iulij, anno 1541. lata sit; per quam declaratum est Dominum Commendatorem, vt Dominum in SherenMulhem esse in possessione prætacti liberi decursus, & vsus per viginti quatuor horas, eumque in huiusmodi possessione indebite per dictam viduam fuisse turbatum; dicta vidua condemnata ad restitutionem huiusmodi possessionis, & ad præstandam patientiam huiusmodi seruitutis per dictas viginti quatuor horas in futurum. Sic quod in effectu per illam sententiam decisa sit præsentis quoque litis controuersia, quæ ex eadem causa, & de eadem omnino re est, ideoque de allegata possessione Domini Impetrantis nulla sit iusta dubitatio, nec causa cur iterum in contro-
6 uersiam & disputationem trahi possit. † Oppugnat Opponens hæc testimonia, & latam ex illis sententiam ex incompetentia iurisdictionis: quasi scilicet ad iurisdictionem Archiepiscopi non pertineat Dominium de Hurdt, quod iure feudi à Dominio de Valkenborch moueri dicitur; ideoque nec de iure illius, aut riuuli vel aquarius dicere potuerit, & dicta sententia ipso iure effectum nullum habeat[a]; nec testimoniorum quæ in iudicio nullo dicta sunt, vlla sit potestas[b]. Verum huius Oppugnationis vis tanta non est, vt inde effectus dictæ sententiæ aut saltem prædictorum testimoniorum penitus eneruari possit. Nam quæ ex incompetentia iurisdictionis constituitur nullitatis causa, vera non est. Etsi enim de feudo & feudalibus bonis iurisdictio, seu iuris dicendi potestas ad eum pertineat, seu ad illius curiam à quo hæc bona iure feudi habentur ac mouentur[c]: nihil tamen vetat quin ex consensu partium etiam ad alium, huiusmodi feudalis quæstio deferri possit[d]: vt ad Reuerendissimum Archiepiscopum delata, & coram eo seu eius Commissarijs pertractata fuit. Præsertim quod idem Archiepiscopus vtriusque Dominij tam de Hurdt, quam de Mulhem Iudex Ecclesiasticus Ordinarius sit; ideoque si non in exercitio, saltem in habitu habeat etiam hanc iurisdictionem, quæ ex consensu litigantium facillime excitari, & ad actum perduci potest. Ideoq; tradit Panormitanus[f], quod sententia super feudo lata per Ordinarium etiam non interueniente scientia Domini
7 feudi, teneat & effectum sortiatur. † Et quamuis hoc apud plerosq; controuersum admodum sit; plerisq; existimantibus prorogandæ iurisdictionis in feudo nullum esse potestatẽ[g], minus tamen dubitatur, si non de iure & proprietate feudi, sed de illius possessione tantum, siue retinenda, siue recuperanda agatur; quasi scilicet illa, vt à feudo seu proprietate feudi est separata[h], ita quoque Domino feudi in exercitio iurisdictionis propria non sit; ideoque de illa Ordinarius cognoscere possit[i]; & per consequens recte deferri potuerit ad Archiepiscopum Coloniensem Ordinarium loci cognitiò huius causæ, quæ tota fuit possessoria; & eadem ratione ac in ijsdem terminis possessoria, qua est hæc de qua nunc agitur: & quidem eodem exemplo; nam si idem in petitorio quod in pos-

sessorio

a c. quoties in verb accepisse à maioribus c. licet ex quadam & vtrobique gloss. & Doct. de testib.

a l. vlt. & penult. C. si à non compet. iudic.
b Doct. in l. fin C. de testib. c. at si clerici, & ibi Doct. de iud.
c c. ex transmissa de iud. c. 1. de controuers. feudi apud pares termin.
d gloss. in c. Imperialem §. penult. de prohib. alien. per Frederic.
e Doct. in c. Cæterum de iudicijs.
f In d. c. Cæterum.
g Felin. in d. c. Cæterum Curtius in tract. de feudo parte 7. nu. 19.
h l. naturaliter §. nihil commune. de acquirend. possess.
i gloss. in d. c. Cæterum.

sessorio constituendum esset; non posset hæc possessoria causa agi in hoc Ampliss. Concilio, quod ordinariam iurisdictionē habet in Brabantia, & Brabantiæ annexis ditionib[9], sed agenda esset in Curia feudali Brabantiæ corā paribus Curiæ. Proinde hanc considerationem remouere non potest cōmunior Interpretū sententia, quod perinde feudi possessoria, vt petitoria causa ad Dominū feudi pertineat[a]; cū eam non seruet hoc Ampliss. Concilium, promiscue vtens iurisdictione in causis possessorijs etiā de rebus feudalibus. Et communior illa opinio indubitate locū non habet, quoties non de possessione ipsius feudi, aut possessione illius, quod causæ proprietatis feudi adminiculatur & illam ampliat, agitur; sed de possessione illius iuris, quod ab ipso feudo alienum & separatum est[b]; vt est in proposito, in quo nulla est controuersia vel de iure vel de possessione Dominij de Hurdt, quod Opponens contendit esse feudū Brabanticum; sed tantum de quasi possessione seruitutis in riuulo, qui per dictum Dominium de Hurdt fluit: quæ seruitus & illius possessio stare potest, stante per omnia pro Opponēte & iure feudi, & possessione Dominij de Hurt. Sic quod nō possit prætacta sentētia argui vitio nullitatis, velut ab incōpetente Iudice lata: quæ ideo in hac causa debet parere exceptionē rei iudicatæ, aut saltem aliquale præiudiciū & exemplū rei iudicatæ in hac causa, quæ per omnia illi similis est iudicāda. † Etsi. n. nec exēplis sit 8
iudicandū[c], nec in possessorio iudicio prosit sententia super præterita turbatione, & ideo ob sequentē nouo remedio possessorio opus sit[d]: hoc tamen ex sentētia in possessorio lata commodi refertur, quod is pro quo lata est sententia probabiliorem, verisimilioremq; causā habeat, ex patrocinio præcedentis possessionis, quam declarat huiusmodi sententia in possessorio lata. † Nec hac 9
in parte nocet quod ea sentētia non contra Opponentē, sed contra eius socrū D. Gertrudē Gymnich tunc in possessione Dominij de Hurdt existentem, fuerit lata: nam cū Opponens per eius vxorem sit factus hæres dictæ D. Gertrudis & successor in eodem Dominio de Hurdt, debet ei hæc res iudicata nocere[e]; præsertim quod eadem Gertrudis filiæ suæ tūc legitima fuerit tutrix[f], & huiusmodi causæ iusta defensione adfuerit: ita quod sententia etiam in præiudiciū pupillæ ipso iure teneat, nec rescindi possit nisi per beneficium restitutionis in integrum[g], quod Opponens ex capite suæ vxoris ob minorem illius ætatē aduersus hanc sententiam nunquam impetrauit, nec nunc post diutissime lapsa restitutionis tempora, petere vel obtinere posset[h]. Non potest igitur iusta ratione auerti hæc sententia tanquam res inter alios acta[a]; cum iuris repræsentatione per dictam successionem Opponens per suam vxorem & nunc per eius filiū sit hæres dictæ Gertrudis, & sic eadem cū illa persona[b], cuius factum præstare & sustinere debet[c].
10 † Quibus autē rationibus Opponenti obstare dicimus prætactam contra dictam D. Gertrudem latam sententiā iisdem quoque existimamus ei nocere in illo velut compromissario iudicio recepta testimonia. Cui enim nocet lata sententia, ei quoq; nocere debent testimonia ex quibus illa lata est[d]. Quæ testimonia nullitatis vitio non laborant ex incompetentia Iudicis seu iudicij; cum supra satis demonstratū sit Reuerendiss. Archiepisc. Coloniensem competentē iudicem huiusmodi causæ cōstitutū fuisse inter hos quibus iurisdictioni ordinariæ nō tantum Ecclesiasticæ, sed etiam sæculari ex loco domicilij subiecti erant; vtpote in ditione & diœcesi Colon. residentes: notorium enim est Archiepisc. Colon. in sua diœcesi vtramq; iurisdictionē obtinere. Sed nec inter alios, & in alio iudicio recepta min[9] fidei habere debent[e], cum personarum diuersitas hic considerabilis nō sit, propter prædictā identitatem, quam facit repræsentatio personæ ex ratione successionis[f]. Cum alioqui testimonia eadem de re inter alias etiam personas recepta, noceāt & præiudicent alijs, si non ad plenā, saltem ad semiplenam probationē: idq; indubitate tunc cum testes, qui in alio iudicio recepti sunt, mortui quoq; sunt tēpore alterius sequentis litis, nec repeti possunt: vt eleganter tradit Bartolus[g], quē in eo pleriq; omnes sequuntur[h]. Cuius semiplenæ probationis effectus in proposito hic erit, quod tanto magis hic credendū sit testibus, quos Impetrans in hac causa produxit; quatenus deponendo asserunt hoc ius liberi decursus huius riuuli prædictū spacium 24. horarum sine impedimento D. de Hurdt Impetrāti competere; eoq; illum & eius prædecessores vltra immemoriale tēpus vsos semper fuisse: quasi per hos priores, aucto eorū numero, & constituta præsentis huiusmodi possessionis maiore probabilitate, ex præcedente, quā illi priores testes annis ab hinc pluribus quā 30. apud prædecessores suos tunc fuisse deposuerunt. Qui enim semel possedisse probatus est, adhuc de præsenti possidere præsumitur quamdiu
11 contrarium non probatur[i]. † Proinde ex tanto testium sic coniunctorum numero, & accessione rei iudicatæ, satis subuertuntur contraria eorū testiū, quos Opponens produxit, testimonia, qui pro parte velut in vnum sermonem conspirātes, dicunt Opponentē in possessione esse liberi vsus dicti riuuli, etiā cum potestate illum retinēdi per septa & cataractas sine discrimine dierū, & perinde

Left margin notes:
a late Curtius in d. part. 7. nu. 40. & seq.
b Felin. in d. c. cæterum nu. 14. Curtius d. part. 7. nu. 23.
c l. nemo C. de sentent. & interlo. omnium iudic.
d Paulus de Castro in l. qui perdenti nu. 3 de acq. poss.
e l. Exceptio. de except. l. cum à matre C. de rei vindic.
f Auth. matri & auiæ C quan. do mul. tut. off. fung. poss.
g l. cum & minores C. Si aduersus rem iudic.
h l. vlt. C. de tempor. resti tut. in integ.

Right margin notes:
a l. 1. & seq. C. res inter alios acta l. 1 & 2. C. quibus res iud. non nocet.
b l. vlt. in fin. C. de imp. subs. & alijs subst. l hæredi de reg. iur.
c d. l. vlt. d. l. cum à matre & c. causam quæ 1. & ibi Felin. nu. 26. de testib.
e c. inter dilectos. §. porro. de fid. instrum.
f d. l. hæredem.
g l. Admonendi ff. de iureiur.
h Felin. & alij in c. pen. de re iud. & in c. causam quæ primo. num. 19. de testib. Alexand. in l. 7. de re iudic.
i Doctores in l. fine possidentis. C. de probat.

perinde die Sabathi ac Dominico illis 24. horis vt alijs quibuscunq;. Nam vincuntur & superãtur maiore illo numero, & presentium & præteritorũ testium per Impetrantem & eius prædecessores productorũ. In possessorio autẽ iudicio, presertim retinendi, is obtinere debet qui per plures testes possessionẽ suã probauerit[a]: presertim si aduersæ partis testes siue pauciores, siue plures, siue pares in numero omni exceptione non sint maiores: vt sane nõ sunt quos Opponens in hac causa produxit, qui quatenus de hac contraria possessione deponunt ad vnum oẽs sunt incolæ de Hurdt, Dominio & imperio Opponentis subiecti: quib' ob id, quia Opponens eis imperare potest, ad commodũ illius in testimoniũ sic produci nõ possunt; quin prorsus suspectũ sit eorum tanquam à partialibus personis dictũ testimoniũ[b]. Cum testes per Impetrantẽ producti pro maxima parte Impetrãti subiecti non sint, & sic minime suspecti: & ad probãdã Impetrantis possessionẽ, vel ad minuendũ illius ius, non sufficiat si aliquãdo ignorante, & non contradicente Impetrante seu eius prædecessorib' in Dominio de Hurdt, etiam illis 24. horis retenta fuerit aqua: † 12 nam cũ discontinuã causam habeat hæc seruitus[c], continuũ vsum non requirit; ideoq; intermitti potest, & intermissa nõ ius ipsũ, imo nec possessionẽ interimit, nisi tã diu sit intermissa, vt inde colligi & inferri possit, non vtendo amissã esse seruitutẽ: quod dici non potest, nisi per longissimum tempus; & quidẽ duplicatum illius quod ad præscriptionem requiritur[d]. Sufficit enim facultas vtendi cum vsu, quamuis interpolato; vt & quotidiana aqua recte dicitur, quæ intermissione temporis etiã diuisa est, qua tamẽ quis quotidie vti possit, etiamsi non vtatur, si modo aliquando vel vna die, vel nocte vtatur[e]. Stat præterea pro testimonijs Impetrantis causæ maior probabilitas, ex qua procul dubio originẽ trahit hæc quã Impetrans asserit seruitus; quæ scil. huius riuuli caput, hoc est vnde primũ emergit & nascitur[f], sit in proprio fundo dicti Impetrãtis, seu suæ Cõmendatoriæ: vt euidenter constat ex charta seu topographia pro parte Impetrãtis in præsentia DD. Commissariorũ confecta; atq; itẽ ex testimonijs Impetrantis, ex quib' deprehẽditur duas præcipuas scaturigines seu fontes huius riuuli oriri in silua Impetrantis; sine quibus huius riuuli vsus exiguus Opponenti in Dominio de Hurdt futurus esset, etiamsi accessione aliquot scaturiginum sub Dominio de Hurdt augeatur. Ita quod durũ (& vt rescripsit D. Claudi' Imperator[g]) crudelitati proximũ sit ex prædijs Impetrãtis ortũ aquæ agmẽ, ad aliorũ vicinorum vsum cũ iniuria illius propagari, & impediri quo minus secundũ statuta & consuetudines, seu obseruatiõnẽ profluat, si nõ semper; certis tamen temporibus ad commoditatẽ subiectorum agrorũ dicti Impetrantis, ex cuius fontib' aqua
13 originem potissimũ trahit. † Quæ consuetudo & antiqua obseruatio in aquis perennibus, & earũ decursu in cõsideratione habẽda est[a]: quia fortius esse censetur eo quod competit ex pactis priuatorũ[b]; & ob id qui in situ loci superior est, non debet contra antiquã consuetudinẽ aquam retinere[c]; cũ hac in re si vsquam alibi, veterẽ formam & antiquũ morẽ seruare & retinere oporteat. Proinde in concursu horũ omniũ satis probata videtur D. Impetrantis allegata possessio; quod alterũ extremum est in iudicio
14 turbatæ & retinendæ possessionis. † Sane quod ad alterum extremũ attinet, quod ex parte Rei, seu hoc iudicio manutenentiæ conuenti requiritur, turbatio sc. partis aduersæ, operosius laborandum non est: ideo quod manifesta sit Opponentis confessio[f], non illius tantũ, quod septa, retinacula, & cataractas ad retentionẽ aquæ, ad inferiora ex hoc riuulo decurrentis fecerit, seu vetustate detrita refecerit, (quod sane iure suo aliquaten' facere potuit[g]) sed quod eo fine fecerit, vt etiam per illas 24. horas pro suo lubitu aquã auertet, & quidẽ eo anno quo Impetrans hoc iudicium instituit, cũ aperta professione, quod eo anno aquã hanc per illas 24. horas retinuerit, ex quibus de actu turbatiuo manifeste apparet. Quæ turbatio intenditur per hoc quod Opponens in hac lite non tantũ neget allegatam Impetrãtis possessionem; verum etiã contendat & concludat ad cõtrariam possessionẽ liberi vsus riuuli huius, seu aquæ illius sine temporum & horarum discrimine. In interdicto autẽ retinendæ, seu iudicio manutenentiæ ad illud contra turbantem fundãdum, sufficit qualiscunq; turbatio; non tantum quæ facti est, & facto aliquo externo explicatur, verum etiam qualiscumq; verbalis contradictio, aduersus alterius possessionẽ, præsertim, illa quam Reus facit in iudicio[h]; & potissimum non tantum contradicendo & negando Actoris allegatam possessionem; sed ex aduerso etiam asserendo se contrario modo possidere[i]: prout Opponẽs præfracte in hac causa facit. Proinde ex cõcursu duorum extremorum quæ in hoc iudicio requiruntur, possessionis scilicet ipsius Impetrantis, & turbationis Opponentis, satis videtur fundata intentio Impetrantis ad obtinendũ conclusionem pro ipsius par-
15 te in hac causa manutenentiæ propositam † Vti etiã bene fundata est in iudicio attentatorum quod Impetrans huic iudicio subiunxit & adiunxit; ex eo quod Opponens instituta & pendẽte hac lite, quo Impetrãti restrictorẽm faceret vsum huius aquæ, in extre-

a l. ob carmen § fin. de testi Bald in l. Ordinarij nu. 10. C. de rei vendic. c. in nostra de testib & ibi Panorm. in 1. notab.

b l. idonei. de testib.

c l. Si sic constituta. ff. quemadmodum seruit. amitta.

d d. l. Si sic constituta.

e l. 1. § quod autem. de aqua quotid. & æstiu.

f l. 1. § Caput de aqua quotid & æstiu.

g In l. Præses. C de seruit. & aqua.

a l. 1. § Sunt qui putant vers. oportet. & ibi gloss. ff. ne quid in flumin. publ. Paulus Paris. consil 129. in fin. vol. 4.

b Bald. in tit. de pace Constant. in verb. saluo iure aquæ.

c Iason in l. quo minus. de flu.

d l Si manifeste C. de seruit. & aqua. Steph. Bertrand. consil. 377. viso processu vol. 6. nu. 8. 9. & 10.

e l. 1. in prin. l. Si duo §. hoc interdictum ff vti possid. t.

g Bald. in l. Item lapilli nu. 10. de rerum diuisione. Calcaneus consil. 51. 53. & 54.

h Lapus allegat. 65.

i Bald in l. Ordinarij C. de rei vendic. Bertrand: consil 11. ex processu. nu. 3 vol. 7.

extremo fine Dominij sui de Hurdt, dictũ riuulum perfoderit, & aquæ impetu perruptum per Impetrantẽ seu illius homines refici non sit passus: apposito etiã velut territorij loco patibulo, & alijs signis interminantibus omnib' ijs, qui perfossum seu perruptũ locum reficere tentarent pœnam & supplicium; quo ipso turbatio illa possessionis seruitutis illius 24. horarũ sic aucta & ampliata fuit, vt præscissa fuerit Impetranti omnis spes obtinẽdi aliquẽ vsum aquæ durantibus illis 24. horis, etiam illum, quem inuidia Opponentis Impetranti quouis tẽpore intercipere & denegare non poterat, redundãte aqua vltra omnia septa, & cataractas; propterea quod defluens aqua per hunc perfossum & perruptum locũ, derelicto solito & naturali suo alueo, ad aliã partem fluere ceperit per inferiores adiacẽtes agros: ita quod nullo tempore, manẽte hac huius deflux' forma, ad molendinũ Impetrantis peruenire potuerit; vt ex insequenti tempore apparuit, quo per totum bienniũ hoc molendinũ aquæ huius defluxu destitutũ molere nõ potuit: vt testes pleriq; per Impetrantẽ producti clare deponũt. Quod sane factũ pro attẽtato, & innouato in præiudiciũ huius litis merito accipi debet: nã interea quã de libero decursu per 24. illas horas in iudicio disputatur, non debet omnis aquæ vsus, Impetrãti sic praripi, vt nec illis, nec alijs horis vel temporibus nullus esset. Pars etenim illi' liberi vsus, per illas 24. horas, non potest non esse veteris aluei integritas, & pristinus status; sine quo inutilis futur' esset liber decursus, qui permissus ab Opponẽte in superiorib' locis, sublatis omnibus septis & cataractis, in extremo fine Dominij de Hurdt alio defluente aqua, iterum subtraheretur, præsertim per hoc quod Opponens perfossa seu perrupta loca refici non sit passus. Negat quidẽ Opponens perfossionem; sed perruptionem ex imbribus, ac redundantia aquarum; itẽ denegationem seu impedimẽtum refectionis satis confitetur, contendens Impetranti seu eius hominibus irrequisito seu non consentiente ipso, non esse ius reficiendi aggerem aluei, seu riuuli intra fines Dominij & territorij de Hurdt. Cæterum sufficiens extat probatio dictæ perfossionis nõ tantum ex testimonijs aliquot testiũ, quos Impetrans in hac causa manutenentiæ & attentatorũ produxit; verũ etiam ex depositionib' eorum quos in hac eadẽ causa Opponens produxit. Quin imo propius aduertendo deprehenditur quoq; eiusdẽ Opponentis hac de re aperta confessio; qua cõfitetur perfossionẽ esse factam in anno 64. sed addita ea restrictione quod per ipsum nõ sit facta, sed per executorem seu ostiarum huius Curiæ, ad instantiã procuratoris generalis vigore apertarum literarum huius Curiæ. Verum de ea perfossione principaliter hic non agitur, sed de alia antecedente, quæ facta fuit in Martio dicti anni 64 stylo Romano; vt deprehenditur ex apostillata supplicatione Impetrãtis in hac attentati causa exhibita: cũ perfossio per Executorem facta, sequuta sit in mense Iulio eodem an. 64. (vt constat ex prætactis apertis literis, & relatione Executoris illis annexa) quamuis quoq; ea perfossio nõ extenuet sed augeat hoc attẽtatũ; quod sub colore executionis excusari aut palliari non potest; tum quod hoc factũ Iudicis, sit factum partis, ad cuius instantiã id factum est; Opponentis nimirũ, qui procuratorem generalem excitauit, cuiusque Villicus seu Schultetus executori perfodienti assistentiã exhibuit, vt cõtinet prætacta executoris relatio; tũ quod executor id faciendo ad instantiã Opponentis assistente ei dicto Schulteto, excesserit officiũ suum, & limites sui mandati contẽti in dictis apertis literis Impetrantis non aduersus Impetrantem, cuius nulla in eis fit mẽtio, sed aduersus Magistratũ Coloniensem, ad finẽ cassationis cuiusdã sententiæ contra Opponentem in Camera Spirensi latæ, & eorum quæ inde sequuta fuerũt: quæ ob id aduersus Impetrantem effectum aliquẽ habere non debebant [a]; nec sub earũ prætextu poterat in præiudiciũ Impetrantis huiusmodi perfossio fieri; ideo quod illa non sola Coloniensib' nocere poterat, sed proxime nocebat Impetranti, cui pẽr defluentem ex hac perfossione aquam, primo loco vsus aquæ huius riuuli omnimodo prœripiebatur; quod Executori vt non mandatum, ita nec permissum fuit [b]. Sed etsi non constaret Opponentem hanc perfossionem fecisse, & defluentis ac circumfluẽtis aquæ causam fuisse perruptionẽ aggeris seu ripæ dicti riuuli per abundantiam aquarum ex imbribus, (vt Opponens dicit) indubitate tamen constat Opponentem non tantum non permisisse, sed etiam vetuisse ne Impetrans seu alius eius nomine perruptum seu perfossum locũ repararet, reficeret, vel obstrueret; appositis signis & indicijs prædictis, terroris seu comminationis pœnæ aduersus reficientes: quod ipsum pro attentato & innouato in præiudiciũ litis pendentis, & ad graue Impetrantis damnũ referẽdum est.
16 † Nã vt nemini permissum est, non tantum in ripis nauigabilium sed etiã non nauigabiliũ, & priuatorũ fluminum quicquam facere quo aquam alio, quã oportet, defluat, aut à suo solito & consueto cursu diuertatur [c], aut flumen seu riuus exarescat, aut cursus aquæ impediatur; & sic nec aggeres riparum rumpere [d]: ita nec prohi-

a l. 1. & 2. C. Res inter alios acta.

b l. diligenter ff mandati.

c l. 1. C. de lege Aquil.

d l. 1. C. de nili agge. lib. 9. Boerius cons. 14. nu- nequam nu. 19.

bere ne ripam vicinus aut inferior reficiat,
vel muniat; ideoque vtile interdictum de-
tur aduersus ea facientem[a], atque item ad
hoc vt patiatur refici ac reparari. † Etsi 17
nemo cogere possit vicinum, vt ipse agge-
rem riui seu fluminis in suo superiore fun-
do vel dominio reficiat, aut muniat: hoc
tamen pati debet etiam inuitus vt vicinus
inferior id faciat[b]. Vrgens enim & neces-
saria omnino est refectio, cum non refectis
riuis seu eorum ripis & aggeribus auferre-
tur omnis vsus aquæ[c]; & ob id omnino
permittenda[d]. Vnde pro specie seruitutis
est hæc facultas & patientia reficiendi &
muniendi in alieno fundo[e]. Quo pertinet
illud quod respondet I. C.[f] quod refectio-
nis gratia ad ea loca quæ non seruiunt ac-
cedendi, tributa sit facultas, his quibus ser-
uitus debetur, cum & qua accedere necesse
est. † Ex qua naturali iurisgentium faculta- 18
te illud quoq; est quod fons, cuius aqua ad
subiectos fundos defluit, etiam in alieno
fundo per quemcunque inferiorem refici
possit[g], vt & cloaca repurgari[h]: & si aduer-
sus reficientem vel iniuriarum, vel alia a-
ctione, propterea agatur, recte detur exce-
ptio, quod id naturaliter faciat[i]. Proinde
absurdum est quod Opponens contendit,
Impetrantem seu eius molitorem id facere
non potuisse eo inuito, & irrequisito intra
limites sui dominij de Hurdt; & quod
quilibet iurisdictione sua vti possit intra
limites suos non vltra[k]: nam reficere seu
munire aggeres non est actus iurisdictio-
nalis, qui interposito superiore vel eius li-
cētia, & authoritate requisita explicari de-
beat; sed est facultas à iure communi cui-
cunq; cuius interest concessa[l]; quæ ob id
Principis vel Superioris cuiusquam autho-
ritatem non requirit[m]. Quam facultatē ob
id non constringit illa consideratio, quod
agger (vt Opponēs prætendit) non suo aut
suorum opere perruptus sit, sed aqua riuuli
imbribus aucta ad inferiora fluere & circū-
fluere ceperit; ideoq; vt nec interdicto, sic
nec hoc casu attentato locus sit[n]. Nam vt
hoc casu propter aquam pluuiam riuo com-
mixtam agi posset, actione aquæ pluuiæ ar-
cendæ, si vicino noceat[o]; itaq; multo ma-
gis facultas reficiendi concedenda est, &
coercenda temeritas prohibentis vel inter-
minantis[p], quamdiu scil. defluens per ag-
geres seu ripas riui vel fluminis aqua alueū
non mutauerit; & hoc derelicto alium al-
ueum non fecerit[q]: prout in præsenti casu
non mutauit, nec alium alueum fecit, sed
tantum subiectos agros inundauit, tam la-
te quam depressioris loci vicini situs passus
fuit, quo pertinent testimonia Impetrantis
in hac causa, continentia quod foramen il-
lud, qua parte aqua erupit & defluxit mini-

a l. 1. §. non autem. de fluminib.
b l. 1. §. denique de aqua pluu. arcend.
c l. vlt. de riuis.
d l. 3. in prin. & §. Seruitus de riuis.
e d. §. deniq.
f In l. refectionis ff. commun. predio. vrba. & rusticor.
g l. 1. §. deinde ff. de fonte.
h l. 1. de cloacis.
i l. 1. §. Labeo. de flum. l. 1. §. sunt autem, in fin. ne quid in loco pub.
k Bald. in l. 1. §. initio. nu. 4. de offic. pref. vrbi.
l d. l. refectionis.
m l. qua sub conditione §. vlt. de condit. instit.
n l. hoc iure. §. si aqua de aqua quotid. & estiua.
o l. 1 ff. de aqua pluu. arcend.
p d. §. Labeo. d. §. sunt. autem.
q d. §. si. aqua.

mo opere, minimaq; impensa refici, & sic
19 defluxus prohiberi potuisset. † Neq; quia
natura fluuiorum est vt depressiora & infi-
ma quæque loca petant & occupent, minus
permittenda est potestas reficiendi sub Do-
minio de Hurdt; quasi naturalis sit hic flu-
xus: nam in fluminibus & riuis quoad eo-
rū defluxum & cursum id spectare oportet,
quod naturaliter fieri potest, nec pro natu-
rali & vero ei⁹ alueo accipi debet locus, ad
quem flumen si ripis suis & aggeribus non
coerceretur, fluere posset; sed qua in præsen-
ti fluit, & ab antiquo fluere solet: & ob id
in fluminibus & riuis antiquitati standum
est[a], quæ si præcessit & extat, seruanda est;
nec per superiorem, nec per inferiorem vi-
cinum transformatione quacunq; mutāda,
vt à solito cursu aqua fluat[b]; quod si fiat ad-
uersus facientem officiū Iudicis impetrari
potest, vt in priorem statū reponatur[c]; præ-
sertim vbi est vsus seu forma riui seu flumi-
nis tanti temporis cuius initij nō extat ho-
minum memoria in contrariū: quia huius-
modi temp⁹ habet vim priuilegij[d], & iuris
concessæ seu constitutæ seruitutis[e]. Iā vero
ex prædicta topographia ac oculari loci in-
spectione; atq; etiā per testimonia vtriusq;
partis deprehensum est huius riui eā semper
fuisse formam, quod per alueum certum re-
cto & transuerso deductū, ex Dominio de
Hurdt defluxerit ad molendinum Impe-
trantis sub Dominio de Mulhem. Depre-
henditur idem quoq; ex dictis antiquis li-
teris acquisiti huius molendini per præde-
cessores Impetrantis anno D. 1260. quo si
hoc molendinum fuit, (vt procul dubio ex
huiusmodi literis tam venerandā antiqui-
tatem continentibus fuisse, præsumendum
est) necesse est fuisse quoq; eundē huius ri-
uuli alueum & cursum; cum per hunc deflu-
xum de quo Impetrans conqueritur, aqua
ad molendinum peruenire nequeat, sed il-
lud & quidem longius circumfluat, & infra
20 illud in antiquum alueum recurrat. † Sed
nec hoc Opponēti in hoc articulo prodesse
debet, quod loc⁹ quo perfossio seu eruptio
hæc facta est, sit ex vtraq; ripa seu vtroq; la-
tere sub Dominio de Hurdt, & sic parifor-
miter ipsius quoq; sit alueus, ac de illi⁹ ter-
ritorio & iurisdictione[f], eaq; ratione, vt de
aqua illam aliò deriuando, ita quoq; de al-
ueo facere potuerit Opponens quod vo-
luit, etiamsi alteri id noceat per quandam
21 consequentiā[g]: † nam etsi quilibet in suo fa-
cere possit quod vult non debet tamē id fa-
cere ad æmulationē alterius, hoc est facere
quidem potest vt sibi prosit, etiamsi alij per
consequentiā noceat, sed non animo alteri
principaliter nocendi[h]. Censetur aūt ani-
mo nocendi indubitate id facere, qui vt vi-
cino noceat ipse sibi seu rebus suis nocet[i].

a Andreas Barba. conf. 9. vol. 1.
b l. 1. in fin. ne quid in flumine pub. Stepha. Bertrandus d. conf. 377. viso processu. num. 23. vol. 6.
c l. 2 & ibi Bald. C. de leg. Aquil. Bart. in l. item lapilli, de rerum diuisione.
d l. hoc iure §. ductus aquæ. de aqua quotid. & estiua c. super quibusdam de verb. signif.
e l. 1. in fin. & l. 2. §. idē Labeo ait. ff. de aqua plu. arcend.
f Bald. in l. si plures de condit. institut.
g l. 1. in fin. de flum. l. proculus. de damno infecto. Alexand. consil. 108. in causa & lite. vol. 2.
h l. 1. §. idem aiunt. §. deniq; de aqua pluu. l. fluminum. l. proculus de damno. infect.
i Lud. Roma. cons. 52. in quæstione Ripa in d. l. 1. de flum. num. 16.

Sic

Sic quod hac in re spectare oporteat vtilitatem facientis, vt facere liceat, non iniuriam accolarum, vt eis noceatur [a]; & sic quisq; suum agrum seu fundum meliorem facere potest, non facere vt duntaxat vicini deteriorem faciat [b]; tam odiosa est legibus ad alterius nocumentum tendens inuida æmulatio [c]. Iam vero oculis & manibus deprehenditur Opponentem per hanc perfossionem, seu defensionem eruptionis, & prohibitionem obstructionis & refectionis per prædicta territantia ac comminantia signa patibuli & manipuli strammei, nullum sibi aut adiacentibus fundis commodum parasse. Primo quod hæc eruptio & defluxus aquæ sit in extremo fine ac limite sui Dominij de Hurdt, & proxime & immediate ad initiũ seu caput Dominij de Mulhem, qua parte finitur omnis dicti Opponentis potestas in hoc riuulo, & qua illi nulla amplius est potestas in illo. Secundo quod per hunc defluxum & desertionẽ veteris aluei aqua nõ recurrat ad Dominium de Hurdt, aut ad agros Opponentis, illisq; amplius vsui esse non possit. Tertio quod hic defluxus non tantum non prosit Opponenti, sed eius agris quos vicinos habet inundatione plurimum noceat: vt de hoc damno Opponens in causis redintegrationis aperte conqueritur: quæ consideratio damni proprij, vt diximus, detegit inuidum, vindictæ cupidum, proteruum, seu malignum animum, opus in suo ad æmulationem alterius facientis [d]; cum nemo præsumatur commodi proprij causa facere, in quo vel impensa fructum edit, vel res eius naturæ est vt sine damno facientis explicari non possit [e]. Quarto quod per hunc defluxum, & refectionis prohibitionẽ, aqua non tantum fuerit auersa à molendino Impetrantis; sic quod toto biennio molendini nullus vsus fuerit, vt testes aperte testificãtur: verum etiam quod pratum & agri subiecti ad Impetrantem ac eius subditos pertinentes, defluente & ibi restagnante aqua inundati fuerint, cum damno dominorum: sic quod hîc nulla alia cadat hac in re cogitatio vel præsumptio, quam animi & propositi nocendi sine causa propriæ proficuitatis & commoditatis, vt ait Baldus [f]: in quo animo reprimendo & coercendo, Iudicis officium plurimũ valet & exuberat [g]. Neque enim votis delicatorum aut malignantium aliquid tribuendum est [h]. Deniq; nec hoc in consideratione ad commodum Opponentis habendum est, quod obijcit hanc refectionem sine suo damno non posse fieri, & aliquando sub dominio de Hurdt per molitorem Impetrantis factum fuisse, effossis aliquot cespitib⁹ ex fundo seu agro sub eodem Dominio adiacente. Nam de præterita refectione aut damno aliquo per illã Opponenti, aut ei⁹ subditis dato, nulla hîc est quæstio; mouitq; Opponens ob illã iam litem aduersus Adamũ VVindenfelt colonum & molitorem Impetrantis coram sua iustitia de Hurdt; qua per appellationem ad curiam Valkenburgensem deuoluta, Adam⁹ ab ea impetitione in effectu absolutus est, & ex appellatione Opponentis, causa in hac curia adhuc indecisa pendet. Deinde non contendit Impetrãs quod possit facere hanc refectionẽ cum damno Opponentis aut eius subditorũ, sed omnimodo sine illo vti ex iuris ratione oportet [a]. Quamuis tamen huic facultati faciendi seu reficiendi ripam seu riuũ in alieno fundo coniuncta quoq; sit potestas id faciendi cũ aliquo præiudicio & damno eius, cuius est hic fundus, si modo modicum damnum sit, quod in consideratione habẽdum non est [b]; quale est si vel gramina vel segetes vicini fundi, aliquo modo conculcentur aut ad obstructionem terra aliqua aut cespes inde desumatur.

22 † Quamobrem nec hoc in consideratione habendum est quod Opponens obijcit, Impetrantem seu eius molitorem aliquando adhibita hominũ multitudine, & sic violenter refecisse alueũ huius riuuli. Nam de eo facto hîc nulla est quæstio; & si de eo constaret ad reprehensionem seu iustificationem prohibitionis id trahi nõ posset, propter prædictam iuri communi concessam facultatem refectionis riui, seu etiã aluei in alieno fundo. Cui quoq; coniuncta est potestas propria authoritate tollendi & reuellẽdi ea omnia, quæ quo riuus vel eius alueus deterior esset, aut refectio impediretur, quoquo modo facta sunt [c]: potissimũ vbi etiam est vsus aut quasi possessio huiusmodi facultatis reficiendi alueum in alieno fundo, sine requisitione aut licentia domini fundi, aut superioris in iurisdictione: prout Impetrans eiusque prædecessores & molitores sunt in ea quasi possessione, quoad refectionem huius riuuli, quoties necessitas eam postulat: vti constat ex depositionibus testium per Impetrantem in hac causa productorum. Ex quibus manifeste deprehẽditur quod hæc perfossio seu eruptio, ac prohibitio refectionis lite pendente primum factæ, in totum ademerint Impetrãti vsum aquæ ad suum molendinum & loca vicina; ideoq; pro mero attentato reputari debeant, quoad pendentem litem de parte liberioris decursus & vsus aquæ per illas viginti quatuor horas. Sublato namq; vsu toti⁹ aquæ per prædictas perfossiones, eruptiones, ac prohibitiones illarum viginti quatuor horarũ, nulla esset potestas ad quã in hac causa principali contendit Actor. Vt nulla sit dubitatio, quin hoc Opponentis atten-

Marginal notes (left column):

a l. 1. §. sunt autem ad fin. ne quid in flumi. pub.

b l. 1. § sed etsi de aqua plu. Bald. in l. aquam C. de seruit. & aqua.

c d. §. denique. l. in summa §. penult. de aqua plu. Lud. Roman. cons. 18. in quæstione. Cynus. Bald. Salic. in d. l. si manifeste. Bart. in d. l. quominus. in 1. quæstio. Rimmaldus cons. 199. visa facti nu. 6. vol. 1.

d Ripa d. num. 26.

e l. mediterranee. C. de anno & tribut. lib. 10. Ripa d. nu. 26.

f In d. l. si manifeste num. 2.

g Baldus ad l. Item lapilli de rerum diuisione, & in d. l. si manifeste.

h L. in fundo. de rei vendicat. Iason cons. 150. quod opus. vol. 2.

Marginal notes (right column):

a d. §. denique. d. l. in summa §. 1.

b d. §. sunt qui putant vers. op rtet. & ibi gloss.

c l. quemadmodum §. 1. ad leg. aquil. l. vsufructuarius nouum. de vsufr. l. si vitium. § si ad ianuam. ff. quod vi aut clam.

attentatum, sic de contingētibus hanc causam: quod ob id per priuilegiatum remedium attentati, decidi in hoc iudicio debet[a]: & quidem in proposito secundum intentionem & conclusionem Domini Impetrantis, perinde vt in principali causa manutenentiæ.

a *Geminianus & alij in c. non solum. § illa vero nu. 9 de appell. lib. 6.*

ADDITIO.

EX occasione litis principalis quæ in Amplissimo Concilio Brabantiæ per Reuerendum Dominum Commendatorem de Confluentia originalem Impetrantem, in hac autem materia Opponentem; aduersus generosum Dominum Guilielmum ab Harff Dominum in Hurdt originalem Opponentem, hic vero Impetrantem instituta est, de retinenda possessione seruitutis seu iuris liberi decursus aquæ in riuulo per Dominum de Hurdt ad proxime subiectum Dominium de Mulhem fluente, tres in effectu aliæ exortæ sunt attentatorum causæ, in quibus Dominus de Hurdt Impetrans est, & Actoris partes sustinet; quæ quamuis numero tres videantur, reipsa tamen & origine vnam tantum litem seu causam constituunt; ideoque vnica & communi tractatione de illarum meritis pauca commonitorij loco Amplissimis Dominis suggeremus: idque paucis, cum pleraque huc pertinentia satis fuse discusserimus in tractatione causæ principalis, & inde emergentium attentatorum, de quibus originalis Impetrans quærelam proposuit. Prima attentatorum (seu vt Dominus de Hurdt harum posteriorum causarum Impetrans appellat) redintegrationis causa ex eo prætextu instituta est, quod Opponens pendente lite causæ principalis præsumpserit per aggeres, fossas, cataractas, ac alijs modis defluentem per dicti riuuli ex imbribus ac defossione Impetrantis perrupta foramina, aquam retinere & coercere, ac retinendo & coercendo inundationi subijcere agros Impetrantis, & aliorum qui illos sub annuo reditu ab Impetrante tenent; quodque stramineos duos manipulos territorij loco, per Impetrantem positos eiecerit, & in suo fundo duos alios ex aduerso posuerit. Quæ causa primum extra ordinem acta fuit, Actore contendente, ad præcipitem huiusmodi prætensi attentati restitutionem ante causæ cognitionem; sed improbato per Amplissimum Concilium huiusmodi procedendi modo, postquam in ea per quadriennium fere processum fuisset: reiecta huiusmodi præcipiti & priuilegiatissima attentati redintegratione, Impetrans per decretum velut ad initium alterius litis redactus, iussus est suam petitionem attentati via ordinaria in rotulo proponere. Quod Actor sequutus etiam fecit per nouum processum, qui tamen ex materia cum priore vnus idemque est. Altera seu tertia attentatorum causa per Dominum de Hurdt Impetrantem instituta magis priorum ampliationem, quam aliam nouam causam facit; ideo quod in ea contendatur, quod Opponens aggerem illum ad reprimendum & coercendum defluentem aquam postea ampliauerit & extenderit intra limites Dominij de Hurdt, & præterea per se seu suos, pisces qui per inundationem viuariorum Impetrantis euaserant, in restagnante apud dictum aggerem aqua, pisca-
23 tus sit & abstulerit. † In quibus sane tribus seu duabus causis intentioni Impetrantis resistit, illamq; inprimis retundit, quod de quocunq; attentato seu innouato per præfatum Opponentem nullam quærelam aut actionem proponere potuerit; ideo quod is qui ipse in lite priore in præiudicium litis pendentis attentauit, remedio postea attentatorum vti non possit; cum attentans se faciat indignum omni priuilegio, etiam appellationis[a], & priuetur possessione si quam habet, imo suum etiam ius amittat[b]. Iam vero ex his quæ in priore consultatione deduximus, manifestum est, Dominum de Hurdt per perfossionem aluei dicti riuuli, & prohibitionem refectionis ripæ eiusdem in præiudicium principalis litis attentasse, & huiusmodi attentata reuocationi & restitutioni subiecta esse: vt merito ob id de posteriore seu sequente aliquo dicti Opponentis attentato vel innouato & illius redintegratione
24 conqueri non possit. † Resistit quoque Impetrantis huic intentioni illud quod quicquid alter litigatorum lite pendente facit, quod quoquomodo aduersario nocet vel nocere potest, non semper possit per priuilegiatum remedium attentati seu innouati reuocari ante omnia, sed eo nomine coram competente Iudice, ordinaria actio institui debeat. Nam vt remedio attentatorum locus sit, necesse est, vt id quod attentatur, pertineat ad principale iudicium seu causæ principalem processum, & sit de contingentibus causam principalem[c]: quia attentata accessione veniunt ad causam principalem, & locum non habent in separatis articulis in lite principali[d], iam vero diligenter expendendo materiam litis seu causæ principalis aperte deprehenditur principalem litem esse, & duplicatum interdictum de seruitute & libertate circa vsum dicti riuuli, intra viginti illas quatuor horas sub Dominio de Hurdt in locis superioribus, & minime de illius vsu in subiectis

a *Glossa magna in c. non solum de appell. lib. 6.*
b *Ioannes Monach. in c. cupientes. §. quod si per viginti nu. 136. de elect. lib. 6. vitalis in tractat. clausular ū. clausula nil nouari appell. pend. Marranta in tit. de appell. nu. 441.*
c *Geminianus in d. c. non solum. § illa vero. nu. 9.*
d *Bald. in l. 1. C. de bonor. possess. secund. tab. & ibi Decius Philippus Francus in c. an sit de appell. nu. 7.*

subiectis locis & agris prælati Opponentis: ita quod factum in inferioribus locis, vt est erectio huius aggeris, & confectio fossarum ad retinendum & coercendum defluentem aquam pro commodo Opponentis; item positio manipulorum stramineorum, ad auertendum huiusmodi operum rescissionem seu turbationem, & multo magis allegata piscatio, cum principali lite nihil magis commune habeant, quam viuaria vnde euaserunt cum ipso riuulo. Proinde & ex hac consideratione detegitur Impetrantis in his attentatorum seu redintegrationum causis improbabilitas & irreceptibilitas. † Qua irreceptibilitatis 25
ex dictis duabus causis consideratione cessante, nihilo magis fundata est Impetrantis in his attentatorum causis intentio; ideo quod Opponens hæc omnia, quæ in his causis Impetrans pro attentatis & innouatis obijcit, sine rationabili aliqua causa non fecerit, sed licite & suo iure, ideoque attentasse dici non potest[a]: cum nulli iniuriam faciat, nec improbabiliter attentet, qui suo iure vtitur[b]; ideoque licitum attentatum remedio & coertioni attentatorum non subijciatur[c]; quale est continuatio iuris & possessionis, quam quis habet, quam ne quidem interposita appellatione continuare prohibetur[d]. † Item o- 26
mne quod iure permittente quis facere potest, vt sunt confectiones aggerum, fossarum, ac instrumentorum ad aquam defluentem coercendum, & eius vsum conseruandum aduersus proteruam & inuidam Impetrantis perfossionem, & prohibitionem refectionis aluei in superioribus locis. Permittit enim ius vnicuique in suo facere, quod sibi prodest, etiamsi per quandam rerum consequentiam id vicino siue superiori, siue inferiori noceat[e]. Vnde est quod prohiberi quis non possit, aliquid operis in suo facere, quo magis aquam profluentem conseruet & contineat[f], satisque ea in re est, si qui huiusmodi opus in suo facit, nihil ad æmulationem seu inuidiam sui vicini faciat[g]: quod quomodo fiat priore nostra consultatione satis deductum est, & in re proposita nihil tale factum esse, rei euidentia demonstrat; præsertim quod Impetrans horum operum causam vbique præbuerit: sic vbique studio nocendi Opponenti incumbens, vt necessaria Opponenti fuerit horum operum confectio; primum per dictam perfossionem ripæ, & prohibitionem refectionis illius, qua parte vltro per inundationem aquarum eruperat; quæ fuit causa conficiendi illius aggeris ad excipiendum & ad solitum inferiorem alueum, adeoque ad molendinum Opponentis coercendum defluentis riuuli decursum & rigorem. Deinde per secundam perfossionem seu defossionem impetrantis, per quam aqua huius riuuli tota deriuata fuit ad optimum Opponentis pratum hac aqua omnino inundatum; pro qua auertenda & coercenda, iterumque ad veterem alueum reducenda, Opponens in capite seu extremo fine eiusdem prati secundum & prope dumum seu vepretum eiusdem prati fossam fieri necessario curauit. Tertio per inuidam huius fossæ oppletionem nouamque per Impetrantem factam defossionem, & obiectam terræ molem, non tantum in capite dicti prati, verum etiam ad latus eiusdem, qua parte pratum occidentem respicit, secundum dumetum seu vepretum vt per sic aggestam terram, aqua ex prato defluere non posset. Ob quē procacem conatum pro contrahenda & ad alueum reducenda aqua, Opponens in suo prato per transuersum nouam fossam facere debuit; vt hæc omnia demonstrat topographica descriptio seu pictura per Opponentem exhibita: quæ oculis subiecta amplissimorum Dominorum Iudicium, omnino acuet, & proteruum imperantis animum deteget. Ita vt cum horum omniū causam Impetrans præbuerit, suæ temeritati & culpæ non tantum hæc opera, sed & damnum si quod ex restagnante apud dictum aggerem aqua, in agris suis vel suorum censuariorū datum est, imputare debeat[a]; hocque æquo animo ferre, vt cum aduersus iuris prohibitionem[b] aquam hāc in solito suo cursu per prædicta auerterit Opponens, iure permittente[c] fecerit quo aqua ad solitum alueum & cursum reduceretur, maxime opere in suo proprio fun-
27 do facto † Nec hac in parte Impetranti, quicquam suffragari potest ea allegatio, quod hos aggeres & fossas Opponens etsi in suo prato & suis fundis, intra tamen limites Dominij seu iurisdictionis de Hurdt, fecerit, & sic illicite; quasi infra limites Dominij de Hurdt nulli liceat sine cōsensu & licentia Domini de Hurdt aliquid circa aquam dicti riuuli facere: Nam quod ad Iuris potestatem attinet in priore nostra consultatione deduximus, huiusmodi operum faciendorum potestatem esse ex permissione & facultate iuris gentium, iure communi cuicumque, cuius interest, in suo concessam[d]: quæ ob id nec à Principe, multo minus ab inferiore aliquo regulo vel Domino precibus impetranda est[e], cum huiusmodi opera in suo facere non sit actus iurisdictionalis, nec dependens à iurisdictione aut superioritate alicuius,
28 neque illi cohærens. † Laborauit quidem Impetrans tam in causa principali, quam in his attentatorum quæstionibus, vt probaret

a c. quamuis in princ. à contr. 1 o sensu & ibi Geminianus nu. 1 de offic. ord. lib. 6.
b c. Cum nobis. c. Cum Ecclesia de el. et
c Ioan. Monach. in d. c. Cupientes.
§ quod si per viginti nu. 131 & seq. vbi de in d. clausula nil innouari nu. 8 & 9
d c. Cum teneamur de appell. Paulus Parisius cons. 39. vol 1.
e l. 1. §. denique l. a qua pluuia arcen. d. l. 1. in fin. de flum. l. Proculus de damno infecto
f l. 1. in princ. de riuis.
g l. 1 §. quidam autem §. denique de aqua pluuia arc. d. l. fluminum d. l. Proculus de damn. infect. Iaf. cons. 130. vol. 2. nu. 2.

a l. quod quis de reg. iur. l. si putator. ff. ad legem Aquiliam.
b l. 2 & ibi Bald. C. de l. Aquil.
c l. hoc iure de aqua quotid. & æsti. d l. in princ. l. Seruius. de riuis.
d l. refectionis ff. communia prædio. d. l. hoc iure. d. l. Seruius.
e l. 1. C de thesauris lib. 11. l. quæ sub conditione §. vlt. de condit. institut.

baret siue consuetudinem, siue præscriptionem iuris sibi competentis; quod sub Dominio de Hurdt nemo possit circa hanc huius riuuli aquam quicquam facere præter ipsum, & sine eius licentia seu consensu: sed testimonia super eo recepta, sufficientia & idonea non sunt; cum nemo sit, qui de hac consuetudine seu præscription econstituto Impetrantis iure, aut illius titulo & possessione (sine quibus nec consuetudo[a], nec præscriptio fiat[b]) aliquam idoneam scientiæ causam, aut alia ad probandam consuetudinem seu præscriptionem requisita & necessaria proferat. Et non obscure ex iisdem testimonijs percipitur, Impetrantem, & suum Schultetum à paucis annis ex occasione harum litium, huiusmodi ius seu potestatem aduersus ius gentium cæpisse vsurpare; quæ vsurpatio ei in hac causa prodesse non debet, cum sit concussionis species. Et si de hoc præscripto vel consuetudinario iure, sufficienter constaret (prout non) nihilo fundatior esset Impetrantis in hac parte intentio: ob id, quod ex parte Opponentis sufficienter probatum sit, non hoc tantum, fundos ex quibus dicti aggeres facti sunt, & pratum in quo fossæ factæ sunt, iure Dominij ad Opponentem seu eius Commendatoriam pertinere; sed illos quoque sitos esse infra limites Dominij de Mulhem, designatis & probatis lapidibus terminalibus seu finalibus, quibus Dominium de Hurdt & Mulhem separari existimat. Dissimulari quidem non potest Impetrantis testimonia, contrarium continere, limitesque horum Dominiorum ad Septentrionalem plagam vlterius designari; & sic quidem vt illorum testimoniorum veritate præsupposita, dicti aggeris extrema pars aliqua licet exigua, & totum fere prædictum pratum constitui deberent sub iurisdictione Dominij de Hurdt: sed in concursu horum contrariorum testimoniorum vel vtrisque[c], vel testimonijs Impetrantis fides deroganda est. Et eneruatis testimonijs vtrisque ob concursum contrarietatis, nudæ negationi Opponentis, quod hi fundi & pratum non sint sub Dominio de Hurdt, potius standum erit, quam assertioni Impetrantis quod sint. Asseuerantis enim non negantis est probatio[d]; præsertim in Actore cuius partes in his causis attentatorum sustinet Dominus de Hurdt: vt in dubio potius pro Reo, quam pro Actore iudicandum est; præsertim in finalibus quæstionibus, quæ plerumq; ambiguæ & perplexæ sunt; & cum petitoriam causam contineant, in alteram partem decidendæ sunt: & quidem in dubia probatione pro Reo, non vt in interdicto indefinitæ relinquendæ[e]. Est

a l. de quibus. de legibus
b l. sine possessione. de vsucap.
c l. ob carmen. § fin. de testib.
d l. asseueratio C. de non numer. pecu.
e l 1. & ibi nota. C. vti possid. t. Bald. consil 420. verba Principiis vol. 1.

quidem horum testimoniorum vtrimque productorum, & super hoc articulo examinatorum pondus in arbitrio Amplissimorũ Dominorum Iudicum in hac causa iudicare habentium[a]; sed ita vt credibiliora, probabilioraque semper assumantur & præferantur; vt multa in hoc articulo pro Opponente probabilitatem faciunt. Primum quod terminales lapides per Opponentem designati adhuc extent, & terminalium seu finalium lapidum imaginem & formam euidentiorem habeant: at vero lapides per Impetrantem & eius testes designati nunc non extent, & an aliquando extiterint, varie testes per eum producti declarent; & quidem nemo fere sit, qui se illos vidisse dicat; plerique omnes quod illos nunquam viderint, sed fuisse ab alijs audiuerint. Quod de auditu alieno testimonium vel nullum, vel admodum infirmum est[b]: quod in proposito superare non debet testimonium illorum, qui de extantibus lapidibus seu terminis deponunt. Secundo quod Opponentis testimonia adiuuentur proprietate dictorum fundorum, & prati, qui etiam Impetrante confitente indubitate ad Opponentem pertinent; non quod in alieno territorio seu superioritate, aliquis fundos habere non possit, sed quod verosimilius sit Opponentem in suo potius, quam alieno territorio fundos possidere. Quam verosimilitudinem tertio auget erectio illius patibuli, & stramineorum manipulorum, in extremo fine dominij de Hurdt; prout plerumque ex vsu patibula, aliaque superioris dominij, districtus & territorij designatiua signa, solent poni in extremo fine iurisdictionis; & per se inter alia sunt finis, & superioritatis dominiorum argumenta[c]. Vltra quem positi patibuli locum ad septentrionalem plagam seu ad dominium de Mulhem, & dictum pratum & multi fundi, in quibus agger ille factus est: ita vt à ratione extremorum indubitatum videatur, idem pratum & dictos fundos esse sub iurisdictione & dominio seu superioritate de Mulhem[d]. Cui quartò accedit quod Impetrans in suo primo supplice libello pro obtinenda reuocatione attentati per factum hunc aggerem aperte alleget, & allegando seu narrando confiteatur[e], hunc aggerem factum fuisse in extremo fine fundi seu dominij de Mulhem proxime apud Dominium de Hurdt. Quod enim in extremo fine sui fundi vel dominij quis facit, in suo vtique fundo seu dominio fecisse dici debet: cum perinde finis, vt caput seu initium & media fundi & dominij pars sit; cum finis trahat ad se principium, & principium trahat ad se finem[f]. Quam apertam

a l 3 §. Idem Diuus. de testib.
b c. licet ex quadam & ibi Felin. de testib.
c Bald. d. consil. 420.
d Felin. in c. inter dilectos. nu. 12. de fide instrum. Alcia in tractat. praesumpt. reg. 2. cap. 22. & consil 187. num. 2.
e l. cum precum. C. de liber caus.
f l 3. de adimend legat. l. si quis in principio de legat. 3.

tam confessionem in prima causa attentatorum factam Impetrans, quia animaduertit suæ intentioni non conuenire, in secunda causa attentatorum ad rotulum, & ordinariam cognitionem reiecit, & huiusmodi præcedentem narrationem corrigẽdo proposuit, hunc aggerem pro maxima parte intra limites Dominij de Hurdt esse factum. Cuius sane correctionis potestas Impetranti post tam longum interuallum quatuor fere annorum permittenda non est[a]: præsertim postquam super eadem narratione priore testes producti sunt, & pars opponens super meritis illius causæ ad oppositionem & contrariorum factorum allegationem, & probationem admissa, & Dominorum Iudicum cognitio, & definitio adhibita est. † Ex qua correctione 19 Actoris fluctuatio, varietas, & inconstantia; atque item testimoniorum super correcta allegatione productorum, & examinatorum improbabilitas detegitur. Quid enim non facile dicunt subditi à superiore domino (qui imperare potest) producti testes[b]: quales sunt omnes quos Impetrans produxit, ideoque omni exceptione maiores non sunt; vt eleganter in simili finalis quæstionis articulo respondit Baldus[c]: cum testes per Opponentem in his causis producti pro maxima parte Dominio temporali Opponentis non subijciantur, sed sint vicinorum locorum incolæ, quibus in finalibus quæstionibus facilius creditur[d]. Quorum testium per Opponentem productorum testimonia ex eo quoque probabiliora sunt, quod termini seu lapides per eum designati, probabiliorem correspondentiam habeant; Impetrantis vero designatio initium faciat à lapide, qui non extat, & extitisse non sufficienter probatur, exeat vero in vacuum locum, lapidem nullum habentem, vbi subditi de Mulhem linum suum macerare solent; quod non est naturale, vel visitatum, seu apparens signũ, seu argumentum alicuius termini vel limitis[e]. † Et quæ per Impetrantem proferuntur signa & argumenta ad confirmationem per eum designatorum terminorum 30 partim vera non sunt; partim concludenter non arguunt. Nam quod profertur de iure decimarum, quas Pastor pagi de Hurdt in agris vltra terminos per Opponentem designatos percipit, incertum continet argumentum. Neque enim Dominiorum temporalium fines ijdem semper sunt, qui decimarum, quæ percipiuntur iure Parochiæ, quæ sæpius latius patet, quam temporale Dominium: nec absurdum, nec insolitum est, vt quis in aliena etiam parochia, seu alterius Dominio ius percipiendi decimas habeat[f]. Proinde nec hoc arguit

a l. 1. & ibi Doctor C. de error. Ad uoc.

b l idonei. de t. st.

c d. consil. 410. vol. 1. nu. 2.

d l. 1. §. 1. de fin. Bald. d. consil. 420. num. 1.

e Goffredus & alij in c. cum causam de probati Bald. d. consil. 420. in prin.

f c. ad aures de prescript. c. cum contingat de decim.

quicquam, quod quidam ex ijsdem agris vltra terminos per Opponentem designatos, sint Impetranti censu, & annuo reditu obnoxij: nam nihil vetat quin quis in alterius perinde, vt in suo temporali Dominio sic conditionatos fundos habeat & possideat; cum priuatus quisque qui nullum Dominium aut superioritatem habet, eiuscemodi fundos & agros habere possit[a]. Sed nec hoc Impetranti in hoc articulo suffragatur, quod dicat se suosque officiarios in ijsdẽ agris, iurisdictionales actus exercuisse, ideoque inde argui eosdem Dominio de Hurdt subiectos esse[b]: nam de veritate eiusmodi allegationis non satis constat. Quod enim de ea re, & iurisdictione aduersus quendam pluckuelt exercita profertur instrumentum, per Opponentem bonis rationibus oppugnatur, & vlterius demonstratur concussionis magis, quam iurisdictionis inde desumi argumentum: & præterea sufficienter pro parte Opponentis probatum inuenitur, ex parte Domini de Mulhem in huiusmodi agris exercitos esse actus iurisdictionales, ac in illis subditis de Mulhem esse ius, vsum & possessionem pascendi sua animalia, cum exclusione subditorum de Hurdt: quod magis arguit hos fundos Domino de Mulhem, quam Hurdt subijci[c]. Attentatum quod Impetrans constituit in eiectione straminеorum manipulorum, nullo modo probatur; saltem non id factum esse per Opponentem aut de eius mandato vel consensu ante vel post accedente; qui ob id factum alterius etiam suorum subditorum

31 præstare non debet[d]. † Vt etiam non probatur quod de piscatione Impetrans in postrema causa attentatorum proponit: qua etiam probata nullum inde attentatum hic constitui posset; cum de iure pascendi in principali causa, nulla sit quæstio, nec vlla mentio; ideoque hoc factum, causam principalem nullo modo contingit, & sic vt diximus pro attentato accipi non potest. Et sane inepta est hac Impetrantis allegatio, cum ius piscandi & auferendi pisces ex iure gentium sit, & cum feræ naturæ sint pisces occupanti conceduntur[e], etiam illi quos quis in priuato suo fundo, lacu, stagno, vel piscina habuit, simulatque huiusmodi loca euaserunt: priuati enim iuris sunt tam diu donec illius custodia coercentur: & cum quocunque casu euaserunt, nullius esse incipiunt, & sic occupanti conceduntur[f]. Et sane inhumanum est, quod hac in parte Impetrans prætexit, dum contendit Opponenti ius piscandi non esse in suis fundis, quos eius proteruia, & inuidia inundatos fecit per supradictas possessiones, eruptiones, & prohibitionem reficien-

dæ

a l. forma ff. de censib. & ibi DD.

b Panor. consil. 26. nu. 18. vol. 2. Alber. Brunus consil. 24. num. 6. Felin in d. c. cum causam. c. licet. de probat. Barba consil. 17. vol. 1.

c Cepolla in tractat. de seruitut. rust. praed. tit. de iure pasce. Dec. in consil. 221. nu. 1.

d l non debet alteri d. reg. iur.

e §. feræ. instit. de rer. diuisio. l. 1. ff. de rer. diuisio.

f l. 3. §. item feræ de acq. possess. l. in iniuria in fin. de iniur. l. 3. §. quicquid. de acquir. rer. domin.

dæ ripæ. Per quæ aliaque quæ D. Aduocatus causæ in exhibitis scripturis latius congessit, existimamus intentionem Impetrantis in his prætensorum attentatorum, & innouatorum causis, nec aptam nec fundatam esse.

SVMMARIVM.

Confessio extraiudicialis, indiscreta.

1. *Testis extra articulata non probat.*
2. *Confessio indiscreta non præiudicat.*
3. *Confessio coram incompetente iudice facta non nocet.*
4. *Legatum à morte testatoris transit in dominium legatarij.*
5. *Fructus rei legatæ pertinent ad legatariũ quicunque post mortem testatoris percipiuntur.*
6. *Prælatus an donare possit.*
7. *Ius superueniens an Actori prosit.*

CONSILIVM L.

INtentionis suæ probationem in duobus constituit M. Gregorius de Ryke huius causæ Actor, aduersus M. Hubertum Duym: videlicet in promissione dicti Rei facta coram Theodorico de Bryer Satellite Oppidi Louaniensis; atque item in cessione ipsi Actori facta per tutores prolium quondam M. Martini van Horik; sed neutrum horum satis solidum est. † Nam imprimis quoad dictam pro- 1
missionem per Reum negatam, nulla profertur probatio, cum dictus Theodoricus, qui vnicus, & solus super ea promissione productus est testis, de ea aliud non testificetur quam quod non meminerit de huiusmodi promissione; sic quod hoc testimonium ea in parte noceat Actori magis, quam prosit. Et quod idem testis in dicto suo testimonio subiungit quod meminerit, quod Reus Actori agnoscebat debitum seu fatebatur se debitorem, vim probationis non habet; ideo quod testis hoc deponat extra contenta articuli super quo in hac causa examinatus est; in quo de promissione tantum, nihil autem de agnitione seu confessione debiti articulatum inuenitur. Est autem manifestum, quod testi extra articulata deponenti non credatur [a], cum alioqui etiam ad subuersionem huius testimonij hoc plurimum faciat, non tantum quod vnicus, solus, & singularis sit [b]: Verum hoc quoq; quod examinatus sit ante lapsum terminum Reo præfixum ad exhibendum sua interrogatoria; qui erat quatuor dierum à citatione ad videndum testes produci, & ad dandum interrogatoria. Ea enim lege & conditione admissus erat Actor ad productionem testium, & Notario data commissio examinandi eosdem, quod pars aduersa primum vocaretur ad dandum interrogatoria ad quatuor dies: ad id autem citatus fuerit Reus quinta Augusti, cuius die septima hic testis examinatus fuit, nondum elapso dicto quatriduo: sic quod manifeste non sit mandati forma seruata, Notario examinatori data, nec concessionis Actori factæ; Vt merito non valeat examinatio, & per consequens nec testimonium sic re-
2 ceptum [a]. † Cuius testimonij vis quoque quoad huiusmodi confessionem exigua admodum est, cessantibus etiam prædictis; tum ex eo quod non contineat confessi seu agniti debiti aliquam certam quantitatem, nec debiti aliquam certam causam: ideoque omnino sit indiscretum, ex quo vt generaliter nulla efficax actio datur [b]; ita nec ex testimonio, instrumento, aut rationibus indiscretis valida probatio constitui potest [c]. Tum ex eo quod huiusmodi confessio facta dicatur coram dicto teste tanquam satellite in actu arrestationis, & sic in effectu coram incompetente persona, quæ nullam iurisdictionem in præfatum
3 Reum habebat. † Quemadmodum etiam coram incompetente Iudice facta confessio, præsertim per priuilegiatum, ad condemnationem etiam per competentem Iudicem faciendam, sufficiens non est [d]: potissimum in actu prorsus improbato; vt fuit hæc arrestatio facta instante Actore per apparitorem Iudicis laici in personã Rei, tam ex dispositione iuris communis [e], quã ex notorijs priuilegijs Vniuersitatis ab omni laicali iurisdictione exemptæ: ne contra regulam iuris Actor ex sua hac improbitate commodi aliquid referat [f], aduersus quem quoque Reus contendit ad dicti arresti, & omnium inde dependentium annullationem; ita quod ad hoc vnici testis testimonium nulla consideratio sit habenda, nisi in articulo condemnationis expensarum ad damnum ipsius Actoris, qui nulliter & inutiliter dictum testem produxit super articulo, qui etiam probatus nihil releuaret ex causis prædictis. Quod vero attinet

[a] *Spec. in t. t. de test. §. 1 vers. sed pone. Castrens. consil 155. in caus. quæ vertitur. nu 1. vol. 2.*
[b] *l. iurisiur. C. de testib.*

[a] *Oldrand. consil 323. Bald. in c. 1 sicut de sent. & re iudica. nu 4 Guid. Pap. decis. 72.*
[b] *l. cum de indebito §. sin autem cautio ff. de probatio c. si cautio de fid. instrum.*
[c] *l. nuda ratio ff. de donatio. Alexand. cons. 3. nu. 2. vol. 2.*
[d] *c. etsi clerici de iudicijs.*
[e] *Authent. habita. C. ne filius pro patre.*
[f] *l. itaque Fullo in fin. ff. de furtis l. non fraudantur §. nemo. ff. de reg. iur.*

attinet ad alterum fundamentum dictæ in-
tentionis ex cessione dictorum tutorum,
hoc obstare videtur Actori, quod illi sit
facta cessio de eo, quod debebatur pro ter-
mino cesso in Aprili, anno 1578. ad causam
reditus triginta florenorum; cuius præfa-
tus Reus pro monasterio de Parco domi-
narum promissor existebat: in Rei autem
veritate iisdem tutoribus pro eo termino
nihil debebatur; & sic ex defectu materiæ
cessio sit nulla: nemo enim plus iuris in
alium transferre potest, quàm ipse habet [a].
Quod autem pro termino in dicto mense
Aprili cesso tutoribus ex persona suorum
pupillorum nihil debebatur de dicto de-
bito, ita deduxit Reus quod per testamen-
tum præfati quondã Martini van Hoyrck
ex dicto reditu annuo triginta floreno-
rum, decem floreni annue sint relicti ma-
gno Xenodochio oppidi Louaniensis: ita
quod apud proles eiusdem dumtaxat vi-
ginti floreni annui permanserint. Quod e-
nim legatur ex eo, quod totum hæredis
futurum erat, delibatur & decedit [b]; & sic
ex die mortis dicti M. Martini, reditus de-
cem florenorum trãsiit in dominium præ-
tacti Xenodochij. † Vt generaliter legata
recta via transeunt in dominium legata- 4
rij [c], & quidem etiam ante aditam hære-
ditatem, existentibus suis hæredibus, vt
sunt liberi testatoris [d]; potissimum quoad
legata ad pias causas relicta [e]: quæ etiam
ad sui confirmationem ac translationem
dominij non requirunt aditionem extra-
nei hæredis [f]. In piam autem causam reli-
ctum, esse hoc legatum, dubium non est;
quia relictum est hospitali, seu nosocomio:
potissimum Ecclesiastico, religioso, ac sa-
cro [g]. † Cum igitur in proposito & per te- 5
stimonia, & per registrum, custodis Eccle-
siæ, satis probatum sit, quod præfatus M.
Martinus Horyck 12. Aprilis, in anno
1578. fuerit sepultus & sic ante illum diem
mortuus post conditum suum testamẽtum
decima eiusdem mensis, euidenter constat,
quod ex die mortis huiusmodi legatum
decem florenorum transierit in dominium
dicti Xenodochij, ideoque etiam illi, non
dictis prolibus seu pupillis, vtiliter cesse-
rit terminus seu pensio eorundem decem
florenorum, qui seu quæ cessit decima ter-
tia eiusdem mensis Aprilis: fructus enim
rei legata ad legatarium seu fideicommis-
sarium pertinent, quicunque veniunt, seu
percipiuntur post acquisitum rei legatæ
dominium, etiamsi maior pars anni ante
diem cedentis legati præterierit [h], id e-
nim est ex consequentia, & beneficio ac-
quisiti dominij [i]: sic quod dictis prolibus,
ex dicto reditu triginta florenorum pro
tunc, & sequentibus annis vtiliter tantum
cesserint, seu cedere potuerint annuatim
viginti floreni, iam vero ex quitantiis di-
ctorum tutorum datis Reuerendæ Domi-
næ Abbatissæ conuentus de Parco Domi-
narum pro terminis in mense Aprili anno
1578. & 1579. cessis, & per Reum in hac
causa exhitis, ac pro recognitis habitis,
constat quod dicta Abbatissa iisdem tuto-
ribus pro prætactis duobus terminis anni
1578. & 1579. soluerit sexaginta flore-
nos, cum tantum deberentur ijsdem pu-
pillis quadraginta. Vnde cõsequitur quod
super excrescentes viginti floreni pro illis
duobus terminis indebite, & per errorem
solutis, imputari debeant ijsdem pupillis,
seu eorum tutoribus in solutionem conse-
quentis termini, qui cessit in Aprili anno
1580. nouissime præterito: quam imputa-
tione, & compensatione facta, manifestum
fit quod neque dicta Abbatissa, neque di-
ctus Reus, illius ex promissor tempore su-
prætactæ cessionis per dictos tutores dicto
Actori factæ, tertia mensis decembris in
dicto anno 1580 aliquid debuerint iisdem
pupillis seu eorum tutoribus pro dicto ter-
mino cesso in Aprili tunc proxime præce-
dentẽ, & sic per consequens ratione illius
termini dicto Actori reddere non potue-
rint, quod solutione naturali semel extin-
ctum & resolutum fuit [a]: id enim pro eo
est, atque id quod non est [b]. Nec ad rem fa-
cit si forte Reus, seu dicta Abbatissa dicto
Xenodochio decem illos florenos pro an-
nis 1578. 1579. 1580. non soluerit; nam vt
hoc verum esse præsupponatur, nihil facit
ad fundandam Actoris intentionem, aut
stabiliendam dictorum tutorum assertam
cessionem: ex suo enim, non alterius iure,
tam dicti tutores, quam præfatus Actor
intentionem fundare & probare debent [c],
& vt quod alicui debetur, alius sine eius
voluntate exigere nequit [d]; ita nec actio-
nem alteri competentem alius cedere po-
6 test [e]. † Quam considerationem non sub-
uertit consensus Priorissæ, seu Matris dicti
Xenodochy permittentis dictis tutoribus,
seu eorum commissatio exigere dictum re-
ditum decem florenorum pro supradictis
tribus annis: nam huiusmodi consensus nõ
præcessit dictam cessionem, sed toto fere
anno secutus est; ita vt non possit dici com-
prehendi sub potestate dictæ cessionis an-
tea factæ; quia cessio stricti iuris est, & ad
futurum ius non extenditur. Deinde hu-
iusmodi consensus solius dictæ matris, seu
Priorissæ, non accedente vel superioris, vel
conuentus sui authoritate, vel approbatio-
ne, nullius est effectus: potissimum quod
contineat in effectu gratuitam, & lucratiuã
remissionem; quæ non est permissa illi, cui
non competit, nisi nuda rerum Ecclesiæ,
aut

a l. nemo plus ff. de reg. iur. l si filius tuus Cod. de donat.
b l. legatũ est delibatio. de legat. 1.
c l. aditio de furt. l. si tibi homo § cum seruus de legat. 1. l cum Pater § surdo, de legat. 2.
d l. si filius. qui Patri de vulgar. & pupill l. 1. §. fin. ff vt in poss legat.
e Tyraquel in tract. de pia causa. priuil 32.
f Decius in l si nemo de regul iur.
g Tyraquel. in tract. de pia causa in præfat. post princip.
h l. Herennius ff de vsurp.
i Bart. consil. 39 vol. 2.

a l. Modestinus ff de solutio.
b l. cum lite mortua ff. iudicatũ solui l si fideiussor. in fin. de fideiussor.
c l. 1. §. 1. ff si pars hæreditatis petat l. vti frui ff Si vsusfr petat.
d l solluendo. de negot. gest. l si petitor. de iudic
e l. si stichũ. § fin. in fin. de nouat.

aut conuentus administratio; qui meliorem, non deteriorem facere debet Ecclesiæ conditionem[a]. Vnde etiam est quod in fine schedulæ dicti consensus, eadem mater reseruet suo conuentui ius suum, qua reseruatione effectus huiusmodi consensus ad nihilum reducitur: non enim dictæ matri, sed conuentui, seu Xenodochio ius ex huiusmodi legato acquisitum est. Nec ad rem facit quod in schedula supramentionati consensus additum sit, quod id fieret ex certis causis animum ipsius matris ad hoc mouentibus, & præsertim quod ex sententia Panormitani[b], prælatus possit modicum donare sine consensu Capituli ex causa rationabili; etiam vbi consuetudo non viget, quod Prælatus donare possit; nam id non recte accommodatur ad donationem, quam facit huiusmodi Xenodochij mater, quæ nec Prælata est, nec nomen Prælatæ meretur; sed gaudet præeminentia duntaxat alicuius vulgaris actus, de cætero supposita & subdita suo Pastori vel alij superiori, & in administratione consociata est alijs dicti conuentus sororculis; & quidem in eo conuentu, qui non tam ipsarum sororum gratia, quam pauperum ægrotorum fundatus est; quique ad eleemosynas quotidie accipiendas porrectas habet manus, clausas vero ad quicquam erogandum aut dandum extra alimenta ægrotorum, & ipsarum sororum. Ita vt quod ipsa mater pro Xenochio legatum exigere & percipere debebat ad instructionem litis aduersus debitorem, ad commodum tertij, nec cedere nec permittere debebat. Deinde nimis informis est causa, quæ dictis verbis generalibus prætexitur: sic quod ex ipsius lectione & recitatione deprehendi non possit, an sit rationabilis an irrationabilis. Prout etiam in nulla parte huius litis allegata aut expressa inuenitur, ideoque nec præsumitur; maxime in re quæ de iure communi est prohibita, vt est quæcunque Prælati sine consensu conuentus donatio; quæ cum ad dissipationem deflectat, in potestate etiam liberæ administrationis non continetur. Et hoc est, quod Oldrardus in satis simili specie scribit[c], quod licet Prælatus ob certam causam, puta meritum, donare aliquando possit; illud tamen meritum non sit in occasionem assumendum, sed ex veritate; hoc est quod constare debeat de meritis, & quoad illa non stetur assertioni Prælati. Quod generaliter locum habet in omnibus remuneratorijs donationibus, quoties donationis vis & potestas ab ipsa remuneratione seu meritis dependet[d]. Et quamuis hæc promissio de triginta florenis duntaxat semel soluenda esse videatur; & sic non magnam summam continere respectu Prælati diuitis alicuius monasterij; magna tamen censeri debet in hoc Xenodochio, quod eleemosynis, & pijs legatis alitur & sustinetur, & cui etiam decem floreni iustum emolumentum donatione aliqua minime abdicandum videri debet, sic quod indeterminata & generalis rationabilis causæ mentio fraudis, & collusionis iudicium potius facit, quam auertit.

a c. fraternitatem de donat. c. 1 & 2. de his quæ fiunt a prælat. sine cons. capitul.

b In c. ceterum nu 4. de donatio.

c consil 216. quidam Episcopus. 1. n. 6.

d Guid pape d. cons 93.

7 † Quæ cum ita sint ad propositum pro sustinenda Actoris intentione, nihil facit quod vulgo traditur, ius lite pendente superueniens ex causa de præterito, conualidare intentionem Actoris ex inutili medio concludendi minime fundatam[a]: subuersa enim hac in prætexta causa per nullitatem dicti consensus, illius effectus nullus esse potest. Etsi enim causa subsisteret, non posset ex ea intentio Actoris fundari; ob id quod Actor illam fundauerit ex certa & speciali causa cessionis sibi per dictos Actores factæ; quam superius demonstrauimus ex defectu materiæ nullam esse; ita quod ius superueniens prodesse non possit, quatenus ex noua causa est[b]. Et cum ex causa de præterito quoque tam respectu cedentium; quam ipsius cessionarij valida dici non possit cessio, consequitur respectu causæ de præterito eam sustineri non posse. Quod autem omnimodo noua, non de præterito sit hæc causa, inde deprehenditur, quod dictis pupillis seu eorum tutoribus ad hoc legatum decem florenorum nullum vnquam ius vel præsens vel futurum competierit[c], sed totum translatum fuerit recta via ad prætactum Xenodochium: ita quod sine hoc dictæ matris consensu ratione earundem decem florenorum nihil vnquam petere, aut alij cedere, vel etiam dictam matrem, seu Xenodochium ad hunc consensum præstandum cogere potuerint. Ita quod non recte assumi possit pro causa de præterito, causa legati, quæ solum Xenodochium respicit, & ius omne pupillis detraxit per delibationem[d]. Respectu quoque dicti cessionarij, hic dictæ matris consensus, nouam non de præterito, nec ante institutam hanc litem ex futuro pendentem causam continet; quia causa cur Actori hanc cessionem tutores fecerunt, nihil omnino commune habet cum hoc legato, sed tota est ex administratione & negotio, vnde Actori litigare fuit necesse: pro cuius solutione ex parte ijdem tutores cesserunt actionem ad hos triginta florenos ipsis nullo modo competentem nec re, nec spe; sic vt nihil Actori prosit ad causam hanc validandam, quod tutores instituta hac lite hunc consensum sic extorserint, & tamen post extorsionem ius quod ex eo ipsis compe-

a Bart. & alij in l. non potest vid ri de iudic. in l. si rem alienam § fin de pigner. actio. l. si mandatu. ro ff mandati.

b per expressum text. in c. Abbate de sentent. & re iudicat lib 6. Bart. in d. l. non potest.

c d. l. a Titio & alijs sup. citat.

d d. l. legatū est delibatio.

competere potuisset, eidem Actori minimè cesserint.

Quibus omnibus consideratis putamus Magnifici Domini Rectoris officium esse, vt Reum ab impetitione Actoris absoluat, Actore in expensis litis condemnato.

SVMMARIVM.

Contumacia non respondentis.

1. *Contumacia non respondentis positionibus inducit pœnam confessi.*
2. *Contumax ipso iure pro confesso habetur.*
3. *Executor merus cognoscere non debet de meritis.*

CONSILIVM LI.

QVæ ad nullitatem inducendam sententiæ, Dominorum Scabinorum oppidi Louaniensis latæ secundum Georgium van Kerrebeke, contra Henricum Vaes, proponuntur; diligentius excussa, & ad subiectam causam accommodata, nihil momenti habere inueniuntur. Nam principio quod dicitur de positionibus exhibendis post litem contestatam in Laicorum tribunalibus non obtinet, quod summaria sit in illis procedendi ratio [a]. & contestationis vetus illa solemnitas exoleuerit, ac illius potestatem nunc contineat simplex partis Reæ contradictio, & in lite perseuerandi, ab eaque minime recedendi tenax propositum. † Cum 1
igitur Henricus per se, & Procuratorem suum in iudicio fuerit, & diuersos terminos obseruauerit, contumacia ipsius in non respondendo positionibus ante contestationem exhibitis, pœnam confessati induxit: quia nihil interest positiones ante vel post sint exhibitæ. Neque etiam refert de veritate vel calumnia, ante fuerit iuratum vel non; vt apertè tradunt Philippus Francus, & alij [b]. Secundum quoque effectum sententiæ impedit: nam nihil interest aliquem per se, an per procuratorem præsentem interrogari & moneri: illius enim contmacia tam ante, quàm post litem contestatam Domino nocere po-
2 test [a]. † Tertium requisitum de sententia declaratoria, recentiore opinione nunc deiectum est [b]: & in eo comprobata glossæ [c] opinio, quod ipso iure pro confesso habeatur, etiamsi Iudex non declaret pro confesso habendum seu haberi; ad hoc scilicet vt post iussum & comminationem, lapsumque temporis præscripti Iudex sententiam diffinitiuam, non præcedente declaratoria interlocutione, ferre possit. Sufficit enim iudici ex actis apparere contumaciam perfectam [d], si modo nulla iusta excusatio proponatur; quod hic non est factum. Quamuis ad hoc vt nondum latâ sententiâ diffinitiuâ, pœna contumaciæ transeat in hæredem contumacis, huiusmo-
3 di declaratoria requiratur [e]. † Proinde non video, cur Dominus Iudex, cuius officium Georgius pro executione & subsidio iuris implorauit, recusare vel differre debeat iustitiæ complementum, & executionis auxilium: meri enim executoris non cognitoris partes habet; qui ideo in quæstiones altiorem indaginem requirentes cognitione suam extendere non debet [f]. Quæ in proposito casu facilius admittenda sunt ob duplicem geminatamque Rei contumaciam; quod non tantum positionibus, sed etiam libello respondere contumaciter recusauit [g].

a *Clem. sæpe de verb. sig.*

b *in c. si post. n. 5. de confessis lib. 6.*

a *Philip. Francus in d. c. si post num. 6. vers. in tamen debeat.*

b *Archidia in d. c. si post, & ibi Philip Francus nu. 19.*

c *in d. c. si post. in verbo pro confesso.*

d *Bald in l. 1. C. de confess. Philip. Franc. in d. c. si post n. 19.*

e *Philip. Franc. d. nu. 19.*

f *l. si prætor. de iud. c. videtur Zasius l. 4. §. condemnatum de re iudic. Bald. & alij in l. & si non cognitio. C. si contra ius. vel utili publ. l. si vt proponis l. executorem. C de exceptio. rei iudic.*

g *Bald. in c. 1. de lit. contest. Corsetus in tract. de geminatis verbis vers. 22.*

SVMMARIVM.

Sententia ex contumacia. Fuga in delictis.

1. *Præcipitatio nouerca iustitiæ.*
2. *Sententia ex contumacia lata facile retractari potest.*
3. *Contumax quando audiatur.*
4. *Absentia probabilis quæ?*
5. *Absentia affectata non prodest.*
6. *Contumax pro confesso non habetur.*
7. *Contumax quando condemnari debeat?*
8. *Condemnari nemo debet ex suspicionibus.*
9. *Socio criminis non creditur.*
10. *Confessio in tormentis quando noceat?*
11. *Torto non debet fieri suggestio.*
12. *Fuga carcerati quando noceat?*
13. *Verba ambigua interpretatur ille qui profert.*

CONSILIVM LII.

SVpplex libellus quem Aegidius Ioly ciuis Tornacensis Regiæ maiestati exhibuit, secundum ea quæ proponuntur, videtur nobis iuri & rationi per omnia consentaneus. † Etenim hoc certum & 1 manifestum est iustitiæ nouercam esse, causæ ac cognitionis præcipitationem [a]; quia iniquitas omnia præcipitat [b], † ita 2 vt facilè reuocentur, & redintegrari debeant, quæ contra absentes, inauditos, & indefensos per iudicem statuta vel ordinata sunt [c]. Indeque fieri testatur Petrus de Anchorano, vt Venetijs sententiæ non transeant in rem iudicatam, quin semper de iniquitate redargui possint, & aduersus eas quærulantes audiantur: ob id quod de facili contra absentem, indefensum, & inauditum pronuncient [d]. Cum ergo per Magistratum Tornacensem, dictus supplicans sit bannitus, & bona eius confiscata, interea quam per Dominum vander Heyden in loco de horbach in vinculis detinebatur, nulla eius audita vel recepta defensione; postulat æquitatis & iustitiæ ratio, vt relaxato huiusmodi bannissamenti seu exilij, & confiscationis vinculo, in priorem locum restituatur. † Contumacia enim præsumpta quæ constituitur vel præsumitur ex absentia alicuius non comparendo, si ex aliquo iusto impedimento excusari potest, non habet eos effectus quos operatur vera contumacia: quia iustum & probabile impedimentum excusat, & contumaciato concedit restitutionem in integrum, etiam maiori, non tantum minori: Idque etiamsi intra annum ad se purgandum non venerit [e]: licet alias, is ob cuius contumaciam bona annotata sunt, non audiatur, si se purgare velit ad effectum consequendi bona, quæ per lapsum annum post contumaciam, & annotationem apud fiscum remanent; sola facultate purgandi ad euitandum seueriorem sententiam post annum relicta [a]. Cum igitur dictus Aegidius durante anno quo se purgare poterat, in vinculis detentus fuerit iusta ac probabilis fuit eius absentia [b]; ex qua generaliter propter & aduersus absentem statuta, reuocari, & in integrum reponi solent [c]. † Et quamuis ab- 4 sentia eius qui ob delictum in vinculis detinetur, probabilis non habeatur, vt nec exulis aut relegati [d]: probabilis tamen est, si prætextu delicti incarceratus postea per sententiam iudicis capientis absoluatur; & tanto probabilior quo incarceratio fuit iniustior. Quia ergo per sententiam Scabinorum de Horbach, Aegidius à delicto falsæ monetæ absolutus est, deprehensa est incarcerationis iniquitas, absentiæ probabilitas, & ex consequenti contumaciæ, quam Magistratus Tornacensis constituit præsumptiuè improbabilitas. † Et licet affectata ab- 5 sentia seu incerceratio parum prodesse soleat [e]; affectatio tamen nulla hic constitui potest: cum initium apprehensionis fuerit ex causa debiti hominis priuati in vicino loco apprehensionis habitantis; facto deinde progressu & aggrauatione ex parte Domini de Heyden, occasione delati delicti; ob id quod hæc incarceratio tam diu fuerit continuata, vt affectationis vel collusionis nulla potuerit esse præsumptio; præsertim Illustrissima Domina Gubernatrice conditionem captiui per suas litteras apud Illustrissimum Ducem Iuliæ cui Dominus de Heyden subest, aggrauante; eodemque Domino Duce, ac Domino de Heyden rescribentibus, & iudicia ac probationes, tam à sua Celsitudine, quam Magistratu Tornacensi petentibus: prout hæc in facto consistentia, latius in scriptura Dominis Commissarijs exhibita deducuntur. Quæ qui-

a Cle. pastoralis §. verũ de re iud. c. l. 1. C. de requir. reis.
b c. inter hæc bircum. de pœnitent. distinct. 3.
c Petrus de Anchora. cons. 259. ex verbis supradictis.
d d. cons. 259 nu. 5.
e l. 1 & ibi Cynus Bald. & Aug. de requir. reis Boerius decis. 63 nu. 13.

a l. 2. C. de requi. reis.
b l succurritur ff. ex quib. caus. ma.
c l. 1 ex quib. caus. ma.
d gloss. mag. gen. l. fin. in princ. ff. de in integ. restitut.
e l. item q., cũ l. sequen. ex quib. caus. maio.

quidem absolutoria Scabinorum de Horbach sententia, Rei innocentiam, & magistratus Tornacensis, instante Fiscali, quem supplicans infestissimam semper habuit, festinationem ac præcipitationem detexit: ita vt, admittendæ nouæ cognitionis, abolendæ, ac tollendæ sententiæ bannissimenti, & confiscationis bonorum luculenta, imo & necessaria sese offerat occasio. † Qui enim ex 6
contumacia tantum condemnandus est, de falso pro falsario habendus non est: nam contumacia quamuis inducat aliqualem præsumptionem contra contumacem, non sufficit tamen ad probandum delictum; cum generale sit in criminalibus, quod contumax pro confesso non habeatur [a]. Cuius quidem sententiæ bannissimenti, & confiscationis, cum nullum præter prætactam præsumptam contumaciam, quæ ex prædictis sufficienter excusata videtur, aliud sit solidum fundamentum, impetrandorum postulatorum ampliorem certioremque spem præbet. Neque enim ita aduersus absentem, etiam verè contumacem procedi, ac sententia condemnatoria proferri debet, vt sola contumacia ad hoc sufficiat, sed postulat iuris & æqui ratio, vt Iudex de obiectis criminibus se informet, & sic rem instituat, & absentiam Rei suppleat Dei præsentia; hoc est exacta iuris & facti inquisitio [b]: cum scilicet Reus semel ad causam comparens postea contumaciter emanet. Alioquin eo qui nunquam ad causam comparuit, & multò magis qui personaliter nunquam apprehensus aut citatus est, iure communi nulla est facultas condemnationis, sed tantum annotationis, & constito de vera contumacia confiscationis bonorum [c]. Inquirendo autem in ea quæ Magistratum Tornacensem mouisse videntur, cur vltra præsumptam hanc contumaciam ad sic condemnandum Aegidium prosilierunt, occurrunt hæc. Primo quod Aegidius per Ioannem Barbet de facta falsa moneta, accusatum, conuictum, condemnatum, tanquam socius criminis condemnatus fuerit. Secundo quod Aegidius capto dicto Ioanne Barbet, relictis bonis suis cum vxore sua profugerit. Tertiò quod duæ Epistolæ supplicantis ad Ioannem Barbet obscuriore sensu scriptæ, huius consociationis & delicti præsumptionem faciant. † Et quarto quod ad iudicium ob 8
hoc crimen vocatus non comparuerit. Sed in his omnibus nihil est, vnde huiusmodi seuerioris condemnationis causa sufficiens constitui possit; quas etiam omnes vna iuris regula auertit: quod nemo in graui delicto ex suspicionibus, aut
9 præsumptionibus condemnari possit [a]. † Et particulatim singulas conuellendo, quæ ex delatione Ioannis Barbet in tormentis facta assumitur præsumptio, per se infirma est: cum regula iuris sit, participem seu socium criminis non posse testificari, contra eum qui socius, & delicti particeps dicitur [b]; sic vt confesso de socio non credatur [c]. Vsque adeò vt nec indicium ad faciendam inquisitionem contineat socij confessio, etiamsi plures essent confitentes [d]; multo minus ad inferendam tormenta, & omnium minime, ad facien-
10 dam condemnationem. † Et quod dicitur [e] in grauibus delictis veluti hæresis, falsæ monetæ, læsæ maiestatis, Latrocinij, & aliorum similium, consocio in tormentis contra alium confitenti, credi saltem ad torturam inferendam [f]; sic accipiendum est, & restringendum, si alijs antecedentibus, aut subsequentibus confitentis confessionibus, aut depositionibus non oppugnetur, vel eueniet in tormentis facta confessio in tormentis facta, si non sit continua, aut perseuerans etiam extra seu post tormenta, omnem vim suam a-
11 mittit [g]. † Quoniā igitur constat Ioannem Barbet in tormentis factam de Egidio cōfessionem reuocasse, & in ea reuocatione iam fero & igni subiectus, vsque ad extremum vitæ spiritum perseuerasse; & præterea declarasse causam cur prius non declarauerit, & reuocauerit, metu scilicet nouorum tormētorum, & ne viuus combureretur, ac illi penæ conduplicarentur, ex reuocatione quam sciebat accusatori & iudicibus supra modum ingratā futuram; nihil omninò attribuendum est, huiusmodi extortæ confessioni, & ad ad quam specialiter de persona Aegidij extorquendam, accusator, iudices, & torter laborauerunt; specialiter interrogando, an Aegidius ei cooperatus, & in hoc delicto socius fuerit: fungendo nō requirentis aut interrogantis, sed suggerētis officio; suggerendo nomen & personam Aegidij, ex quo prima occasio confessionis huiusmodi procul dubio profluxit; quod lex velut improbum auersatur, & prohibet [h]. Neque huius confessionis probabilitatem aut verisimilitudinem aliquam facit antecedens Aegidij cum Ioanne Barbet familiaritas: nam cum illa hoc delicto, ex quo Ioannes condemnatus est, longe sit anterior: fueritq; plane innocens, ad agēdam
12 dam suspicionem, trahi non potest. † Fuga Aegidij cum vxore perinde nihil mouere debet. Licet enim fuga carcerati faciat fugientem haberi pro confesso, & conuicto [i], & fuga ante inquisitionem seu informationem contra fugientem ca-

a Bart. in l. absentem d: pen Bald in l. 1. C. de pen. iud qui mal. iud

b l. properandum. § sin. autem Reus, vers. cum autem C. de Iudic.

c d l. absentē d. l. 1. & 2. C. de requir reis.

a l absentem. §. 1 de pœnis.

b l. vlt. in fin. C de accusatio.

c gloss & Doct in l. quoniā liberi. C de test. c. liberi 4 q. 3.

d Fulgos cons. 189 n. 7. & cons. 231 nu. 1 & 2. Hippolyt. de Marsil. in praxi crimin. §. diligenter nu. 59. Bœrius decis. 319.

e in c. literis de præsumpt. c. in fidei de hæret. lib. 6. l. 1. c. de fals. monet.

f Bald in l. non id o minus C de accusat.

g Panormit in c per tuas de proba Angel. in l. vlt. C de quæst. Cepolla cons. crimi. 60. Super primo dubio nu 20. Alexand. cons. 128. in fin. vol. 4 fulgos cons. 183.

h l. 1. § qui quæstionem de quæst.

i l. in eos & ibi gloss de custo. reor.

ptam, vel post fugientis citationem faciat iudicium ad torturam[a]; ea tamen quæ sequuta est, præparationem inquisitionis seu informationis, huiusmodi iudicium nõ facit: quia præsumitur fugisse metu accusationis, & carceris à quibus quisque quo melior est magis abhorret. Ita vt eleganter dixerit Baldus[b], fuge consilium facile quemque arripere in huiusmodi metu, etiamsi S. Franciscus contrarium suaderet. Et quod de incepta inquisitione, citatione, seu accusatione dicitur, ad comminatam & præparatam tantum extenditur[c]. Atque ita cum Aegidius non fugerit statim capto Ioanne, sed non obstante eius captiuitate in ciuitate manserit, & tam diu donec per vicinum ei nunciatum esset, contra eum parari captiuitatem, cumque per Ioannem Barbet in tormẽtis vt socium criminis delatum esse; iusta fuit ei aufugiendi causa, sine suspicione conscientiæ delicti. Præsertim quia postea eius vxor fugæ huius comes apprehensa, & accusata, vt innocens absoluta fuerit, eamque absolutionem etiam consequuta sit Aegidij absolutio apud Scabinos de horbach. Epistolæ quæ scribuntur cum in directo sensu ad hoc delictum trahi non possint, nihilo quoque grauiorem faciunt Aegidij conditionem potissimum propter congruam dilucidamque earum interpretationem, & declarationem, quæ nunc per Aegidium aperitur, de occulta ac minime illicita societate, ipsius cum Ioanne Barbet in arte poliendi faciendique gemmas, & lapillos.
13 † Quæ interpretatio assumi debet; tũ quia ambigua proferentis verba ex eius intentione ac declaratione accipiẽda sunt[d]; tum quia in obscuris & ambiguis ea interpretatio facienda, quę benignior est, & in eam partẽ quæ delicto caret, quæque Reo fauorabilior est[a]; præsertim in pænalibus seu criminalibus causis[b]. Sed cum depulsio huius præsumptionis in facto magis consistat, ex circumstantijs eorum, quæ ad probabilem faciendam seu stabiliendam hanc interpretationem proferuntur, diutius huic articulo non immorabimur cum in prædicta scriptura hæc satis ad oculum demõstrata sint. Quartum quod pro coniecturâ assumitur, ex eo quod Reus citatus nõ comparuerit, nimis in proposito infirmũ est; propter prætactam Aegidij captiuitatem, & præterea citationis ignorantiam, diligentiamq; medio tempore apud Illustrissimam Dominã Gubernatricem factam pro recipienda excusatione Rei. Quamuis interim causæ, quæ superius pro excusanda fuga adductæ sunt hunc defectum cõparitionis satis etiã excusent. Quod nouissimè additur de hæretico libello in domo Aegidij reperto, prædicto delicto de falsa moneta non cohæret; sed illi pro augẽda accusatione Rei, eiusq; causa odiosiore facienda, adijcitur. Ita tamen excusatur in prædicta scriptura, vt inde non possit durior suspicio contra Aegidium cõcipi; qui fidei suæ & anteactæ vitæ rationem reddere paratus existit. In summa omnibus in vnum cõgestis, nihil in iuris rationibus existimamus esse, quod gratiosæ concessioni eorum, quæ Aegidius à sua Maiestate petit, validè obstare, possit; maioremque in re proposita esse clementiæ & benignitatis exercendæ, quàm delicti, quod verè subesse non videtur, seuerius corrigendi occasionem.

a Bart & alij in l. Lege Cornelia. Ad Sylla. Cepoll. cons. crim. 29. nu. 8. Boerius decis. 215 nu 3. Bart. in l. cũ probatio de probatio. & in l. Admonendi d: iureiur.
b cons. 382. in quæstionẽ. n. 1. vol 5.
c Roma in d. l. Lege Cornelia. Ias. in d. l. admonẽdi nu. 89
d l. si quis intentione de iudi. l in ambiguis de reg. iur.
a l. semper in dubijs de reg. iur.
b l factum. § vlt. de reg. iur.

SVMMARIVM.

Probatio.

1. *Testibus affirmantibus paucis, potius quam negantibus multis credendum.*
2. *Testibus qui toti actui non interfuerunt credendum non est.*
3. *Testi vnico de suo facto deponenti creditur.*
4. *Testimonio quo quis vsus est contradicere non potest.*
5. *Testimonium diuidi & pro parte acceptari non potest.*
6. *Testimonia vnius causæ non prosunt in alia.*
7. *Consanguinei testimonium mouere aliquo modo debet.*
8. *Testimonia singularia ad vnum finem tendentia probant.*
9. *Seruitutes manifestas in vinditione non est necesse nominatim excipere.*

CONSILIVM LIII.

IN causa reformationis quæ in amplissimo Concilio Brabantiæ pendet inter M. Hubertũ de Mãgelere, originalẽ Reum nunc reformantẽ: & Mattheum van Dorne Actorẽ nunc Opponẽtem, vnicus tantũ est articulus, à quo totius causæ status depẽdet. Num scilicet M. Hubertus sufficienter probauerit venditionem culinæ seu postici præfato Actori factam initam fuisse sub quatuor illis conditionibus, quas Reus propo-

proponit. Primo quod Actor sustineret & in se seu dictam culinam transferret omnes census, & reditus, quibus duæ domus Rei oneratæ erant. Secundo quod dictæ culinæ dimidia pars deponeretur, & ad aream redigeretur, in qua ædificare nunquam liceret; quodque illa per murum duodecim pedes altum ab alijs Rei domibus separaretur. Tertio quod defluxus aquæ ex aliis duabus domibus Rei, per dictam culinam & aream maneret, vt diu ante fuit. Et quarto quod Reus empta à Magistratu Antuerpiensi area, quæ apud has domos erat, ex ea partem relinqueret originali Actori pro rata precij quo Reus eandem aream empturus esset. Ex quibus quidem conditionibus Actor nullam purè & absolutè agnoscit. Primam etenim de assumendo ac transferendo onere redituum & censuum simpliciter negat; prout etiam tertiam de fluxu aquæ. Secundam fatetur ex parte quoad demolitionem mediæ culinæ & areæ relinquendæ; negans onus muri ponendi, ac seruitutem altius tollendi. Quartam fatetur Actor, sed liberalius quã Reus proposuit; quasi scilicet in arbitrio Rei positum non fuerit, quantam partem ex empta area Actori relinqueret; sed quãtam postularet necessitas, & cõmoditas dictæ venditæ culinæ. Probationibus partiũ visis, Magistratus Antuerpiensis delato Actori iuramento in supplementum probationis, primam conditionem apertè & expressè reiecit Ex secunda depressionẽ ac demolitionem mediæ culinæ ad aream Actori imperauit, nulla de muro aut duodecim pedibus facta mentione. Ex tertia fluxum aquæ, qualis tempore venditionis erat, Reo adiudicauit tantum areæ quantum postularet latitudo dictæ culinæ: ita vt mixtum & partim in hac causa obtinuerit Reus partim succubuerit; indeque reformandi seu prouocandi iustam causam habuerit: nam deferendi iuramenti in supplementum probationis quoad Actorem nulla iusta fuit ratio. Quamuis enim vnicum & sic insufficientem tantum habeat testem [a] Ioannem van Houte, qui deponit se venditioni interfuisse, & nullius conditionis mentionem audisse, præterquam de molienda culina, & ad aream redigenda: apertiora, tamẽ ac certiora sunt testimonia Rei, quod huiusmodi conditiones adiectæ fuerint. Nam de prima condirione assumẽdi oneris censuum ac redituum (super qua sola delatum est Actori iuramẽtum) aperte deponit Henricus Struyue, qui venditioni interfuit. Et quamuis hîc perinde vt Ioannes van Houte vitio singularitatis laberare videatur; fulcitur tamen eius testimonium aliorum duorum testimonijs Thomæ van

a l iurisiurandi C. de testibus.

Diepenbeke, & Iacobi Verpoerten: quorũ ille dicit quod orta quæstione super diuisione areæ quam Reus à Magistratu Antuerpiensiũ emit, eaq; ad amicos pro cõpositione eiusdem relatâ audierit, Reum rogatum à dictis amicis vt historiam rei actæ recenseret, inter alias conditiones referentem hãc, quod Actor deberet onus redituũ ac cẽsuum alcarũ domuum suscipere, & in se transferre, atq; ex dicta culina soluere; Actoremq́ Reo id recensenti nullo verbo contradixisse; excepta sola cõtrouersia de diuisione & assignatione areæ, quam Reus à magistratu Antuerpiensi emerat. Hic vero Iacobus Verpoerten testificatur quod Reus ei declarauerit emptionẽ sub huiusmodi conditione inter alias contractam fuisse, & quod iussus vt Actorem super has interrogaret, eundem Actorem interrogatum, fuisse confessum onus redituum ad se
1 pertinere. † Itaq; negatiua depositio Ioannis van Houte; quod scilicet non audierit mentionem vllius conditionis, præter illã de demolienda culina, his affirmãtibus testibus præualere non debeat, cum vnus testis affirmans plurimis negantibus præualeat [a]; nihilque vetet in longiore alicuius rei tractatione, alijs discedẽtibus, alijs accedentibus, multa dici, quæ ab omnibus nõ
2 exaudiantur; † Et plerosq; interesse tractatui, & non cõclusioni; qui ob id fidem mereri non debent [b]. Nec his tribus obesse debet singularitatis vitium, quasi ex tempore & loco non sint concordes; quod primus de tempore venditionis: secundus de tempore sequenti, quo de pace inter Actorem & Reum faciendâ agebatur: tertius deponat de alio tempore post venditionem factam. Nam primo testi Henrico Struyue adiungendum est testimonium ipsius Rei, non in hac causâ, sed in aliâ dictum; in quâ ex causa retractus in ius vocatus fuit hic Actor ad instantiam Henrici van Struque: in qua nec Actoris nec Rei partes sustinebat præfatus M. Hubertus; sic vt in propria causa non possit dici
3 deposuisse [c]. † Et quemadmodum illius solius testimonio (vti plerique volunt [d]) in ea causa credi debebat, quia scilicet de proprio facto deposuit [e]; & in ea caussa de eius commodo peculiariter non agebatur, cum nihil eius interessat an ab emptore, an à retrahente conditiones ven-
4 ditionis ei exhiberẽtur: † ita quoque idem testimonium in hac caussa etiam ad plenissimæ probationis effectum in fauorem Rei applicari potest; ob id quod Actor eodem testimonio in hac causa vtatur, illudque hîc exhibuerit ad probandam venditionem huius culinæ factam fuisse. Quo enim quisque vtitur testimonio, eidem

a gloss. in l. dictum. proferrẽ § si plures ff. de recep. arbit.

b gloss. L. Eleganter in princ. de condit. & demonstr. Baldus in l. si voluntatem C. de rescind. vendit.

c l. omnibus. C. de testibus l. nullus ff. eod.

d Alexand. consil. 197. In causa vertente. vol. 7.

e Salic. in l. si quis Decurio. C. De fals. Tyraquell. De retract. § . 1. gloss. 14. nu. 47.

eidem aduersus aduersarium contradicere
nequit[a]: præsertim quod non constet in eo
iudicio de retractu, Actorem huiusmodi
testimonio contradixisse. Nec ad rem facit
quod Actor restrictius, & cum protestatione
vtatur hoc testimonio; vt scilicet inde
probet venditionẽ & emptionẽ huius culinæ
factam fuisse: quasi id ei sufficiat ad
probationem simplicis, minimeque conditionatæ
venditionis, indeque velut fundata
Actoris intentione in Reum reijciatur
onus probãdi huiusmodi conditiones adiectas
fuisse. † Nam hic segandi diuidendique 5
tam testimonium, quam confessionem
Rei, nulla est probabilis causa aut ratio.
Cum enim idem simpliciter & qualificatiuè
fieri aut explicari possit, dicenti &
confitenti sub certa qualitate, aut conditione
aliquid factum esse, omninò credi
vel non credi debet. Nec permissum est dicti
aut confessi partem aliquam acceptare,
reliquam improbare. Id quod ab omnibus
traditur[b] in hoc exemplo, quo aliquis cõfitetur
se promisisse decem, vt stipulator
ei librum daret; in quo non permittunt
debitori vt acceptet concessionem de decem
promissis, reprobata conditione de
dando libro: Idque siue confitens aut deponens
multa capita conditionis, modi
seu qualitatis connectat; siue vnum tantum[c].
Cum itaque Actor testimonio Rei
in alia causa dicto, in hoc vtatur, consequens
est, vt ei quoque nocere debeat, qua
parte continet adiectiones harum conditionum:
ita vt vana sit Actoris frequens
illa inculcatio, quòd de venditione constet,
ex propria Rei confessione, in hac
causa facta, proprioque eius testimonio in
alia causa dicto. Deinde cum Actor in hac
causa vtatur testimonijs in illa causa receptis,
consequens quoque est vt illud permittere
debeat Reo[d], quod facit ad introducendam
vtilitatem, testimonij prædicti
Thomæ van Diepenbeke, cuius testimonium
in hac causa ex alia inter eundem Actorem
& Henricum van Struyue prius
peracta causa productum & repetitum est.
† Cum alioqui regulariter acta, & testifi- 6
cata in vna causa, nihil prosint aut obsint in
alia, præsertim quæ inter alias personas
fuit[e]. Quam probabilitatem pro parte rea
auget & illud, quod Actor ab initio egerit
ex simplici & minime qualificata aut
conditionata venditione; cum tamen obiectis
postea per Reum conditionibus,
confiteatur illam de demolienda media
parte culinæ. † Quæ variatio & inconstã- 7
tia, præsumptionem aduersus Actorem inducere
debet, accedentibus testimoniis
prædictorum Thomæ van Diepenbeke,
Iacobi Verpoerten, & Henrici Struyue:

a l. si quis testibus. c. de test. 16.

b Bald. & aly. l. siquidẽ, C de except. Cynus & Bald in l. 1. C. de Dona, ante nupt. Alexander cons. 87. in causa Ludouici vol. 1.

c Alexan. cons. 132. perlectis & ponderatis n. 21. & ibi Molin. in addit. vol 5.

d l non debet de reg. iur. c. non licet. eod. tit. lib 6.

e Bar. in Auth itẽ possessor C. qui potiores in pig & in l. 1. n. 1. C. quar. bonor.

cui Henrico fidem in hac causa derogari
non debet per testamentum M. Huberti
de Mangelere in fine causæ exhibitum,
probata eius cum Reo consanguinitate,
Nam consanguinei testimonium omninò
non reprobatur nec pro nullo est, sed mouere
debet iudicem ad suspitionem, & ad
pleniorem probationem, accedentibus aliorum,
qui ex conditione personæ non
improbãtur, testimonijs[a]. His itaque rationibus
adducimur iniustam esse delationẽ
iuramenti, & ex eius præstatione sequentem
absolutionem à suscipiendo, præstandoque
onere, omnium censuum ac redituum,
quibus demus Rei oneratæ erant:
tum quòd semiplenam probationem non
habeat Actor, propter prætactam depositionem
negatiuam vnici testis; tum quod
Reus plus quàm semiplena probatione
adiuuetur: testimonio scilicet Henrici
Struyue de actu ipso venditionis & conditionum
ipsi adiectarum; atque item Thomæ
van Diepenbeke de tacita Actoris
confessione, nec nõ Iacobi Verpoerten de
expressa eiusdem Actoris confessione. Ita
vt trium horum quamuis ex loco & tempore
singularium testium testimonia, Dominos
Iudices magis impellere debebant
ad credulitatem, vel saltem ad iuramentum
Reo deferendumquã negatiua depositio
vnici testis, alterius nullius testimo-
8 nio aut argumento adiuti. † Cum multorum
sententia sit, huiusmodi plurium testiũ
testimonia quãuis diuersa; hoc est partim
de re ipsa, partim de confessione partis,
alio atque alio loco seu tempore factâ,
cum ad vnum finem tendant, coniungenda
esse, & plenam aut saltem plusquam semiplenam
probationem facere[b]: & regulariter
Reo potius, quam Actori in re dubiâ
fauendum sit[c]. Quoad secundam conditionem
mertò quoque fieri debebat secundum
propositionem Actoris simplex declaratio,
non tantum de demolienda culina
media, ac relinquenda area, vt habet
sententia, sed etiam de muro ad
præscriptam altitudinem ponendo: ob id
quod Henricus Struyue id apertè deposuerit
cuius depositioni præfatus Magistratus
fidem adhibuit, dum deponit ex qua parte
huiusmodi demolitio fieri debeat, de quo
Ioannes van Houtem Actoris vnicus testis
nihil omnino dicit, nec se id scire aut audisse
testificatur: ita vt meritò in aliqua
parte ei fidem adhibentes, per omnia ei
credere & secundum eius depositionem
præsumptionem aliquam concipere, aduersus
Actorem debuerint. Quæ quidem
duorum testimoniorum Ioannis van Houte
& henrici Struyue comparatio verissimum
esse demonstrat quod superius diximus

a Iason in l. admonẽdi n. 166. de Iureiur.

b Ias. d. l. Admonendi nu. 209. in 2 lectu.

c l. fauorabiliores de reg. iur.

mus, negatiuæ depositioni Ioannis van Houte nihil tribuendum esse: quin ex hac comparatione constet quædam in illa conuentione esse acta & dicta, de quibus nihil omninò deponit Ioannes van Houte; quæ tamen partim per Actorem allegantur, partim per testimonia Rei probantur; velut de quarta conuentione comparandæ ac diuidendæ areæ, de qua tempore venditionis nihil se audisse deponit Ioannes van Houte: cum Henricus Struyue in hac, & Reus in caussa retractus, de eâ conuentione testificentur; ita quod verosimillimum sit, conuentionem de assumendis ac suscipiendis censibus, Ioanne van Houte absente, factam esse. † Quod etiam obseruandum est circa tertiam conditionem de 9
fluxu aquæ, de qua nihil dicit Ioannes van Houte; & tamen ad eum præstandum ex depositione Henrici Struyue condemnatur Actor, & rectè, præsertim quod verosimile sit id actum fuisse; cum huiusmodi apertæ ac manifestæ seruitutes, nisi nominatim excipiantur, in venditione, permaneat & perdurent quoties fundus vti optimus maximus est non venditur [a]. Sic vt depositioni Henrici Struyue fidem adhibendo in conuenta extensione huiusmodi seruitutis, paulò latior fieri debuerit, patiendæ ac præstandæ huiusmodi seruitutis condenatio. Quod in quarta quoque conditione dici potest, propter aperta testimonia Rei, & Actoris vnicum ac singulare testimonium de re post conuentionem initam inter Actorem & Reum acta super latitudine, quæ ex empta area Actori assignaretur. Cur enim propterea Excitata fuisset contentio & controuersia si ab initio de certa parte conuentum fuisset?

a *l. 1. §. 1. l. quæro. & ibi doct. de act. em pt. l. optem. de euict.*

SVMMARIVM.

Probatio.

1. *Litteras recipiens illas approbare cēsetur.*
2. *Compensare potest quod petitor, non alius debet.*
3. *Testi deponenti ad sui exonerationem non creditur.*
4. *Compensatio quomodo extinguat debitum.*
5. *Cumulatio plurium actionum quamdiu permissa sit.*
6. *Testi an salarium dari debeat.*

CONSILIVM LIV.

IN vtraque causa tam conuentionali, quàm reconuentionali obtinere debet D. Franciscus Melens Actor conueniens, & Reus reconuentus; aduersus VVilhelmum Coomans Reum conuentum. Etenim in conuentionali propria Rei conuenti confessio eum condemnat, dum confitetur se in societatem conductionis decimarum per actorem admissum esse, & arendam ipsam, cui ipse subscripsit, recognoscat. Et quamuis Reus negare videatur Actorē pro eo soluisse quindecim Florenos, cū quinque stuferis probatur id tamē multis modis. Primo per clausulam extractam ex libro magistrorum Fabricæ, in quo inuenitur annotata solutio septē modiorum, & septem molenuasorum siliginis, quæ erat pēsio totius locationis: quam solutionem Actor non in frumento, sed in pecunia pro frumento fecit, numeratis decem stuferis pro singulis halstarijs; vt apertè habet quitantia Ioannis Hulleberghe Magistri Fabricæ, qui solutionem recepit. Cui non obstat quod Reus obijcit scriptam esse hac lite pendente; nam cum scripta sit ab eo qui solutionem recepit, vim probatio-
1 nis habere debet. † Deinde de tanta quantitate soluta constat ex litteris missiuis per Actorem scriptis, quas dum Reus exhibet, aduersus se quoque admittere, & vim probationis in omnibus attribuere debet [a]; præsertim quod sine aliqua protestatione simpliciter illas exhibuerit. Recipiendo enim huiusmodi litteras in quibus quædam contra scribentem, quædam pro eo scribuntur, censetur recipiens omnia illa confiteri, & assentiri, si simpliciter & absque protestatione voluntatis contrariæ illa acceptat [b]; & cessantibus huiusmodi litteris confitetur, id quoque Reus in suo recōuentionali libello, dum calculum componit secūdum estimationem, quam Actor reconueniens pro prætactis septem modijs & decem moleuasis siliginis Magistris Fabricæ soluit; dicendo quod vltra octo florenos & septem stuferos quos ei ex credito Magistri Fabricæ imputauerunt ad causam dictæ admissionis in societatem arrendæ, tantum debeat sex florenos. Cum igitur constet de admissione ad partem huius cōductionis, constet quoque Reum medietatem decimarum pro anno 1561. recepisse, & denique constet actorem integram pensionem soluisse in pecunia ad summam tri-

a *l. Publia insin ff. depositi.*

b *l. si filius fam. patre absente Ad Macedo. cle. 1. de procurat.*

ginta florenorum, æquum bonum est dimidium illius, Actori refundi: quia soluendo Reum exonerauit, ac negotium eius vtiliter gessit; nulla Rei ne solueret pro eo, prohibitione antecedēte factâ a: sic vt negotiorum gestorum b, atque etiā pro socio, Actori competat actio, ad repetitionem eius quod pro Reo soluit c. Quam repetitionem & ex ea condemnationem, impedire non debet obiecta compensatio. Vltra quàm Actor admittit; videlicet primo de quatuor florenis pro quingentis fascibus, singulis centenarijs non ad septendecim (quod non probat Reus sed ad sexdecim tantum stuferos computatis; vt habet Epistola Actoris per Reum retenta & exhibita. Secundò de duobus florenis & octodecim stuferis pro auena. Tertiò de nouem stuferis, quos Reus pro solutione iucundi aduetus pro Actore soluit, & Actor agnoscit; & quarto de sex stuferis in quibus Actor fatetur se ex nouissimis rationibus Reo fuisse reliquatorem. Nam aliæ summæ, quas Reus ad augendum modum cōpensationis adijcit, partim probatæ non sunt, partim ad faciendam compensationem inidoneæ; quòd non respiciant aut contingant Actorem, sed alios, & præcipue magistros Fabricæ Ecclesiæ de Corbeke. † In compensatione autem facienda 2 id tantum obijci & proferri debet, quod Actor non alius debet Reo conuento d: Nec ad rem facit quod Reus dicat illa sibi debita fuisse à Magistris Fabricæ, quibus debebat solui ex caussa dictæ conductionis ad cuius communionem Actor Reum admisit: Nam primo ex libris rationum exhibitis cōstat illa omnia soluta esse Reo, quia soluta ibidem describuntur, nec præsumptio est pro allegatione Rei, quod annotata solutio vera non esset. Deinde vt verè fuerint debita, & per Magistros retēta seu dictæ conductioni imputata; tamen quia constat Actorem totam pensionem ijsdem Magistris soluisse, non potest Reus Actori nō esse obligatus; quia quoad ipsos Magistros pro se magis, quàm pro Reo soluit; cum Reus Magistris obligatus non fuerit, & ab Actore inuito tota summa peti potuerit, nulla etiam admissa compensatione debiti, quo Magistri Reo obligati esse potuerunt e. Ita vt quæ Reus retenta à Magistris proponit, si verè debentur, adhuc petere possit, & petenti in nullo obstabit dictæ medietatis decimarum pro vno anno perceptio, & ex ea compensatio: quia quicquid eo nomine Magistris debitum fuit, id solutione Actoris dissolutum fuit. Quamuis hoc interim verum sit ea quæ Reus in conuentionali causa pro compensatione obijcit, probata non esse; & præcipue de quatuor florenis pro locagio do-

3 mus. † Et licet Paulus de Briere, & Maria van Ysere, eius vxor deponant, Ioannem van Hulleberghe vnum ex Magistris percepisse ab illo duos philippeos; ijs tamen ea in parte credi non debet: quia sunt debitores quatuor dictorum florenorum. Ita vt cum ea depositio tendat ad eorum exonerationem, eis credi non debeat a; Præsertim quia Ioannes van Hulleberghe vnus Magistrorum, cui dicti duo testes huiusmodi duos philippeos se soluisse deponunt etiam à Reo productus id apertè neget. Similis est conditio duorum florenorum prolotione & purgatione templi, quos primo sibi debitos fuisse non satis constat nec satis probat, quosque Ioannes Steuens primus testis à Reo in conuentionali causa productus, dicit Reum recepisse; cuius testimonio cum eum produxerit stare de-

4 bet b. † Cum autem Actor prætactam cōpensationem de prætactis summulis conficientibus septem florenos & tredecim stuferos, statim obiectâ eā agnouerit & admiserit, non debet videri plus debito petijsse, eamque ob caussam in aliquo periculo expensarum esse. Nam compensatio à vera solutione multum distat, quia solutio statim ipso iure debitum vel extinguit, vel si pars eius soluatur, diminuit ipso iure; ita vt nulla amplius obligatio illius sit, aut petitio c: at quod ex aduerso creditor debitori debet quodque compensando seruari potest, ipso iure debitum non exstinguit, sed ita demum si compensatio obijcitur; tunc enim ex quo obiecta est ipso iure vel extinguit, vel minuit petitum debitum d; ita vt si non obijciatur Reus rectè condemnetur. Et sic quod dicitur ipso iure competere compensationem e, intelligendum est postquam de ea excepit Reus f; coque casu compensatio habet vim solutionis g. Quia igitur Actor obiectam compensationem statim admisit, nihil ei nocere debet integræ summæ petitio, ad obtinendam expensarum condemnationem aduersus eum. Quæ cum ita sint, in reconuentionali causa parum laborandum est pro deducenda necessitate absolutionis ad quam D. Franciscus contendit; ob id quod quæ ad compensationem admittūtur, velluti precium venditorum fascium, nouem stuferis pro solutione iucundi aduentus, sex stuferi ex reliquis antiqui computus, ac duo floreni cum octodecim stuferis ex vendita auena, condemnationi ex caussa reconuentionis subijci non possunt; ne Reus idem bis consequatur h; & quæ ad compensationem inidonea esse diximus, ad obtinendam reconuentionalem condemnationem nihilo aptiora sunt. Quod enim

a l. soluēdo de negotijs gestis.
b d. l. soluendo.
c l. omne aes alienum cū seq. l. si socij pro socio.
d Argumēto leg. eius C. de compensa. l. in rem §. creditor ff. eod. tit.
e argumento l. qui admittitur pro socio.

a l. omnibus C. de testib. l. nullus eod. tit. Bart. in l. differre §. ijdem, de receptis arbitris.
b l. si quis testibus. C. de testib.
c §. 1. inst. Quib. mod. toll. obligat.
d l. si constat C. de compens.
e l. verum est ff. de compensa. l. vl. C. eod. tit.
f Ioan. Fab. Ias. Zasius & alij in §. in bonæ fidei. Inst. de actio.
g §. penult. & ibi Zasius Inst. tit. de actio.

enim de duodecim stuferis proponitur pro salario soluti iucundi aduentus, prorsus illiberale est; tantam enim opellam custos suo pastori gratis exhibere debet, etiamsi ob eam causam solam Bruxellam profectus fuisset; quod tamen Actor negauit: & & tantò illiberalius, quia pro solutione nouem stuferorum ad impensam itineris referat duodecim stuferos, impensam re ipsa maiorem faciens. Quod ergo ab initio officij & amicitiæ fuit, non debet postea ex euentu dissidij conuerti ad obligagionem. Nihilo iustior est petitio sex stuferorum, pro descriptione conditionum, quibus decimæ quas D. Franciscus conduxit locatæ sunt: nam id ad onus Magistrorum, qui decimas locauerunt, & auctioni publicæ exposuerunt pertinet. Qui enim conditionem dicit aut præscribit, suis non alienis impẽsis id facere debet [a]: cum præterea ad abiectionem, quod à Magistris Fabricæ receperit viginti quatuor stuferos ne verbum dixerit. De petito Moleuase siliginis, nihilquoque probauit recõueniens; cum nemo testium sit qui de eo deponat, præter D. Ioannem Reulens; cui si credi debet in eo quod solus & vnicus deponat, id deberi [b], credi quoque soli debet cum adiungit se scire quod id reconuenienti solutum sit. In pari causa est petitio triginta stuferorum ex causa impositionum: ob id quod post negationem reconuenienti, nemo testium de ijs deponat, præter VVilhelmum Spagien, qui tamen ipse nihil veritatis de illis deponere sciuit, præterquam quod in libro impostarum scriptum esse dicat hæc verba **Heer Frans Melaens xx. stuyvers**, &c; quæ verba cum ambigua sint, & perinde sonent, ac referri possint ad solutionem, vt annotationem debiti, in dubio pro annotata solutione accipi debent; quia pro Reo & liberatione in dubio accipienda est præsumptio [c]. Quamuis interim si apertum esset hæc verba ad debitum referenda esse, dicto VVilhelmo credi non deberet; tum quia solus & vnicus esset [d]; tum quia dixit se reconuenientis socium in dictarum impostarum conductione; cui ob id minor fides adhibenda est, qnia socius socio generaliter, præsertim in re sociali seu societatis inidoneus testis est [e]. Vlterius vt pedem non figit reconueniens in petitione salarij pro seruitio nominis Iesu; ita nihilquoque de eo probat, nullo desuper producto teste aut instrumento; vti etiam præsumptio nulla est quod pro seruitio non ipsi reconuento, sed altari impenso reconuentus quicquam debeat. † Et in his quidem vltra
ea quæ Actor ad compensationem admisit 5
consistit totus libellus reconuentionalis,

a l. sed & si pupilli §. de quo. de Inst actio.

b contra l. iurisiur. C. de test. l. maritus de quæstio.

c l. Arrianus de oblig. & actio.

d d. l. Maritus d. l. iusiurandi.

e Bald. in l. omnibus C. de testib.

super quibus etiam solis, lis est per reconuentum contestata. Quibus tamen non contentus reconueniens post litem contestatam, & obtentis terminis probandi, alia super quibus nulla litis contestatio facta est, petijt; quorum ob id in hoc iudicio nulla haberi debet ratio, nec fieri condemnatio. Cumulatio enim plurium petitionum, & augmentatio libelli ex diuersis causis, permissa tantum est vsque ad litem contestatam, postquam nouo libello, & noua instantia, opus est [a]; ita vt vel hac sola consideratione recon-
6 uentus absolui ab instantia deberet. † Sed
vt reconuenienti sic depulso repetendi, iudicij occasio non relinquatur, dicimus nec in hoc additamento reconuenientem obtinere posse. Nam quatuor stuferi quos pro dicto testimonio petit, sordes reconuenientis demonstrant. Licet enim testi pro dicendo testimonio sumptus itineris prestari debeant [b], salariũ tamẽ pro eo præstari nõ debet, cũ testes inuiti cogi possint [c] & reuonueniens non alleget se ad dicendũ testimonium temporis, & rerum suarum iacturam fecisse. Rursum petitio lucri & interesse ex societate ad quam recõuentus recõuenientem admisit, ratione duorum annorum posteriorum, fundata non est: ob id quod non constet reconuenientẽ admissum esse ad totam societatem conductionis decimarum, quæ erat sexennalis, quia reconueniens id non probauit, sed tantũ pro primo anno, quo etiam Reus collegit medietatem, vti recõuentus declarauit, sic intelligẽdo allegationẽ suam in libello conuẽtionali de admisso Reo in societatem, cui declarationi in dubio standum est [d]; pro vt etiã pro ea stat iuris præsũptio, ex eo quod reconueniens de vlterioribus annis nihil proposuerit, donec per Aduocatum instructus diu post litẽ in vtraq; causa contestatã, cauillandi occasionem ex simplici & indeterminata Actoris propositione nactus esset, non omissurũ illam in principio, si in rei veritate Reus pro toto cõductionis tẽpore in societatem admissus fuisset: nõ permissurus etiam Actorem in sequentibus annis omnium decimarum collectionem, si pro ijs quoq; ad participationem cõductionis admissus fuisset. Proinde concludimus Reum in cõuentionali causa condemnandũ esse, vt Actori soluat petitos quindecim florenos cum quinque stuferis, permissa facultate defalcandi ex causa compensationis septem florenos cum tredecim stuferis: In reconuentionali vero reconuentum ab impetitione reconuenientis absoluendum esse; Reo conuento in expensis vtriusque causæ condemnato.

a Ias. in l. edi a C. de eden. nu. 29. & in §. Sin minus & ibi Zas. Instit. de actio.

b l. quoniam liberi. C. de testi. c. Statutum §. penult. in fin. de rescrip. lib. 6.

c Bald. in l. fin. in fin. C. de fruct. & lit. expens. Philipp. Francus in d. §. penult. n. 4.

d l. si quis intentione ff.

SVM-

SVMMARIVM.

Probatio.

1. *Excipiens quando confiteatur intentionem agentis.*
2. *Rati habitio mandato comparatur.*
3. *Testis dicens se credere non probat.*
4. *Probatio contrarij ex loco potens est.*
5. *Parentes & liberi sibi inuicem testimonium non dicunt.*
6. *Iur. mentum in defectum probationis deferri quando non debeat.*

CONSILIVM LV.

Visis actis in materia propositi retractus per D. Bernardũ van Etten, cõtra Petrũ Vogels deductis corã Burgimagistris & Schabinis oppidi Bredensis, sine difficultate videtur nobis pro retrahente seu Actore sententia ferenda; quod scilicet ad retractum admitti debeat D. Bernardus condemnato Reo opponente in expẽsis temerariæ oppositionis; idq; rationibus infrascriptis. † Nam in primis de con- 1
sanguinitate vendentium nulla dubitatio est; ob id quod Reus allegationem consanguinitatis in libello conuentionali per Actorem factam non negauit, sed ad exceptionem confirmationis per Actorem factæ confugiens, satis expresse eam confessus est. Quamuis enim exceptionem obijciens non videatur de intentione Actoris confiteri [a]; concurrentibus tamen alijs argumentis, dubium non est, quin exceptionis obiectio, veritatis probationem contineat. Argumenta autem hic sunt ex litteris venditionis prati contentiosi; Item testibus Rei, & præsertim testimonio Philippi van Meybuch; ex quibus colligitur, D. Bernardum Venditoribus iure sanguinis coniunctum fuisse; eoque cessante, quia in probatione obiectæ exceptionis defecit, vt mox dicemus, obiecta exceptio continet vim confessionis de intentione Actoris; iuxta theoricam Glossæ [b], Baldi [c], & Salyceti; in quo tamen insistendum non est, quod ex stylo laicorum tribunalium in his regionibus pro confessis habeãtur, quæ per aduersarium non negantur aut impugnantur; & denique Dominis iudicibus notior sit hæc consanguinitas, quàm vt lõga probatione probari debeat. Admissa igitur consanguinitate, & quod res vendita sit ex familia Actoris patrimonialis & non acquisita, vtpote deuoluta ad venditores, Actorem per successionem in bonis domicellæ Theodoricæ Daesdonck materteræ Actoris, nihil est, cur retractus locum habere non debeat: qui eò magis hic obtinere debet, quod Actor non tantum sit venditorum consanguineus, sed etiam in dominio huius prati consors, ideoque facilius ad retractum admittendus [a].

a l. exceptionem de reg. iur. lib. 6. l. non vtique de exceptionibus.

b In §. su[...] sexto. super verb confitentem in auth. de exhib reis.

c in l. 2. C. quand Fisc. vel priua.

e in l. etiam C. de exempt.

2 † Sanè obiecta exceptio quod scilicet Actor venditionem velut suo nomine factam ratam habuerit, & confirmauerit, quin plurimum momenti habitura esset si probata inueniretur dubium non est: cum enim ratificatio mandato comparetur [b], & non habeat ius retrahendi, cuius mandato res vendita est, quia ipse vendidisse videtur [c], certum esset Actorem ratificantem à retractu excludi. Cum autem probata non sit obiecta Actoris ratificatio, perinde haberi debet, atque si nec obiecta
3 fuisset [d]. † Quod vero non sit probata manifestò sic deducitur ex ordine testium, quos Reus ad hoc induxit. Primus enim M. Ioannes Daesdonck hoc apertè testatur se certo non scire, num Actor sympósio, in quo laudata & confirmata venditio dicitur, inter fuerit: & licet dicat se id magis credere, nihilo magis in præiudicium Actoris vertitur ea depositio, quæ non ex certo animi iudicio, sed fluxo, & ex credulitate probata est [e]. Sed & si sic accipienda esset ea depositio, quasi Actor sympósio adfuisset; non tamen per eandem probatur illa Actoris per Reum in responsione allegata solemnis ratificatio per in manuum conuentionem, cuius idem testis non meminisse non potuisset. Quod igitur idem testis addidit ab omnibus laudatam fuisse venditionem, ne contrarietatem contineat, accipiendum est de ijs præsentibus, qui & prius venditionis authores fuerant. In secundo teste rei ita gestæ maior videtur inesse assertio: sed quia vnicus & solus est, conteste carẽs, fide destituitur [f]; Præter, hoc fidem quoque non meretur, quod in sua causa deponat [g], pro exoneratione sui [h]: constat enim ex responsione Rei ad libellum Actoris, & ex alijs plerisque locis, Dominum Philippum van VVeinburck principalem venditorem fuisse, & sine vllo Actoris mandato præcedente nomine Actoris etiam hanc venditionem fecisse, interposita cautione de rato, & vt est vulgaribus verbis expressum hem ver-vanghende; quo ipso se euictonis nomine apud

a l. dudum in principio C. de cont. empt.

b l. licet de iudic. l. vlt. C. ad Senat. Consul. macedon.

c l. 1 ff quod iussu in principio.

d l in lege de contrahend. empt.

e gloss. in c. quoties in verb credere de testib.

f l. iurisiurandi de testib.

g l. omnibus C. de testib.

h Bart in l. desiere §. ydd decreuerunt. de tut. fis. Alexand. consi. 44. nu. 9. vol. 2.

apud Reum obstrinxit, si per Actorem contingeret hanc venditionem ratam non haberi; prout ratam non habere poterat[a]. Quia igitur interfuit, & interest Domini Philippi per Actorem laudari huiusmodi venditionem, id ipsum deponens, laudatũ scilicet esse, fidem nõn meretur. † Circa 4 Margaretæ Michaelis testimonium subsistendum non est; quod per Actorem in exceptionibus in testes propositis graphicè admodum ex temporis & loci diuersitate deductum sit, Actorem symposio per eum designato non interfuisse: cuius generis allegatio, quamuis negatiuam in se includat, probandæ & contrariæ assertionis excludendæ vim magnam habet[b]. † In testimo- 5 nio Theodorici Vogels perinde quoque hærendum non est: in ea enim causa est, vt quicquid deponat reijci debeat eius testimonium. Parentes enim & liberi siue pro, siue aduersus se inuicem, siue volentes, siue inuiti ad testimonium dicẽdum admittendi non sunt[c]; & præterea non deponit idipsum, quod Reus probandum proposuit, sed extra articulata[d]; neque etiam dispositiuè de aliqua Actoris laudationẽ, sed de Domini Philippi V Veynburck factæ laudationis repetitione. Sanè declaratio Rei testimonijs subiecta ad probationem nihil facit; tum quod pro testimonio esse non possit[a]; tum quod si nuda facti propositio est subsequente aliqua probatione non adiuuetur, & non tantum non adiuuetur, verum etiam, per contrariam & temporis & loci diuersitatem per Actorem in suis ex-
6 ceptionibus propositam subuertatur. † Et cum eo loco sint constitutæ probationes, in ea quoque conditione est causa vt ad iuramentum suppletorium decurri non debeat; ad quod ex communi Iurisconsultorum opinione[b], non est descendendum, nisi tũc cum semiplenè probatum est, quod suppletione iuramenti astruendum esset. Cum ergo nusquam sit aliqua semiplena probatio, & nemo sit qui de factæ laudationis indiuiduitate, deponat, præter D. Philippum V Veynburck, cuius testimonium fidem non mereri diximus, non tantum ex eo quod vnicum & solum sit, verum etiam ex eo, & quidem præcipuè quod velut in propria causa, cuius scilicet emolumentum & damnum ad ipsum suo etiam nomine pertineat, dictum sit[c], non est cur Domini iudices ad iuramentum oblatum Reum admittant.

a l. mater tua C. de rei vendic. tit. C. de reb. alien. non alien per totum.
b l. optimam C. de cõtrah. stipu §. si. in verborũ in stit. de inutil stipul.
c l. testis idoneus ff de testibus l. parentes, & ibi. gloss C. eod. tit.
d l si quis libertatem & ibi Doctor in fin. de petit. hered. Alex. consil. 90. n. 7. vol. 3.

a d. l. omnibus
b in l admonendi de iureiur.
c l. 1. §. in propria ff. Quand appell. sit.

SVMMARIVM.

Probatio.

1. *Domestico instrumento non credi.*
2. *Filio pro Patre scribenti non credi.*
3. *Confessio extraiudicialis non probat.*
4. *Res vendita alteri vendi potest.*
5. *Socij socius socio obligatus non est.*
6. *Obligatio duorum in viriles partes diuiditur.*

CONSILIVM LVI.

IVris quæstionem vix habet hæc causa, quæ est inter hæredes quondam Ioannis van Cauvvenhouen Actoris, ac Godefridum Bruelmans Reum; sed tota fere in facto consistit: in eo nimirum, num quod Reus negauit Actores probauerint, ceduam siluam per filium Ioannis venditam fuisse non tantum Petro Heems, sed etiam dicto Godefrido; & ita quidem quod fuerint constituti duo Rei debendi; sic quod ab eorum altero solidum exigi potuerit[a]. Ad cuius probationem Actores duplici genere probationis vsi sunt; primum per scripturam dicti filij in libro sui Patris scriptam, deinde per testes; quæ duo an ad fidem veri constituendam sufficiant, excutienda sunt. † Quoad primum manifesta 1 est iuris ratio quod huiusmodi domestico instrumento, ac priuatæ scripturæ, seu annotationi credendum no sit[b]. Neque maiorem fidem meretur ex domo Actoris per Actorem, aut eius nomine per domesticam personam producta scriptura, quàm Actoris proprium testimonium, quod constat nullam prorsus fidem facere, imo nec vllum indicium[a]; & vt filius Ioannis in testem productus viua voce deponendo nihil prodesset Actori[b], ita nec eius scriptura: parem enim vim habent instrumenta, & testimonia[c]. Quid enim vetat quandocunque libris proprijs inserere quodlibet, & quod in successu, ac euentu rerum postulat scribentis vel necessitas, vel vtilitas? vti verosimile est hic factum esse, præfato Petro vero emptore ad inopiam redacto, vt ex aduentione huius Godefredi Acto-
2 ribus res salua esset. † Quam suspicionem auget prætactæ scripturæ interlineatio extra contextum positis, & per suppletionem adiectis verbis ijs, quibus semotis extra omnem obligationem, & obligationis suspicionem esset Reus; Cum autem iuris ratio

a l. 2. & 3. §. 1. de duobus reis.
b l. instrumenta C de probat.

a l. omnibus C de testibus l. nullus. ff. eod tit.
b l. 2 l parẽtes. eod. de testib.
c l. in exercendis. C. de fid. instru.

ratio hac in parte certa sit, nihil faciunt te-
stimonia Balthasari Platynemakere, &
VVilhelmi Pin, de fide & integritate
Ioannis filij: nam nulla quantumuis, &
constans integritas facit, vt filio pro patre
scribenti, vel deponenti, aut Actori in pro-
pria causa testimonium dicenti credatur [a].
Quinimò ad falsi suspicionem procliuius
trahitur, quod filius, quam alius quiuis
pro patre scribit [b]. Constat igitur nullam
probationem constituendam esse in dicta
scriptura, nuda præsertim; quando patre
mortuo ad Ioannem filium & pro par-
te hæredem, periculum, & commodum
huius litis pertinet. † Quoad testimonia 3
plus quidem apparentiæ sed nihilo plus
veritatis est; nam quod Iacobus vander
Meulen, Aegidius VVillems, & Ioannes
van Cauenbergen deponunt, se audiuis-
se, ex Godefrido, & Petro quod simul ha-
berent dictam syluam, necessario non ar-
guit emptionem, quam Actores allegant;
cum id fieri potuerit (prout Reus factum
esse allegat) ex noua conuentione inter
Petrum primum emptorem siluæ, & Reum
facta; ita vt cum necessario non concludat
illa Rei confessio, probationis vim hic
non possit habere [c]: præsertim quod
extraiudicialis sit, parte absente fa-
cta [d], & de ea deponunt testes singulares ex
loco & tempore: quia excutiendo testium
dicta, non inueniuntur duo qui deponant
se vno & eodem loco, ac tempore id audi-
uisse: sic quod etiam ex hac consideratio-
ne minus tribuendum sit huiusmodi depo-
sitionibus [e]. In qua conditione etiam col-
locanda sunt, quæ ijdem prædicti testes,
nec non Aegidius Velthaen, & VVilhel-
mus Svveerts testificantur, quod Reus
syluam cum Petro cedi fecerit, operarijs
mercedem pro parte soluerit, & partem
lignorum auexerat: nam ea omnia fecit
Reus iure conuentionis, quam inijt non
cum Ioanne, aut eius filio, sed cum Petro
emptore † nihil enim vetat rem emptam 4
alij pro parte, vel toto vlterius vendere,
aut conductam vlterius locare [f]; † & so- 5
cietate inter quosdam contracta, potest
quilibet in partem suam alium socium ad-
mittere, qui admissus cum admittentis so-
cij socijs, nihil commune habet, nec iure
societatis eis vllo modo obstrictus est,
nec eos obligatos habet [g]. Sic quod in
proposito nihil prosit Actoribus, qui cum
solo Petro contraxerunt, quod idem Pe-
trus postea emptionis suæ socium fecerit
dictum Reum, Paulo pressius vrgere vi-
detur, quod deponunt Cornelius Bos-
scharts, & Maria vxor Petri Oliuiers; quia
deponunt non soli Petro, sed duobus fuis-
se vēditam hanc syluam. Verum cum neu-
ter horum deponit, quod Reus huius cau-
sæ, alter illorum duorum fuerit, nihil cu-
randa est eorum depositio, quia necessario
non concludit. Vt nec illud concludit
quod Actores allegant, Reum rogasse fi-
lium Ioannis, vt etiam procederet contra
Petrum; id enim ita factum esse Reus
negauit, confitendo tantum quod filio
Ioannis expensam pecuniam pro citatione
Rei dederit, vt à vexatione litis libera-
retur, & litem in Petrum verum empto-
rem auerteret: quod sæpe vsu venit in ho-
minibus timidis, modestis, ac pacificis [a].
6 † Nouissime si vlla ratione probatum vi-
deri posset Reum quoque à Ioanne seu
eius filio emisse (quod tamen mihi non
videtur, & exacto iureiurando à Reo di-
lucidius sibi Dominus Iudex persuadere
posset) adhuc tamen non poterunt Acto-
res obtinere in sua conclusione, in qua so-
lidum petunt à Reo; cum eo casu nisi di-
midium triginta octo florenorum ab eo
exigere possent, & non constet eos duos
Reos debendi esse constitutos; non enim
qui coniunctim sese ex eâdem causa vni
obligant, in solidum tenentur, sed tantum
in viriles partes; nisi apertè dictum & cau-
tum sit quod sint duo Rei debendi, seu
quod quilibet in solidum teneatur [b], quod
hic factum esse probatum non est. Nam
quod in dicta scriptura priuata per supple-
tionem ac interlineationem adiecta con-
spiciantur hæc verba **egelick een voor alle,**
hoc est, singuli pro toto, pro probatione
habendum non est, propter rationes aduer-
sus totam eam scripturam, paulò ante ob-
iectas, & licet Maria vxor Petri Oliuiers
deponat quod vt melius recordatur, filius
Ioannis legerit, **een voor all**, pro semiple-
na probatione accipiendum non est; tum
quod assertiue id non deponat, sed dubi-
tatiue per hæc verba, *vt melius recordatur*,
nec sane verosimile est mulierem rusti-
cam quæ intelligere non potuit vim ho-
rum verborum, potuisse habere, ac retine-
re memoriam illorum, post lapsum qua-
tuor annorum & amplius: Tum etiam
quod Cornelius Bosscharts, qui de eodem
actu, & tempore deponit, dicat se non re-
cordari, quod Reus, & Petrus promise-
rint indiuisim satisfacere. Sic quod in te-
stimonio Mariæ dubitatiue deponentis,
& cuius testimonium non adiuuatur per
depositionem Cornelij in eodem actu præ-
sentis, non possit vis semiplenæ probatio-
nis constitui, ad quam Actoribus seu Ioan-
ni Goes filio in supplementum probatio-
nis iuramentum deferri possit; præsertim
quod hæc pecunia (sicut Actores allegant,
& suis libris inscriptum esse dicunt) de-
buerit solui in festo S. Ioannis Baptistæ,
& Ba-

a *l. l. omnibus. d. l. parentes, & vtrobique Doctor.*

b *l. de eo ad l. Cornel. de fal.*

c *l. neque natales. C. de probatio.*

d *l. certum. §. si quis absente de confess.*

e *l. iusiurandi. C. de testib.*

f *l. si alienam cum l. seq. ff. locati. l. nemo C. eod. tit.*

g *l. qui admittitur. cū 2. ll. seq. ff. pro Soc.*

a *arg. legis quæ sub conditione. de condit. instit.*

b *l. 3. in fin. prin. de duob. reis. auth. hoc ita. C. eod. tit.*

& Batonis; cuius exactionem quondam Ioannes van Couvvenhouen, ad rem alioquimultum attentus, non erat tam diu dilaturus vsque ad biennium quo hæc lis aduersus Reum instituta fuit, si Reus benè soluendo, eius debitor fuisset. Sic quòd manifestum sit hanc causam ex euentu natam esse, propter insoluentiam, & inopiam Petri. Vnde existimo Reum ab impetitione Actorum absoluendum, & Actores in expensis litis condemnandos.

SVMMARIVM.

Probatio.

1. *Reo in obscuris fauetur.*
2. *Probationes arbitrariæ sunt.*
3. *Testes assertiue deponere debent.*
4. *Scriptura quomodo probanda sit.*
5. *Comparatio litterarum quomodo fieri debeat.*
6. *Scriptura propria nemo sibi debitorem facit.*
7. *Tutor pro Domino habetur.*
8. *Testes valetudinarij quando producendi.*
9. *Causa propria quæ dicatur.*
10. *Consobrinus quando testis esse possit.*
11. *Testis quo tempore idoneus esse debeat.*
12. *Infamia iuris retro non trahitur.*
13. *Vxor marito non præiudicat.*
14. *Tutor iuuare non tenetur pro pupillo.*
15. *Testes deponentes se vidisse instrumentum an probent.*
16. *Reditus pecunia constitutus debet esse ex voluntate testatoris redimibilis.*

CONSILIVM LVII.

IN causa quæ coram Magistratu Antvverpiensi pendet inter Arnoldum van Veltvvijck tutorem seu curatorem prolium quondam Domini Gerardi van Veltvvijck Actorem, ac domicellum Danielem Rattelur maritum domicellæ Catharinæ Cuebels viduæ quondam Ioannis van Monnickhouen, & tutores eiusdem Ioannis Reos, facti magis quàm Iuris est quæstio: ita vt in testimonijs ac instrumentis status ac diiudicatio causæ, consistat; sed ita vt propter probationum imperfectionem, & rei de qua agitur, obscuritatem atque ambiguitatem ad partes Reorum victoria causæ inclinare videatur: † vt gene- 1
raliter in obscuris Reo potius fauetur, quã Actori [a]; liberationi potius, quàm obligationi [b]. In quo demonstrando etsi opera nostra post diligentiam Domini Aduocati causæ non admodum sit necessaria
† præsertim quia probationes Iudicis arbi- 2
trio relinquendæ sunt, quod in animi ac iudicij ipsius motu positæ sint [c], ideoque arbitrariæ dicantur. [d] propter arbitrij & voluntatis, quibus testimonij fidem adhiberi velit, quibus non, magnam potestatem: paucis tamen pro commouendis animis Dominorum Iudicum, & ad coadiuuandam prædictam victoriæ inclinationem, probationes partis agẽtis excutiemus. Hęc inprimis plurimũ adiuuẽnti ad debilitanda Actoris testimonia & præsumptionem ex parte Reorum constituendam, conferre dicimus, quod cum de ingenti & admodum magna pecuniæ summa hic agatur, de 8000. florenorum, seu vt habet libellus & conclusio Actoris de 1361. libris grossorum monetæ Flandriæ, propter excurrentem summam, nulla exstat huiusmodi immensi debiti directa probatio, nullis productis testibus, qui vel de numeratione pecuniæ, vel promissione Ioannis notitiam aliquam habeant; nullo etiam prolato chirohrapho, aut libris rationum præfati Ioannis; non probata denique vel breui aliqua chartula, ex omnibus scriptis aut libris Domini Gerardi asserti creditoris. Cum enim ex omnium testium, quos Actor produxit, testimonijs constet Dominum Gerardum virum fuisse magnum, prudentem, ac Cæsareæ Maiestatis Consiliarium, non cadit in sensum viri prudentis ea cogitatio aut opinio, quod tantam summam tam temerè & incaute alteri credere voluisset, non adhibitis testibus, nulla exacta cautione seu syngrapha. Referuntur enim hæc ad prudentis, cauti, & prouidi viri curam ac sollicitudinem [a]. Neque etiam verosimile est D. Gerardum nihil annotaturum fuisse vsquam inter chartas suas de hac tam magna summa. Ita vt cum horum omnium, quæ ad securitatem probationis contracti debiti ex numerata pecunia, lex si non necessario exigit, pro consilio tamen & cautione suggerit [b], nihil proferat Actor nec probabile aut verosimile sit Dominum Gerardum consiliarium tam notabilẽ sum-

a Vsucrabilores de reg. iur.
b l. Arrianus de oblig. & actio.
c l. 3. §. 1. de testib.
d Bart. in l. Lucius de his qui no. inf. Bald. in l. vlt. C. comminat. epist. Decius conf. 94. in casu ad me transmisso n. 2 & conf. 448 in to ta. Socinus nepos conf. 32. vt presentialiter consulen tonis. nu. 11 vol. 2.

a Auth si quis vult caute C qui po. in pig.
b d. Auth. si quis vult caute.

summam, si verè ex ea cum præfato Ioanne in creditum itum fuisset, vsque adeo neglectum habiturum fuisse. Verisimilitudo quoque aut præsumptio nulla esse aut stare potest pro intentione Actorum, dum vtuntur indirectis, obliquis, & præsumptiuis tantum probationibus, iisque adhuc in suo genere imperfectis & dubitabilibus. Inter quas primo loco collocantur duæ Epistolæ, quæ à Domino Gerardo scriptæ dicuntur; altera ad Arnoldum Veltvvijck; altera ad viduam Ioannis van Monickhouen.
3 † Sed his parum tribuendum est; primum ex eo quod illas Rei non agnoscant, & manu Domini Gerardi scriptas esse neque Rei sint confessi, neque per Actorem plene sit probatum. Nam ex octo testibus ordinariè auditis, secundus, tertius, quartus, & sextus dicunt certò se non scire an manu D. Gerardi scriptæ sint; quintus se nescire dicit: & cum primus se credere, sed non audere id affirmare, septimus pro suo meliore iudicio manu Domini Gerardi scriptas esse dicunt nihil probant: assertiuum enim non dubitatiuum debet esse dictum testis vt fidem faciat, non de credulitate, non de iudicio aut opinione[a]. Dubitantis enim non scientis sunt hæc verba, & dubitantis nulla est assertio, nulla affirmatio.
4 † Et quamuis octauus, atque item M. Philippus de Langhe valetudinariè producti, audentius deponant se bene scire quod vtraque Epistola sit scripta propria manu Domini Gerardi; nihil tamen probant, cum scientiæ suæ causam aliam, quam quæ cum dicto in diem recurrat non proferant[b], etiamsi dicant se bene nosse manum & scripturam eiusdem Domini Gerardi: cum ad probandam scripturam aliquam, quidam scrupulosius etiam hoc requirant, quod testes super hoc inducti, dicant se præsentes fuisse cum illa ipsa scriptura, de qua quæritur scriberetur, & vidisse eam scribi [c].
5 † Quin imò hoc amplius tradit Bartolus, ad confirmandam fidem depositionis, & faciendam plenam probationem, comparatione litterarum per exhibitionem aliarum indubitatarum scripturarum illius de cuius manu quæritur, opus esse: quod indubitatum & authoritate Sacri Concilij Neapolitani decisum esse[e], testatur Decius[f]. Etiam tunc cum profertur formalis debitoris alicuius syngrapha, vel creditoris apocha seu quitantia, quæ solent plerumque maiore maturitate ac pingendi diligentia conscribi, quam Epistolæ familiares quæ cursoria manu, perfunctoria opera communiter perscribuntur. Ita vt in proposito nuda assertio scripturæ priuatæ per duos tantum testes facta, non adiuncta exhibitione, aut comparatione aliarum scripturarum, deficiente testis dum scriberetur præsentia, & nemine horum testium deponente, quod Dominum Gerardum vnquam viderint quamcumque aliam scripturam scribentem[a], nullam fidem probationis facere possit; præsertim concurrentibus causis quæ alioqui per se omnem fidem his duobus testibus detrahunt, ex conditione, & qualitate personarum de quibus paulo post dicetur.
6 † Secundo præsupposità probatione scripturæ nihilo magis eis standum est contra Reos ad faciendam probationem, tanti mutui seu crediti; ob id quod vtraque producatur ex domo Actoris[b], & vtraque scriptura dicatur scripta manu, non debitoris, sed creditoris, qui scribendo probationes, sibi facere non potest, cum id exemplo perniciosum sit; ideoque iniquum esse dicitur, vt sub propria annotationis manu, quisque debitorem sibi faciat[c]. Tertio quod altera minor scilicet, quæ ad viduam dicitur scripta, & anno caret, nullius summæ, nullius certi debiti, mentionem faciat, & præterea ad viduam missa non sit, cum ab Actore non à vidua proferatur[d]: & quod altera, quæ ad Arnoldum Veltvvijck missa dicitur de 8000. de reditu 500. florenorum loqui videatur incerta sit & fluctuet; vt ex eius tenore conspicitur, vt minor sit occasio credendi ei qui pro se scribit, in scriptura tendente ad obligandum alterum[e]. His literis non confidens Actor, ad aliud commentum confugit, dicens quod mortuo Domino Gerardo in eius domo mortuaria conuenerint Actor domicellus Daniel Rattaller, D. Philippus Cuebels, & M. Arnoldus Cuebels; quodque ibi prolatus fuerit quidam libellus seu registrum in quo manu quondam Ioannis van Monickhoue fuisset descriptum, quod vltima Decembris anno 1548. inter ipsum & Dominum Gerardum rationes subductæ fuerint, & quod Ioannes manserit reliquator in summa 1361. librarum duorum solidorum & vnius denarij monetæ Flandriæ; quodque huiusmodi rationes dicto libello inscriptæ fuerint manu Domini Gerardi subnotatæ; quodque inter prædictas personas huiusmodi rationum consolidatio, & debiti liquidatio pro vera & indubitata tunc habita fuerit, sola controuersia mota de vsuris seu reditu dicti debiti. Sed hic rursum post formalem & plenam constantemque negationem, defectus probationis obijcitur; & rectè. Nam de hoc tractatu Bruxellis habito, primus

a Angel in l. sciendum. de verborum oblig. Alex. cons. 74. viso testamento volum. 1. Bald in l. de quibus. de legibus.
b l. solam. C. de testib.
c Alex cons. 80 viso processu. vol. 4. per notata in Auth. & si contractus. C. de fide Instru. Bar. in l. scripturas C. qui potio. in pig. Alex cõs. 123. Discussis. nu. 5. vol. 1. & consil. 76. ponderatis his nu. 4. vol. 3.
e Math. de afflict. decis. 181. in quodam
f Cons. 615. viso inquisitione nu. 3. in fin.

a Saly. & alij in l. comparationes C. de fide Instr.
b l. instrumenta domestica C. de proba.
c l. exemplo. C. de proba.
d l. vlt. C. de conuen. fisci deb. lib. 10.
e d. l. exemplo l. rationes. C. de probationibus.

primus testis ordinariè productus nihil deponit, vt nec secundus. Tertius quæ mulier est, deponit se ex Reis audisse quod Bruxellis de hoc debito cum Actore fuerit tractatum, sed cum sola id de relatu Reorum deponat, & de tractationis modo aut forma nihil dicat, nullum momentum in eius depositione ponendum est[a]. Quartus, quintus, sextus, & septimus testes qui de hoc tractatu deponunt apertè declarant sibi relatum esse, ab ipso Actore, ipsos in testimonium producente cuius generis testimonium nihil probat etiamsi loquatur de relatu tertij[b], multo minus de relatu ipsius Actoris, qui vt ipse testimonium sibi dicere non potest in causa, quæ ad eum vt Dominum[c] aut tutorem seu curatorem pertinet[d]; ita nec dicendo aut referendo, testimonium sibi, causæque suæ parare. Et licet Blasius Roelants sextus testis deponat, se quoque de hoc tractatu intellexisse à Reis: in eo tamen planè singularis & vnicus est, ideoque nullus[e], & extra articulata deponens[f] de alio tractatu & communicatione in domo mortuaria Ioannis Monickhouen habita, de qua Actor nihil proponit. Et cum omnes hi testes nihil deponant de certa summa debiti, nec de tenore tractationis, multo minor eis adhibenda fides. Omnem difficultatem faciunt M. Philippus de Langhe valetudinariè productus; & M. Arnoldus Veltvvijck, octauo loco ordinariè examinatus, apertè & sine simulatione deponentes de huiusmodi tractatu Bruxellis habito, de debiti in tanta summa agnitione, ita vt in eorum depositionibus resideat totius causæ difficultas. Sed in processu ac disquisitione non pauca occurrunt, quæ difficultatem vel prorsus tollant, vel illam saltem ex parte Actoris constituant, ad inducendam obscuritatem & ambiguitatem causæ, quam pro absolutione Reorum obtinenda sufficere diximus[g]. † Et quidem primò, M. Philippo 7
ad detrahendam ei in hac causa fidem obijcitur, (vt nobis proponitur, nam ex chartis nobis exhibitis id non deprehendimus,) quod sit prolium Domini Gerardi tutor seu curator. Tutor enim seu curator cum pro Domino sit[h], testis pro suo pupillo vel minore esse non potest[i], † cui- 8
que ob id minus in proposito credi debet, quod citra omnem necessitatẽ, extra ordinem iuris productus & examinatus sit, de qua necessitate primum constare oportet Iudici antequam huiusmodi testis receptionem decernere possit, sic vt aliter recepta valetudinarij testis depositio nulliter facta dicatur[k]. M. Paulo Veltvvijck

a l. iurisiurandi C. de test. l. Maritus de quæst.
b gloss. & Doct. in l. testium C. de de test.
c l. omnibus de test.
d l. vlt. & ibi gloss. de testib.
e d. l. maritus d. l. iusiurandi.
f c. de testib. de testibus. Bart in l. si duo § idem Iulianus de iniur.
g l. fauorabiliores de reg. iur.
h l. qui fundum, § si tutor ff pro emptore.
i l. vlt. & ibi gloss. de testib.
k Bart. in l. in lege Aquilia ff. ad legẽ aquil. Roman. cons. 28. viso processu nu. 16. vol. 3.

duo obijciuntur quod sit Actoris filius, & præterea Domini Gerardi patruelis, & denique per sententiam in causa criminali infamis. Filio enim in causa patris ius
9 dicendi testimonij non est[a]. † Et quamuis hæc causa dicto patri omninò propria nõ sit[b]; in cura tamen ac sollicitudine ipsius est, & in ea pro Domino habetur[c]; sic vt in illa tanquam in sua non possit testimo-
10 nium dicere[d]. † Patrueli quoque & consobrino quamuis benè permittatur ius dicendi testimonij in causa sui compatruelis seu consobrini vbi de parua quantitate agitur[e]; tamen vbi de magna summa quæstio est, vt est in casu subiecto, non potest in consanguinei tam propinqui testimonio plenæ probationis effectus constitui: vsque adeo vt semiplenam probationem consanguinei testimonium in magna caussa non faciat, nisi aliqualem suspicionem tantum ex qua sequi non potest condemnatio[f]. Accessio infamiæ ne suspicioni quidem lo-
11 cum relinquit[g]. † Nec ad rem facit quod in conditione testis expendenda, an sit idoneus, an inhabilis inspiciendum sit tempus, quo in testem producitur & examinatur[h]; nam quamuis hoc sit verum si causa infamiæ depositionem sequatur; verum tamen non est, si causa infamiæ antecedat: hoc est, delictum de quo condemnatus est, & ex cuius condemnatione consurgit, seu consequitur infamia, antea sit
12 perpetratum. † Licet enim infamia iuris semper non retrotrahatur ad tempus delicti commissi[i]: infamia tamen facti ex die delicti sicut vmbra corpus comitatur & sequitur delinquentem[k], efficitque vt testis sic infamis, omni exceptione maior sit. Cum ergo crimen concussionis de quo M. Paulus condemnatus est, antiquum sit & notorium, semperque postea contracta vitæ infamia, antecedenti vitæ & bonæ famæ detrahat, integrum & omni exceptione maius hic haberi non potest eius testimonium; concurrente præsertim prædicta etiam multum detrahente qualitate consanguinitatis in tam propinquo gradu. Quibus exceptionibus ex conditione & qualitate dictorum duorum testium cessantibus, fides eorum testimonijs detrahitur ex illorum varietate ac diuersitate quæ coniunctioni testimoniorum plurimũ obstare & singularitatem testium inducere solet[l]. Quæ diuersitas in pluribus deprehenditur: primum in tempore: hic enim de semestri, ille de quatuor aut quinque mensibus dicit; ille deponit præsentem fuisse M. Arnoldum Cuebels, hic absentem; ille librum rationum prolatum tunc manu Ioannis scriptum & per Dominum Gerardum subscriptum fuisse non dicit,

a l. parentes. C. de testib.
b l. 1 § in propria cum § sequent. ut nemo in suam causam iudicet? vel quando appell. sit.
c d. § si tutor
d gloss. l. vlt. de testib. Stepha. Aufre. d. cisca. capell. Tholosana 204. in addit.
e Bald. cons. 188. Consobrinus vel patruelis vol. 4.
f Iason in rep. l. admonendi. nu. 166 de iureiur.
g l. 3. in princ. & §. lege Iulia de testib.
h c. præterea. de testib. cogendis.
i l. ad testium § conditioni. de testa. l. 1. & ibi Doct. C. eod. tit.
i l. furti & ibi Doct. de his qui no. infa.
k Bar. in l. 3. § quæ causa. de Carb. edict.
l l. qui falso. de testib.

 sed

sed addit vtramque partem ibi confessam fuisse, quod manu Ioannis esset scriptus, & per D. Gerardum subscriptus; de qua confessione hic nihil dicit, sed esse manu Ioannis scriptum, & manu Domini Gerardi subscriptum, constanter nulla scientiæ causa affirmat. M. Philippus dicit de debito principali nullam fuisse querelam, M. Paulus dicit vlterius quod domicellus Daniel huiusmodi debitum recognouerit & soluere obtulerit. Quæ notæ variationis & contradictionis per Aduocatum causæ in scriptura replicæ latius deductæ, plurimum hîc Actoribus ad diminutionem probationis in his duobus testimonijs facere debent. † Quo- 13
rum testimoniorum veritate præsuppositâ, nihil adhuc nocere debent; ob id quod huiusmodi confessio dicatur facta ab his quos hoc debitum propriè non contingit, sed mamburni & tutores tantum sunt; hoc est à domicello Daniele Marito & mamburno dictæ viduæ, ac M. Arnoldo tutore prolium Ioannis Monickhouem. Iam vero certum est maritum vxori non præiudicare contractu vel confessione [a]; nec tutorem pupillo, nec curatorem maiori [b]: præsertim quando huiusmodi confessio est extraiudicialis [c], vt est hæc de qua hic agitur; alioqui aperta via esset tutoribus & curatoribus res pupilli aut minoris confitendo profundere & perdere per huiusmodi voluntarios actus [d]; non concurrente potissimum verosimilitudine confessionis, & ex aduerso concurrentibus alijs, quæ huiusmodi verosimilitudinem auertunt; de quibus in principio huius consultationis diximus. Quibus adiungi quoque potest illud quod inter testes per Actorem productos, aliquot ipsi Ioanni Monickhouen partim coniuncti, partim familiares & domestici fuerint: nemo tamen sit qui dicat se in illius vita de huiusmodi aliquo debito, vel verbum audisse: & inter illos sunt duo primus scilicet & secundus, qui dicunt se vidisse in manibus domicelli Danielis quendam oblongum libellum continentem quædam negotia Domini Gerardi & Ioannis, sed de debito aliquo dicunt se nihil scire. Quod quidem debitum si verè contractum fuisset, non fuisset reiectum in tam abiectum libellum quatuor paginis tantum constantem, & formam registri seu celebris libri mercatoris (qualem fuisse Ioannem ipse Actor etiam allegat) nullo modo habentem; nullâ huius debiti vel tenui mentione inuenta in alijs solemnibus libris negotiationum & rationum præfati Ioannis. Sic quod hinc desumi possit, alia coniectura negotij alicuius parui & exigui, quod officij, non obligationis aut conuentionis nomine Ioannes pro Domino Gerardo amico suo subierit. Vnde cum erronea deprehendatur huiusmodi confessio, quam tamen Rei negant & cuius contrarium vbique ac per omnia sustinent, nulla debet hîc haberi consi-
14 deratio † At neque illius, quam in hoc iudicio fecerunt, declarando se non ausos iurare Ioannem in nullo fuisse Domino Gerardo obligatum: quia in illa nulla est assertio, sed dubitatio, quæ præsertim in alieno facto merito retrahere debuit audaciam iurandi, & inijcere timiditatem illius; cum non improbetur iurandi tarditas ac timiditas propter periurij & diuini numinis metum [a]: cum etiam defensor, tutor, aut curator iurare
15 non teneantur [b]. † Nec illud prætermittendum est, quod testibus deponentibus se vidisse aliquod instrumentum etiamsi referant illius tenorem, si cum debitum contraheretur, vel à debitore recognosceretur, non fuerunt præsentes, credi non debeat [c]. Quod hîc potissimum obtinere debet, ex eo, quod non probetur prætactum libellum interuersum aut sublatum esse per ipsos Reos, qui se super eo etiam in forma iuris expurgare offerunt. Cum igitur Actorum causa in luce probationis non consistat, neque de debito plenè aut semiplenè constet; magis est, vt secundum Reos absolutoria sententia hîc proferri debeat, præsertim quia cum neutra partium, quæ huius debiti authores dicuntur, supersit; neutri in supplementum probationis deferri possit iuramentum: quia cum hic nullum versetur factum principalium partium in hac lite contendentium inter quas nullum negotium contractum est, neutri deferri potest iuramentum; quod quisque de suo, non alieno quod ignorat facto, præstare tantum potest [d]. Ita vt in probationis plenæ defectu, æquius sit Reos
16 absolui, quàm condemnari. † Cuius absolutionis occasio procliuior hîc esse debet, ob id quod Actores sortem principalem seu capitales denarios cum vsuris seu cessis reditibus petant: cuius petendi actionem habere non videntur. Ita enim in libello constituunt, quasi Ioannes Monickhouen Domino Gerardo accepta magna summa cõstituerit reditum annuum quingentorum florenorum: quo constituto non est in potestate conditoris aut illius hæredum pro arbitrio sortem seu capitale repetere, sed tantum cessas pensiones reditus. Ea enim est natura reditus pecunia constituti [e], vt in arbitrio debitoris

[a] l. 1. C. ne uxor pro marito.
[b] l. 3. §. sed an ipsos de conf. ff.
[c] Bar. in d. §. sed an ipsos. Bald. in l. in contractibus § sed quoniã C. de non nu mera. pecu.
[d] Philipp. Corneus cons. 269. Post cõsilium nu. 7. vol. 1.

[a] l. quæ sub condit. post l. prime de cõdi. inst.
[b] l. iusiurandum. & ad pecuniam § e si pupillo de iuretur. l. videamus. §. curatores. de in litem iurando.
[c] Panorm. in c. Albericus de testibus & c. Cum olim 1. de priuileg. Decius cõsil. 216. in causa vertente n. 1.
[d] d. l. videamus. § curatores.
[e] c. Regimini de empt. & vend. in extrauag. commun.

toris esse debeat dequitandi potestas, non in voluntate debitoris repetendæ sortis facultas: alioqui contractus vsurarius esset ex constitutione Caroli quinti Imperatoris [a]. prohibente ne quisquam mercaturam non exercens alicui etiam mercatori pecuniam ad vsuras seu lucrum det, sub pœna confiscationis pecuniæ: vt proinde consultius sit hæredibus Domini Gerardi, qui Mercator non fuit hîc non obtinere, quam oleum & operam perdere, ac fisco locum parare.

a de anno 1540. articulo 9.

SVMMARIVM.

Probatio fraudati vestigalis.

1. *Ciuilis & criminalis actio cumulari non debent.*
2. *Probationes clarissimæ requiruntur in delictis tam ciuiliter quam criminaliter propositis.*
3. *Delictum nisi sit perfectum non punitur.*
4. *Verisimile est quod non est mendacio simile.*
5. *Delatori non credendum.*
6. *Malus semel, semper malus præsumitur.*
7. *Mulcta solutio an non contineat delicti confessionem.*
8. *Vestigalis fraudati pœna quæ sit.*
9. *Indicia qualia ad torturam requirantur.*

CONSILIVM LVIII.

Diligenter inspectis & discussis actis in causa quæ aduersus Ioannem Strabor Reum, coram Magistratu oppidi Antvverpiensis instituta est, pro parte Thesaurariorum, Receptorum, ac collectorum assisiarum vini in eodem oppido Antvverpiensi, adiuncto sibi nomine officij Villico Antvverpiensi Actorum, † comperimus 1
à pondere probationum præcipue dependere totius causæ decisionem nisi quod ad ineptitudinē actionis propositę vehementer faciat, criminalis & ciuilis iudicij ex eodem facto accusatio, iure cōmuni omninò non permissa [a]. Sed formularum captationem omittentes, & de Rei innocentia benè sperantes, in probationum examinatione cōsistemus: † hoc admonentes quod 2
vulgatissimum & notissimum est non tantum in criminalibus causis criminaliter, verum etiam ciuiliter intentis, ex quibus damnum infamiæ, vel ex quorum exitu corporalis pœnæ periculum imminere potest [b], requiri probationes exactissimas & indubitatas [c]; sic vt neque ex coniecturis neque ex suspicionibus quisquam in ijs condemnari possit [d], nec possit indicijs aliquis locus esse, nisi sint indubitata, quæque confessioni, & plenæ probationi proxima sint. In proposito autem probationum, quæ aduersus Reum inductæ sunt cumulo, nihil perspicitur quod vel per se, vel cū alijs iūctum ad indubitatā probationem faciat. Directæ namque probationis, quâ scilicet probetur Reum fraudasse assisias, hoc est vinum velut venditum & auehendum per scribā collectarum, annotatū auexisse, sed postea reuexisse, nullū profertur ab Actoribus exemplū; nisi de vna dimidia amâ vini, de qua auectâ & reuectâ deponit Ioannes Hermans; sed illius testimonio fides adhiberi nequit, tum quod id solus deponat, neque consonanti alicuius testimonio adiuuetur [a]; tum quod reuectionem plenè
3 non probet: † nam non testatur in domum Rei reuectam, quod erat omninò necessarium ad reuectionis perfectionem, sed dicit quod famulum Rei reuehentem vsque ad plateam in qua Reus habitat insequutus fuerit; nam sicut fraudatæ assisiæ crimen non potest dici perfectum, nisi verè reuecto & allato vino, ita quoque id deprehendere aut testificari non potuit, nisi viderit vinum inferri: in huiusmodi enim causis tentasse non est satis ad crimen cōtrahendum, sed perfecisse oportet [b]; præsertim vbi extremam perfectionem delicti antecedentes actus indifferentes tam ad licitum, quam illicitum sunt, vt in proposito: nam necessariò ex nuda reuectione, non subsequuta quoque illatione, non sequitur fraudatæ assisiæ delictum [c]; quid enim si famulus prima auectione aberrauit, ideoque vt alio veheret, reducere & reuehere debuerit? † Et cum quod verosimilitudinem non habet, sed ab ea longe distat, speciem falsitatis habeat [d], in magnam mendacij, seu falsi testimonij suspicionem venit hic testis, dum dicit se curribus, qui viam occupabant impedimento fuisse, quo minus ad extremum famulum reuehentem persequeretur. Quî enim fieri potuit, vt famulum currum trahentem seu protrudentem non impediuerint equi; præfatum autem Ioannem nulla impedimenta trahentem impediuerint. Vt admodum probabile fiat

a l. 1. C. quando ciuilis acti. cri. praiud.
b Castrens. & alij in l. vltim. vers. quero C de probati.
c d. l. fin.
d l absentem ff de pœnis
d Bal Salyc. & alij in d. l. fin.

a l. iurisiurandi C. de testib. l. maritus ff. de quæstio. c. licet vniuersis. de testib.
b l. 1. §. hec autem verba ff. quod quisque iuris.
c l. neque natales. C. de proba.
d Bald. in l. 1. C. de furtis.

fiat quod Dominus aduocatus huic testi ad detrahendam fidem objicit, quod Actoribus, in quorum ministerio erat, vel gratificari, aut sua delatione sibi prodesse voluerit. † Cum alioqui delatori fides adhiberi non debeat. Aliæ probationes, quibus actores vtuntur obliquæ magis sunt, sed tamen in ea conditione, vt Reo obesse non possint: veluti inprimis quod Actor assisiam cereuisiariam fraudauerit, eoque nomine mulctam soluere debuerit: † quasi semel malus in eodem seu simili & vicino genere mali perpetuo malus & fallax præsumatur [a]. Nam nusquam constat id ex mandato Rei, sed per ancillam ex errore factum esse; neque vlla verosimilitudo est Reum, qui vir diues & bonæ conditionis est, ob lucellum duorum aut trium stuferorum eò se tanto periculo dimittere voluisse; † & mulctæ solutio criminis agnitionem minime continet, sed potius litium deprecationem, & molestationem; quæ cum Receptoribus & administratoribus reipublicæ, vt etiam cum publicanis, ob audaciam & fiduciam, quam ex publici officij administratione inducere solent [b], plerumque difficiliores sunt. Perinde minime euidens argumentum & indicium continet, quod objiciunt Reum annotasse in vno quarterio se plus vini vendidisse tabernarijs quàm in alio: demonstrat namque Rei Aduocatus euidentibus rationibus id ad culpam aut fraudationem referri non posse; tum quod nihil intersit tabernarij, an mercatores vendat; cum vterque assisiam soluat; tum quod id vulgo fiat differendæ solutionis gratia tantum; quæ tota tamen in fine anni compleri debet. Indicium quod Reus libros antecedentium annorum combusserit, nihil arguit; cum enim singulis trimestribus, aut ad summum singulis annis rationes cum œnopolis subducant Receptores assisiarum, & vetera aboleantur restantia vt ad nouam velut stationem transferantur, fit vt præcedentium annorum libri seu rationes prorsus sint inutiles; ideoque vel lacerari, vel igne absumi possint; adque ideo ex eo nullum indicium, nisi incertissimum & remotissimum ad grauandam opinionem induci potest. Omnium grauissimum videtur indicium, quod compertum sit longe plus vini velut auectum inscriptum esse libro Secretarij, seu scribæ dictorum Receptorum, quàm ipsi quorum nomina annotata sunt, fateantur se à Reo vel emisse, vel traditum accepisse. Cæterum nec hoc quicquam facit; nam cum perinde procliue sit huiusmodi fraudem committi posse per ipsum emptorem, vt per venditorem [a], nulla est ratio, cur falsi nominis suppositionem & simulationem in partem venditoris magis reijciamus; hic præsertim vbi ad occurrendum fraudibus ex publico officio constituti sunt, qui vinum quod euehitur, & sic ab onere assisiæ liberatur, & metiantur & describant; & quorum officio incumbit dispicere & animaduertere an vere vendatur, an simuletur tantum: cum tamen emptorem illi non sequantur, nec quo vinum auehat curent. Probat sane Reus causas & modos, quibus emptores vini sub alieno nomine impositionum fraudandarum gratia, vinum comparant, vt à redemptoribus impositionum non deprehendantur; quod in proposito ad excusandum Reum, & à suspicione duriore liberandum satis esse debet. Ideoque etiam nihil facit aliquot œnopolarum testimonium, qui deponunt præter morem & insolitum esse sub vno vel paucis nominibus tam magnam quantitatem vini euehi; nam nec id concludit; imo ad innocentiam ac simplicitatē Rei plurimū facit, qui confictis & suppositis varijs nominibus facilius sic fallere poterat, quam vnius nomine reiterato Receptoribus assisiarum, & ministris eorum inijcere ansam suspicionis, & inquirendi, an simulatè nomen supponeret; præsertim quod mensoris & scribæ officio incumbat, vt diximus, adesse dum vinum euehitur; quodque detegendi & probandi huius fraudationis occasio, non sit difficilis per ministros & vicinos, quodque sine maiore tumultu & strepitu, vinum inferri non possit. Atque ita probationes per indicia & coniecturas admittendæ

8 non sunt [b]. † In eo sanè plurimum peccant Actores, quod & furti & falsi accusent Reum; nam fraudati census & vectigalis pœna capitalis aut corporalis non est, sed amissione Rei, & pecuniaria mulcta coercetur; & prætacti oppidi Antvverpiensis statuto seu ordinatione super assisiis factâ, nisi damnum vini, seu pretij & mulctæ alicuius exactio insligitur assisiam fraudantibus: & furtum, supprimendo debitū non fit; quia alienum non cōtrectatur; nec tenetur de falso, vbi ipsum commissum nō cadit in aliquod caput legis Corneliæ de falsis [d].

9 † Quibus plus quam sufficienter quoq; deductum est, cōclusionem ad torturam fundatam minime esse: vt enim indicia accusatum torturæ subijciant, necesse est, ea talia esse, vt non nisi confessio Rei desiderari videatur [e]. Atque ita rbitramur officium Magistratus esse, vt Reum ab vtraque conclusione seu petitione absoluat, & in obscuro innocentiæ potius, quam fraudationis, & delicti opinionem induat.

SVM-

Marginal notes: 5 (at "Cum alioqui delatori"); 6 (at "quasi semel"); 7 (at "& mulctæ solutio"); b c. semel malus de reg. iu. lib. 6.; c l quanto de publi. & vectigal.; a l. quia nonnunquam C. quæ res vendi non poss.; b Doct. in C. non omnis §. à barbaris de re milita.; c l. fraudati & ibi gloss. de vectigalib. & commiss.; d Cardin. in c. fi. de crimine falsi Alex. consil. 74. vol. 1 Ruinus consil. 85. vol. 4. nu 6.; e l. 1. §. ad tormen de quæstionib.

SVMMARIVM.

Cognationis probatio.

1. *Ius quisque ex suo non alieno metiri debet.*
2. *Cognationis deductio vnde facienda sit.*
3. *Res inter alios acta, alijs non nocet.*
4. *Consanguineus præsumitur scire statum consanguinei.*
5. *Viuere quilibet præsumitur ad centum annos.*

CONSILIVM LIX.

IN causa appellationis, quæ nunc in tertia instantia pendet, coram venerabili Domino Præposito Beatæ Mariæ VValcuriensis inter domicellam Catharinam Vincx relictam quondam D. Leonardi VVillemarts Medicinæ Doctoris appellantem; ac Iacobum & Henricum Haueloes appellatos, omnis quæstio & disputatio versatur circa probationem consanguinitatis ac proximitatis, quam vtraque pars prætendit ad personam quondam Elisabetæ vanden Zande sine liberis defunctæ de cuius successione queritur. Præfatis Iacobo & Henrico contendentibus se esse consobrinos eiusdem Catharinæ, vtpote natos ex Gertrude VVillemars auia materna dictæ Elisabethæ; præfatoque D. Leonardo similiter contendente esse se eiusdem Elisabethæ cognatum. In qua contentione, quia res obscuritatem habere videtur contrariæ latæ sunt sententiæ: quarum priore per Reuerendum Dominum Abbatem S. Gertrudis oppidi Louaniensis D. Leonardi conditio potior constituta est: alterâ per Præpositum Namurcensem potior habetur coniunctio appellatorum.

1 † Et quoniam ab intentione Actoris auspicandum est, & quid ille probet, dispiciendum, & ex quo quisque ius suum metiri debeat, non ex eo quod aduersario deest[a]. Cum Reo ad victoriam sufficiat Actorem nihil probare[b]; illud primum discutiendum est, quis Actoris partes hîc sustineat, quis Rei: nam primo conspectu id dubium esse videtur. Licet enim initium litis cæperit aduersus quondam Iosephum van Vlaenderen maritum præfatæ Elisabethæ, & tunc minime obscurum fuerit dictum D. Leonardum Actoris partes sustinuisse, in contentione ac petitione exhibitionis ac sequestrationis literarũ & instrumentorum de bonis eiusdem Elisabetæ; finita tamen ea contentione ac lite, in vindicationem, petitionemque hæreditariam dictorum exhibitorum ac sequestratotorum instrumentorum inter D. Leonardum seu eius relictam conuersa; vtraque parte ad præferentiam contendente, merito dubitari potest vter sit Actor, & vter maiore onere probationis grauetur. Et sane nihil dubitandum est, quin Actoris partes sustineat Domicella Catharina ex persona D. Leonardi sui quondam mariti: nam præterquam quod tota actorum facies eo inclinet & spectet, multis scripturis id profitetur Domicella Catharina etiam post latam sententiam in articulo exhibitionis & sequestrationis; in quibus ponit, ac ponendo confitetur[a], quod D. Leonardus sit Actor. Quò etiam pertinet quod Iosephus van Vlaenderen in consortes litis & pro interuenietibus assumpserit Reos huius causæ, & pro talibus D. Leonardus
2 eos agnouerit. † Quo constituto sequitur nullam spem victoriæ esse apud Domicellam Catharinam, nisi iure consanguinitatis ac proximitatis ad præfatam Elisabetam benè fundato & probato. Iam vero ex actis non tantum non constat præfatam partem agentem id fecisse, sed aduerso euidentissimè constat, id non fecisse. Nam diligenter excutiendo articulos quibus ad deducendum consanguinitatem ac proximitatem D. Leonardus vtitur, nulla inuenitur eiusdem D. Leonardi & Elisabetæ cognatio, sed hoc tantum, quod etiam Rei allegant Gertrudem VVillemaerts ex Ioanne van der Heyden procreasse Elysabetham vander Heyden, eandemque Elisabetham ex Petro vanden Zande peperisse Elisabetam & Catharinam vanden Zande nullâ genealogiæ suæ altiore repetitione aut deductione factâ: (ita vt cum his finibus tota probatio prætensæ consanguinitatis ac ximitatis per Actorem concludatur, necessarium sit dicere eundem D. Leonardum non esse consanguineum ac proximum dictæ Elisabethæ; cum apertè dicat ex dicta Gertrude ac Ioanne vander Heyden vnicam tantum natam esse filiam Elisabetham vander Heyden; & rursus ex hac Elisabehta duas tantum filias Elisabetham & Catharinam vanden Zande: sic quod neque vt frater, neque vt patruus aut auunculus, neque vt alius collateralis (quoniam hoc non dicit aut allegat) ad successionem dictæ Elisabethæ vanden Zande admitti possit; & sic Actor in hoc

a l. locicorpus § vti frui si vsusfruct. petat.
b l. vlt. C de rei vendica. l. qui accusare C de eden.
a l. precum C. de liber. caus.

causa destituatur non tantum probatione,
sed etiam allegatione consanguinitatis ac
proximitatis; quam conficere non potest.
D. Leonardus nisi altiore cognationis re-
petitione factâ, per quam constare possit
quod dictæ Gertrudi VVillemaerts san-
guine sit coniunctus: ad quod faciendum
necessarium esset retroire & querere com-
munem parentem, à quo dicta Gertrudis,
& D. Leonardus initium nascendo sum-
psissent[a]. Quid igitur est quod iudicem
primæ instantiæ permouerit, vt existima-
ret D. Leonardum dictæ Elysabethæ con-
sanguineum? Et profecto quantum conie-
ctura assequimur, ei imposuit cognominis,
quod idem D Leonardus cum præfata
Gertrude habuit, similitudo: sed quàm id
fragile sit, facile deprehenditur. Quid e-
nim vetat nunc præsertim in tanta homi-
num multitudine, eodem cognomine,
quod casu plerumque assumitur, vti eos
quos neque propagatio sanguinis, neque
vicinia, neque idem municipium, imò nec
patria, aut regio coniungit; potissimum
quod in oppido Louaniensi plurimi extet,
& inter eos plerique Laniones, qui cogno-
mine VVillemarts vtuntur. Ita vt cùm ex
cognomine nihil certi constitui possit, con-
cludentis quoque probationis ansa inde ar-
ripi nequeat[b]. Vt mirum sit cur primæ
sententiæ author existimet concludentem
non esse probationem consanguinitatis
Reorum, qui apertè probauerunt se natos
esse, ex sorore matris Elysabetæ vanden
Zande; assumptâ scilicet opinione, quod
illa soror naturalis & non legittima fue-
rit; existimet autem concludentem cogno-
minis identitatem esse, vt Actor dicatur
consanguineus eiusdem Elisabethæ: ma-
gisque mirum quod deficientis probabili-
tatis argumentum non desumpserint ex
instrumento diuisionis quod Actor exhi-
buit, ex quo satis euidenter colligitur præ-
fatam Gertrudem natam esse ex Francone
VVillemaerts, & ex eo habuisse Franco-
conem VVillemaerts, & rursus ex dicto
Francone fratre, Franconem VVillemarts
nepotem, ex quorum nemine præfatus D.
Leonardus est, aut descendit. At nec ex
Ioanne VVillemaerts, qui in eodem in-
strumento diuisionis ponitur pro consan-
guineo, ac mamburno dicti Franconis ne-
potis, quia scilicet Actor id non allegat,
quod ei facillimum fuisset, repetita patris,
aut aui sui origine si Rei veritas concur-
risset. Alterum quod imposuisse videtur
est, quod Actor allegat se admissum esse ad
diuisionem bonorum præfatæ Catharinæ
vanden Zande. Sed id curandum non est,
cum per Reos negatum sit, Actorque id
minime probauerit; & præterea contra-

a Theophilus: instit. de grad. cogna. in princ. tua nos. de consang. & affin.

b l. nec, natales. C. de proba.

rium allegauerint Rei, se videlicet admis-
sos esse ad successionem dictæ Catharinæ,
excluso Actore, & in funere & exequijs
eiusdem Catharinæ vestes gestasse, quæ ex
moribus hodiernis certiora sunt consan-
guinitatis indicia & argumenta. Tertium
quod Actor pro argumento consanguini-
tatis adfert, est quod partem habeat in cer-
to reditu octodecim florenorum, quorum
alteram Elysabetha possedit. Sed nec id
satis probatum est, & si de eo constaret, ni-
hil argueret; cum ex supratacto diuisionis
instrumento, non constet, quod huiusmodi
octodecim floreni ex parte illorum de
VVillemaerts prouenerint, ad quæ sola
bona se contendere asserit Actor. Quar-
tum de Actore admisso ad retractum bo-
norum quæ Iosephus à Francone VVille-
maerts comparauit, perinde incertam pro-
bationem consanguinitatis habet: quia e-
uidenter non constat cuius illa bona fue-
rint, & standum præterea est declarationi
Iosephi van Vlaenderen quâ declarat se
retractum sine difficultate admisisse, ob id
quod cognouisset Franconem VVille-
3 maerts nihil iuris ad ea bona habere. † De
quo etiam si hic nihil constaret, nihil inde
Reis metuendum esset, ex re inter alios a-
cta & gesta[a]. Ita vt omnibus quæ pro par-
te actoris in hac causa allegata & deducta
sunt, diligenter excussis, nulla sit scintilla
vnde colligi possit Actorem probasse, se
præfatæ Elysabethæ esse sanguine coniun-
ctum, multò minus proximitatis prærroga-
tiua gaudere. Quæ causa est vt nihil dubi-
tandum sit, quin præfati Rei ab impetitio-
ne Actoris absolui debeant; & secunda non
prima sententia confirmari. Quo procli-
uior debet esse D. Iudex, ob id quod de
proximitate Reorum ad Elisabetham con-
stet; Primum ex depositione valetudinaria
Petri van Betz octuagenarij, qui apertè di-
cit Elisabetham vander Heyden & Ca-
tharinam vander Heyden matrem Reo-
rum fuisse duas sorores easque pro natura-
libus ac legittimis habitas ac reputatas
fuisse, quod ad probandum ius legitimum
4 sufficit[b]. † Cui testi tanto potius creden-
dum est, quod sit consanguineus dictarum
sororum: inde enim præsumitur scire sta-
tum & conditionem illarum[c]. Cui simile
est testimonium Catharinæ Haueloes et-
iam valetudinariæ productæ, nec non Hen-
rici Vos, & Ioannis Meynarts testium
sexagenariorum, & octuagenariorum, qui
omnes vno ore dicunt dictas Elisabetham
& Catharinam vander Heyden fuisse soro-
res, idque per bonas notitiæ ac scientiæ
causas; vt mirum sit cur Domino Iudici
primæ instantiæ non videatur verosimilis
5 huiusmodi probatio. † Nam quod ex in-
stru-

a l. sæpe de re iud. & C. Res inter alios acta.

b argumento eorũ quæ notantur in c. per tuas & ibid. gloss. & Doct. de probat. Doct. in l. ex epistolis. & l. non nudis C. de proba. l. Imperatores ff. eod. tit.

c arg. l. etiam ff. de probat. l. ct. aui ff. unde cognatis.

ſtrumento ſupra dictæ diuiſionis conſtare videatur Elyſabetham vander Heyden vixiſſe anno ſeptuageſimo quinto minime facit, vt non ſit veroſimile quod hi teſtes eaſdem Elyſabetham & Catharinam nouerint: nam numero annorum retracto ab anno quinquageſimo quarto, & ſexageſimo primo, quibus prædicti teſtes examinati ſunt, & producta iuris præſumptione quod quilibet præſumatur viuere ad centum annos verofimillimum eſſe inuenitur quod hi teſtes de notitia harum perſonarum deponunt: ſic quod ex probatione ius Reorum pluſquam ſatis corroboretur aduerſus intentionem Actoris neque conſanguinitatem neque proximitatem probantis[a]. Quare concludendo in eo perſiſtimus quod ſententia per præfatum Dominum Præpoſitum Namurcenſen lata omnino ſit confirmanda.

a authent. quas actiones C. de Sacroſ. Eccleſ.

SVMMARIVM.

Actio iudicati. Conſanguinitatis probatio.

1. *Sententia facit, vt tantum quæratur an iudicatum ſit.*
2. *Actio & exceptio iudicati ad hæredes tranſit.*
3. *Sententia cui præiudicat, eidem quoque præiudicant probationes.*
4. *Accreſcendi ius inuitis obuenit.*
5. *Cedendo nihil facit qui nihil iuris habet.*
6. *Conſanguinitas nudis aſſeuerationibus non probatur.*
7. *Aſcribere ſibi in alieno teſtamento falſo proximum eſt.*

CONSILIVM LX.

VIſis his quæ hinc inde allegata & exhibita ſunt in lite, quæ pendet coram Magiſtratu oppidi Antvverpienſis inter Arnoldum, Cornelium, & Ioannem van Haecht, eorumque conſortes Actores; ac Dominum Iacobum de Platea, & Iodocum Caron aliosque illorum conſortes Reos ſuper hæreditate ſeu bonis hæreditarijs quondam Gregorij Cornelis; omnibuſque diligenter diſcuſſis, arbitramur Actorum intentionem optime eſſe fundatam; hoc eſt, omnia bona hæreditaria dicti quondam Gregorij ad Actores pertinere, improbabilemque prorſus eſſe Reorum oppoſitionem, & planè iniuſtam bonorum detentionem. † Nam principio hic agi 1
non videtur ex primæua illa actione, quæ Actoribus, ſeu Iacobo van Haecht eorum parenti ratione ſanguinis, ad huiuſmodi bona olim competijt; illa enim diu peracta eſt, & per ſententiam diffinitiuam anno 1522. nona Maij ſecundùm dictum Iacobum van Haecht definita; ſed potius actione iudiciali, ex ea ſententia velut pro illius executione. Ita vt hîc nihil reſtare videatur, quàm vt quæratur an ita iudicatum ſit[a], cum res iudicata pro veritate habeatur[b]. Quod cum Actores publico, eoque authentico inſtrumento docuerint, nihil ambigendum eſt, quin obtinere debeant; cum inter eaſdem perſonas, ſeu eorum hæredes, & eadem de re ſit quæſtio. Neque rem ad nouam litem ſeu petitionem reieciſſe videri debet ſententia, quę in hac lite 28. April anno, 1552. lata eſt, quâ Actores iuſſi ſunt de nexu ſanguinis ac genealogia ſua docere: nam pertinet illa ſententia ſeu ordinatio, non ad abrogationem prius actorum, ſed tantum ad probationem ſanguinis ad ſuum Authorem; cum non ex proprio capite propriaque perſona Actores egerint, ſed mediate ex perſona
2 ſupramētionati Iacobi van Haecht. † Huic itaque ſententiæ per omnia ſatisfecerunt Actores probando, ſe eſſe hæredes ac ſucceſſores dicti Iacobi; cuius probatio iuris poteſtate ſtatim trāſfert ad Actores omnia emolumenta, ac iura prȩfato Iacobo acquiſita; quia hæres defunctum repræſentat, & eadem cum eo perſona eſt, eodemque iure, quo ille vtitur[a]. Cum igitur in priore illa lite Iacobus van Haecht nexum ſanguinis ad quondam Gregorium Cornelij aperte probauerit, & probando obtinuerit ſe pronunciari hæredem dicti Gregorij, nihil neceſſe eſt Actoribus in hac lite probare proximitatem ſanguinis ad Gregorium, ſed ſufficit probatio conſanguinitatis ad Iacobum. Actio enim & exceptio rei iudicatæ ad hæredes pertinet[b], & probationes in prima cauſa factæ fidem quoque faciunt in altera, quæ in prioris litis conſequentiam venit, & inter eaſdem perſonas eſt, eaſdem inquam propriè vel per repræſentationem, hoc eſt, hæredes. † Nam cuicunque
3 præiudicat ſententia, eidem quoque præiudicare debent probationes, ex quibus huiuſmodi ſententia obtenta eſt[c]. Cui intentioni Actorum non refragatur quod ſententia latius ſeſe extendere nequeat, quàm præſcribat teſtamētum præfati Gregorij in quo ex ſemiſſe tantum ſcripſit hæredes

a arg. §. Itē ſi quis poſtulante. inſtit. de act.
b l. res iudicata de Reg. iuris.

a l. hæres. l. hæreditas de reg. iur.
b l. miles §. vlt. de re iud.
c Bart. in l. ſæpe. de re iud. & in l. ſi mater. §. vlt. de excep. rei iud. Alex. conſil. 58. viſa petitione nu. 5. vol. 2.

redes eos, qui ex linea materna ipsum contingerent; altero semisse relictis ijs qui ex linea paterna sanguine ei coniuncti essent; sic quod cum Iacobus van Haecht ex materna linea tantum probauerit se esse cognatum, neque ipse neque Actores eius hæredes plus quam semissem obtinere debeant. Verum iuris potestas verba testamenti hic excedit, ac transgreditur. † Est 4 enim certissimum quod pluribus hæredibus ex diuersis partibus æqualibus aut inæqualibus in eodem testamento scriptis, deficientium vel non apparentium portio accrescat, alijs apparentibus, & hæreditatem adeuntibus; idque siue velint, siue nolint: ita vt portione nominatim sibi ascriptâ contenti esse, & aliam alij cohæredi ascriptam repudiare non possint [a]; potissimum vbi nemo hæredum ex re certâ, sed omnes ex portione seu quota aliqua hæreditaria hæredes scripti sunt [b]. Quia igitur nemo ex paternis cognatis, seu agnatis apparuit, hæreditatisque alterum semissem petijt, merito tota hæreditas ad præfatum Iacobum, eoque mortuo ad Actores huius causæ pertinere debet iure accrescendi seu non decrescendi. † Neque in contrarium 5 vrget instrumentum cessionis, quam quidam Adrianus van VVouvve se prorsus tanquam agnatus testatoris, D. Iacobo de Platea, & Iodoco Caron coram Scabinis oppidi Antvverpiensis vno anno post latam dictam sententiam fecisse dicitur; nam huiusmodi cessio nulla & inanis est: cum Adrianus ad hunc hæreditatis semissem nullam actionem habuerit [c], nec quisquam cedendo trasferre possit quod non habet [d]. Nullam autem actionem seu ius habuisse, Adrianum ex eo cōstat, quod nullo genere probationis constet eum ex linea paterna

a l. vnica. § his ita vers. in his itaque. C. de cadu. toll.
b Doctor. in l. quoties. C. de hære. inst.
c l. vered. iti nau. de solu.
d l. si filius. C. de donat.

6 testatorem contigisse. † Nam vt inde eius asseuerationi, quam in dicto cessionis instrumento fecit, credatur plusquam absurdum est: huiusmodi enim asseuerationibus non probatur propinquitas aut nexus sanguinis [a]. Vt nec alij contra alium confitenti in commodum suum fides adhiberi debet, nequidem si in iudicio productus 7 per speciem testimonij id faciat [b]. † Et sanè mirum est, quā fronte Rei hominem ignotum ac lepra infectum huc in scenam producant, nullam aliam probationem consanguinitatis eiusdem Adriani ad testatorem proferentes. Sic vt quod de fraudulenta machinatione Actores obijciunt, verosimillimum sit, præsertim quod dictus Iacobus de Platea notarius testamenti & codicillorum contra Senatusconsultum Libonianum, & edictum Diui Claudij Imperatoris falsum committendo pinguia legata atque executionem testamenti sibi suisque ascripserit in testamento ac codicillis dicti Gregorij, & per speciem executionis huiusmodi legata retineat [c]. Inde enim constat quod studio Rei hæreditati Gregorij insidias posuerint, & ad excludendos Actores, aut saltem partem eis faciendam, omnia tentauerint, subornatis adhuc alijs qui, sub commento propinquitatis maternæ approbationes quasdam in eorum fauorem fecerunt, cum aliter de illorum consanguinitate, vel cognatione non constet. Quare concludendo arbitramur intentionem Actorum solido iure esse fundatam, contrariasque omnes Reorum machinationes & obiectiones esse vanas, & inefficaces; ideoq; Dominorum Iudicum seu commissariorum officium esse, vt per omnia secundum conclusionem Actorum iudicent.

a l. non nudis asseuerationibus C. de probat.
b l. omnibus. C. de testibus.
c l. Senatusconsulto. de his qui sibi ascript. l. diuus § plane. ff ad legem Cornel. de falsis.

SVMMARIVM.

Probatio in criminalibus.

1. *Incestum committens intestabilis est.*
2. 4. *Testis simili morbo laborans inidoneus testis est.*
3. *Incestum quis committat.*
5. *Infamis est quæ binas nuptias habet & quæ prostitutæ libidinis est.*
6. *Mulier inidonea testis in criminalibus.*
7. *Fiscus conueniri debet ex authentico instrumento, non exemplo.*
8. *Pecunia omnium rerum non sui est æstimatio.*
9. *Constitutiones nouæ ad futura non præterita pertinent.*
10. *Constitutionis nouæ ignorantia extraneos facile excusat.*

CONSILIVM LVI.

TRia sunt quæ ad obtinendum absolutionē pro Ioanne van Loemel alias Gentis, aduersus conclusionem Domicelli Iacobi van Brecht Schulteti ciuitatis Buscoducensis faciunt. Et primò quidem defectus iustæ, plenæ, ac claræ probationis, sine quā in criminali causa, quam ad mulctam solam, multo magis ad pœnam corporalem

poralem

poralem aut exilium instituit, accusator;
obtinere non potest[a]. Quamuis enim tri-
bus testibus & libris rationum Hervvigy
Creciers, Actor probasse videatur, quod
Reus nummos probæ monetæ, atque item
ex nummis conflatas auri & argenti mas-
sas, ad officinam monetariam Batenbur-
gensem detulerit, & acceptâ inde non satis
probâ monetâ in dicta officina formata
vendiderit seu permutauerit; exceptiones
tamen quibus huiusmodi testimonia, & li-
bri oppugnantur faciunt, vt deficiente ea-
rum integritate fides eis adhiberi non de-
beat. Et aduersus Hervvigium quidem
multa objiciuntur: sed duo inter illa sunt
præcipua, incestus & similis delicti, quo
Reus accusatur commaculatio: vtrumque
enim per se ad eleuandum subuertendum-
que testis, in ciuili causa dictum testi-
monium sufficit. † Nam incestum qui com- 1
mittit, siue per speciem matrimonij, siue
per stuprum infamis est, & quodammodo
intestabilis efficitur[b]; idque ipso iure et-
iam non præcedente iudicis aliqua senten-
tia condemnatoria: cum ex ipso facto lex
sine Iudicis ministerio hanc pœnam infli-
gat[c]. † Consimili quoque morbo seu deli- 2
cto laborans, quo Reus accusatur, aduersus
Reum idoneus testis non est[d]. Cum ergo
Heldegundis vxor Bernardi Henrici: item
Ioannes van Delft, necnon Ioannes Ians-
sen Speelman, cum Aleidæ vidua Corne-
lij Offermans testes per Reum producti, a-
perte & liquide deponant Hervvigium so-
rorem vxoris suæ constuprasse, & ex ea pro-
lem etiam constante suo matrimonio (vt
quidam ex dictis testibus deponere viden-
tur) procreasse, † nihil dubitandum quin 3
incestum cum adulterio admiserit[e], infa-
miamque iuris sibi ipso facto superindu-
xerit; & dicendi testimonij viam præclu-
serit. Nec in contrarium quicquam facit
quod soror illa naturalis tantum seu bastar-
da fuerit: nam vt cum illa quoque nuptiæ
vetantur[f], ita cum illa incestus commit-
titur. † Ex testimonio quoq; Martini van- 4
der Plancken, Adrianæ vxoris Petri Bos-
senhouen, ac Seruatij Volken constat
quod Hervvigius tempore quo cambium
Buscoducis exercebat, sæpius nummos in
officinam monetariam Batenburgensem
detulerit, & noua moneta ibi formata per-
mutauerit; obstrictus tamen iureiurando
omnem pecuniam ex cambio receptam
deferre ad proximam monetariam offici-
nam Regiæ Maiestatis. Sic quod de simi-
litudine delicti & reiectione huius testi-
monij, nihil dubitandum sit; præsertim
quod hic non tantum obseruetur delicti si-
militudo, sed etiam eiusdem delicti si
commissum esset societas & participatio,
quæ vehementius impedit & infringit so-
cij aduersus socium eiusdem criminis te-
stimonium[a]. Nam ex propria Actoris al-
legatione constat Hervvigium moneta-
riam Batenburgi exercuisse. Allegat quo-
que Actor (Reo tamen negante) Reum ad
Hervvigium nummos & massas detulisse,
& ab eo permutationis aut venditionis
causa accepisse improbam monetam: Cui
suffragantur testimonia Petri Ianssen, Ia-
sparis Henricx, & M. Petri Sanders depo-
nentium quod idem Hervvigius in exer-
citio dictæ monetariæ monetam corru-
perit, & falsa effusione formauerit. Ita vt
ad incestum accedens delicti similitudo
ac societas, ac præterea falsæ monetæ deli-
ctum, planè & per omnia fidem detegent
Hervvigy testimonio. Quæ delicti socie-
tas hoc quoq; efficit vt Heldegundi vxori
Heruigij fides haberi non debeat; cum te-
stificando dicat se interdum absente mari-
to nummos à Reo accepisse, & alios à ma-
rito suo formatos in illorum locum dedis-
5 se. † Testimonio Iake famulæ objicitur, &
per testimonia Margaretæ Ianssen, Ioannis
Vischer, Henrici Els, & Ioannis Vehet
probatur, vitæ lubricitas, & cum ministris
monetarijs eo tempore quo Reus ibi deli-
quisse dicitur exercita libido, & secundum
matrimonium publice contractum, non
obstante clandestino ante contracto. Quæ
enim prostitutæ libidinis est, quæque bi-
nas nuptias contraxit, infamis est, & minus
6 integra persona[b]. † Cum etiam generali-
ter mulieris testimonium in criminali cau-
7 sa parum integrum reputetur[c]. † Ita vt in
hac causa aliisque in scriptura reprochæ la-
tius expositis, fidem merito amittere de-
beat, in hac præsertim graui causa, libris
Hervvigij non magis, quam ei credendum
est: ab authore enim plerumque pendere
solet librorum rationalium fides & autho-
ritas; licet regulariter ijs cum priuatorum
hominum sunt fidem adhibere non opor-
teat[d]; potissimum in hac causa, ex eo quod
ipsi libri prolati & exhibiti non sint, sed
tantum descripta inde (vt dicitur) extra-
cta; idque non per iudicem aut ex iudicis
commissione per notarium publicum, sed
tantum per Henricum Leons. Est autem
certi iuris quod quicunque à fisco conue-
nitur, non ex indice aut exemplo alicuius
scripturæ, sed ex authentico conueniendus
& conuincendus sit[e]. Illud quoque obser-
uandum est, ex dictis extractis, non con-
stare de tempore quo Reus ibi huiusmodi
adnotatas summas Hervvigio vendiderit
aut tradiderit, & sic id perinde fieri potue-
rit ante tempus prohibitionis, vt post il-
lud. Sic vt in re dubia pro Reo capienda
sit præsumptio, quod licito tempore id
fecerit;

a l. qui accusare C. de edend. l. vlt. C. de proba.
b l. si quis incestum cum authent. seq. C. de incest. nupt.
c Specul. in tit. de accusat. §. 1. item incestuosi.
d l. quid ergo § cum autē ff. de his qui not. infa. Bartol. in l. 1. nu. 4. cod. tit. c. personas & gloss. in c. veniens 1. in verbo confesso de testib.
e l. fratris l. vlt. & pen. ul. de incestu nupt. c. de illo c. super eo. c. fratr. vxitatis de eo qui cogno. consang. vxor. suæ.
f l. & nihil de ritu nuptiar.

a d. c. veniens.
b l. Stuprum l. palam de ritu nuptiar. l. 1. C. de incest nupt.
c Alex. cons. 11. circa primum in princ. vol. 1. Cepol. cons. criminal. 32. Stepha. aufrerig. in tracta. de reprob. testi nu. 69. vers. mulier.
d l. instrumenta & ibi Doct. C. de probat.
e l. 2 ff. de fide instrumentorum.

fecerit, præsertim quia ex iure communi veri criminis aut delicti speciem non habeat nummorum vēditio. † Nam licet emtio & venditio pecuniæ propriæ non sit, quia vsus communis ab eo recedit; cum pecunia omnium aliarum rerum non sui sit æstimatio[a]: quin tamen esse possit, nulla est dubitatio etiam apud Theologos[b]. Vnde cum non sit concludens probatio ex dictis extractis, propter temporis incertitudinē, nihil nocere debet Reo eorundē extractorum, etiā alijs cessantibus exhibitio. Quæ quidem temporis consideratio facit secundum ex tribus defensionis & absolutionis superius propositis capitibus. Quod Reus accusetur præcipue ex constitutione & ordinatione Regiæ Maiestatis anno 1559. publicata, de illa minime in hac causa constat, nullo illius exhibito exemplo, aut documento, prolata tantum cōstitutione anni 1563. quæ hanc delationem & venditionem seu permutationem pecuniæ nullius anterioris cōstitutionis facta mentione aut relatione primum prohibere videtur: ita vt Actor agendo ex certa & præcisa ordinatione, & probando de alia, meritò obtinere non debeat. † Quod hic indubitatū 9 esse debet ex eo quod Actor libello suo tātum proponat Reum detulisse & vendidisse anno 1560: quo tempore nondum lata constitutione, quam Actor exhibuit, non potuit Reus deferendo, vendēdo, aut permutando peccare: quia vt dictum est, talis vsus pecuniæ iure communi vetitus, aut aliqua sanctione prohibitus non est, & cōstitutio post factum huiusmodi, ad inducēdum delictum aduersus contrauenientem lata retroferri non potest; nouæ enim constitutiones ad futura, non ad præterita referri debent[a]. De quo hic dubitandum nō est, quod disertis verbis in futurum concepta sit hec constitutio anni 1563, His videlicet **Verbieden daerom wel expresselijcke allen ende een legelick voortaen te coepen off vercoepen** &c hoc est, Prohibemus idcirco expresse omnibus & singulis deinceps emere aut vēdere, &c. † Tertium absolutionis fundamentum in eo constituitur quod Reus extraneus sit, Imperio ac superioritati Regiæ Maiestatis minime subiectus: ita vt eum huiusmodi constitutio minime ligare aut obstringere videatur[b]; aut saltem illius ignorantia illum excusare debeat in eo facto, quod iure cōmuni simpliciter damnatum non est[c]. His igitur rationibus existimamus Reum ab impetitione Actoris absoluendum esse.

a l. 1. de contrah. empt. l. 1. de Rerum permutatio. l. si ita fideiussoré de fide iussor.

b Summa Angel. in dict. vsura. nu. 32. Thomas de vio in tractat. de Cambijs in princ.

a l. leges C. de legibus.

b Decius in l. 1. C. de sacros. Eccles. & in l. vlt. ff. de iurisd. omnium iudic.

c gloss. Philipp. Franc. & alij in c. vt animarum de constitut.

SVMMARIVM.

Probatio per testes. Mutuum quomodo probetur.

1. *Mutui causa est numeratio pecuniæ.*
2. *Exceptio non numeratæ pecuniæ confesso mutuo obijci potest.*
3. 5. *Concubinarius Sacerdos infamis est & testis esse non potest.*
4. *Infamis est qui concubinam & vxorem habet.*
6. *Falsarius infamis est.*
7. *Testis singularis non probat.*
8. *Præsens præsumitur sciens.*
9. *Singularia duo non concurrunt.*
10. *Contrarietas testium præsumptionem falsi habet.*
11. *Testis prodens testificata an periurus sit.*
12. *Testis vnicus quomodo non faciat semiplenam probationem.*
13. *Testes in mutuo quomodo coniungantur.*
14. *Testes singulares semiplene non probant.*
15. *Confessio extraiudicialis geminata quando probet.*
16. *Confessio declaratoria actus præteriti, requirit partis præsentiam.*
17. 20. *Confessio sine causa non nocet.*
18. *Mutuum ex confessione an probetur.*
19. *Testium & instrumentorum par vis est.*

CONSILIVM LXII.

Circa probationem versatur omnis difficultas inter Dominum Stephanum Freraer ex vna parte, & domicellam Margaretam vander Ee, relictam domicelli VVilhelmi de bierbeke; an videlicet per testes pro parte Actoris productos, sufficienter probatū sit, Actorem dicto quondam VVilhelmo quadraginta & vnum florenos & præfatæ domicellæ Margaretæ vnum florenum mutuo dedisse. Et sane quatuor sunt testes, qui de eo aliquid deponere videntur: nam quartus & sextus nihil omninò quod Actori prodesse possit deponunt: Videamus ergo quantum ponderis illorum quatuor testium depositiones habeant. † Et sanè hoc in primis admonen-

Vid. Castr. cons. 155. incipientem in caussa que vertitur coram Domino vicario parte 2.

1

monendum Actorem intentionis & a-
ctionis suæ fundamentum, hoc est, nume-
ratæ pecuniæ, quæ est causa mutui non
probasse [a]; imo probare non potuisse sa-
tis indicat, dum in libello suo à numera-
tione in quarto articulo allegata confu-
git ad confessionem mutui: quæ quidem
mutui confessio, quàm sit infirma, & quod
mutuum omnino non probet, ex eo est
manifestum quod etiam tunc cum confes-
sioni huiusmodi nihil aliud obijci potest,
semper tamen rectè obijciatur exceptio
non numeratæ pecuniæ [b]. † Nam quamuis 2
per confessionem numerationis in alijs re-
sultet apertissima probatio [c]: in his tamen
quia odiosa sunt, quorum numero est mu-
tuum, non eandem vim habet confessio [d].
Solum ergo hoc inuestigandum an Actor
confessionem Reæ, de recepta aut mutuo
data pecunia probauerit: Ordine igitur
singulos illos quatuor testes percurramus.
† Et certè in primo D. Balduino de Sar- 3
to subsistendum merito non est duplici ex
causa; primo quod ad deponendum inido-
deus sit, vtpote in ea conditione constitu-
tus, vt ei fides adhiberi non debeat: idque
rursum duabus ex causis, tum ob obiectum
& satis agnitum vitium & delictum con-
cubinatus; tum etiam ob rationem falsi, ob
quod si non omninò aperte condemnatus
est, quia tamen super eo pactus est & com-
posuit cum fisco pro condemnato haberi
debet [e]. Prius enim delictum in sacerdote
præsertim cuius nulla potest esse carnalis
cõiunctio citra nephas ac incestum, inducit
infamiam, & cum infamia inhabilitatem
testificandi [f]. Neque requiritur ad hoc iu-
dicialis sententia seu condemnatio: quia
huius generis delictum commissum, velut
vmbram secum trahit infamiam. † Quem- 4
admodum eo ipso quis efficitur infamis,
quod vxorem & concubinam vno tempore
habeat [g]. † In qua eadem causa poni de- 5
bet Sacerdos concubinarius; vxoris enim
loco est illi Sacerdotium [h]; vnde si concu-
binam adiungat, longe grauius peccat, &
tanto grauius quanto spirituale matrimo-
nium præstat carnali. † Posterius vero cri- 6
men est ordinatum ad derogandam fidem
ei, qui illo laborat, vt non possit intelligi
in eo esse vlla fides, qui illam fefellit. Fal-
si quoque crimen publicum est [i]; quo qui
damnati vel pacti sunt infames fiunt [k],
& sic ad testificandum sunt inidonei. † Se- 7
cundo in eiusdem Domini Balduini te-
stimonio subsistendum non est, quod sit
singularis & vnicus in eo, quod deposuit:
nemo enim testium omnium est, qui ali-
quid deponat de hac VVilhelmi filij
Reæ confessione; vnde ob singularita-
tem nullam fidem meretur eius testimo-

a l. qui pecuniam l. 2 §. irē mutuū. l. non omnis ff de reb cre dit. & si cert. petat.
b Alexand. in l si ita stipulatus §. Chrysogonus de verb oblig. Bald. in l. 3 C. de non numerat pecu.
c l. publia in fin ff. depositi.
d Socinus cons. 3 nu. 10. vol. 1.
e l. quoniam. ff de his qui notant. infam.
f c. consanguineorum 3. q. 5.
g l 1. l. quid ergo ff de his qui not. infa. l. 2. & ibi Bald. C de incest. nupt Alexand. in d l. 1.
h ca. inter corporalia ca. fin. de transflatione Episcop.
i l. 1. & ibi gloss. ff de publ. iud. §. item lex Cornel. de falsis. instit eod.
k d l. 1. de his qui notantur infamia.
l l. qui situm de test. can ex parte de test.

nium [l]. Vt autem apertius huius testis
dictum eleuemus, & prorsus annihilemus,
saltem quoad hoc ne prosit Actori ad in-
tentionis suæ probationem, videamus
an perfectam probationem obtineret, si
quod dictus Dominus Balduinus depo-
nit secundus aliquis pariformiter etiam
deponeret? & dicimus quod non. Pri-
mo ex eo quod confessio per Actorem
non sit articulata, ita quod huiusmodi de-
positio nihil possit operari: quia proba-
ri non debet nisi quod allegatum, & ad
probandum admissum est; alioqui pro-
batio non releuat. Deinde quod hic
testis super quarto articulo continen-
te mutui dationem productus deponen-
do extra articulata, deponat de hac fi-
lij confessione, & minime de eo quod
ibi articulatum erat; & tertio quod si
articulata fuisset, nihil releuaret: nemo
enim confitendo alteri præiudicare po-
test; & nec filius patri aut matri: vt e-
nim filius patrem aut matrem obliga-
re directo non potest [b]; ita nec per indi-
rectum confitendo, eidem præiudicare
valet. Et generale est vt mater confitendo
non possit præiudicare filio, nec è contra
8 filius matri [c]. † Quibus non obstat quod
idē testis deponat, in præsentia matris hu-
iusmodi confessionem esse factam; nam ex
eo non sequitur quod mater in illam con-
fessionem consenserit, aut quod etiam ea
sciente, audiente, ac intelligente, facta sit.
Nam quamuis qui de sua præsentia depo-
nit præsumatur sciens, qui tamen de alte-
rius præsentia deponit, non probat scien-
tiam, nisi etiam dicat de intellectu illius [d];
9 non probat igitur adesse eam. † Nouissi-
me hoc quoque attendi debet hanc confes-
sionem non congruere dicto quarto arti-
culo seu intentioni & fundamento iuris a-
gentis: confessio enim hæc de duabus sepa-
ratis mutuationibus loquitur, quadraginta
florenorum patri, & vnius matri factis; cum
Actor dicat se coniunctim patri & matri
mutuo dedisse quadraginta & vnum flore-
nos: hæc enim diuersitas, quamuis in a-
lijs forte coniungi posset, hîc tamen non e-
que admittendum id est; ne vna confessio
cui alioqui effectus nisi violentus, nullus
inesse potest, duo singularia operetur [f]; præ-
iudicium scilicet tertij, & effectum exten-
sionis. Quibus omnibus si addantur, quæ
paulo post de confessione extraiudiciali in
partis absentia subijciemus, non videmus
quo colore vis aliqua coloráda sit in huius
testis dicto quod non tantum ex cõditione
personæ eleuatur, verū etiam ex varijs cir-
cũstantijs iam deductis, nihil operari ostē-
10 ditur. † Transeamus ad secūdū testē Anto-
nium Vuarickx qui simpliciter deponit Reā

a l. in instrumentis C de test. & c. veniens & c. licet in fin. de testibus.
b toto tit C. ne filius pro patre conueniatur.
c notata in l. vlt. ff. de probat.
d Bart. in l. 1. de auth. tutor. Alexand. cons. 19 nu. 2. vol. 4.
e l. neque natales C. de probat.
f contra l. 1. C. de dotis promiss.
g contra reg. res inter alios actas.

sibi confessam, quod Actori in summa articulata obligatur. Aduersus quem duplici quoque pugnatione vti possumus, quarum altera penitus euertit eius depositionem; alteram solam & sic sine effectu relinquit. Ad prius pertinent illa quæ tam diligenter disputata sunt in quarta instantia; quod scilicet hic Antonius per Ream productus deponit se nunquam ad hanc causam citatum aut iuratum deposuisse: operatur enim hæc depositio ex duobus alterum, scilicet quod vel credi debeat huic posteriori depositioni, vel nec credi. Si credi debet iam sine vllo scrupulo, falsissimum erit in prima instantia eum verum deposuisse; qui enim verum deponit, qui examinatus non est. Sin vero credendum non erit, hoc saltem consequetur nec priori depositioni fidem adhibendam, talem scilicet quæ pro semiplena probatione haberi debet, ob illius contrarietatem [a]: ex ea enim falsitatis præsumptio oritur [b], aut certe leuitatis maximum argumentum; † quæ ex 11
eo quoque augetur quod testes pro Actore in tertia instantia producti deponant hunc Antonium eodem quo deposuisse dicitur die, dixisse ijsdem testibus quod pro Actore deposuissent; sic quod sperarent eum triumphanturum: ijs enim verbis in periurium quodammodo incidit, qui testificata contra quam prohibitus erat sub pœna periurij, prodidit; & quâ affectione prius deposuisset ex testatione sperati triumphi ostendit: ita vt ex post facto iam inde ab initio credi debeat fauorabiliter, & partialiter pro Actore vnà cum Domino Balduino qui idem admisit, idem deposuisse, vt sic merito eis credi contra Ream non debeat [c]. Ad posterius quoad eneruationẽ dicti seu depositionis primum referri potest illud quod sit singularis; neque enim contestem habet. Nam quamuis tertius testis Henricus de Brae videatur etiam deponere, de quadam Reæ confessione; nihilominus tamen permanet vtrimque singularitas: ob id quod in tempore varient. Henricus enim de certo tempore quo Rea confessa esset se debere, deponit. Antonius vero simpliciter dicit se sæpius audisse Ream id confitentem: diuersitas enim temporum, testium singularitatem inducit. Vnde etiamsi nihil esset quod obijci posset cõditioni & personæ horum testium, tamen ex huiusmodi singularibus depositionibus nihil mereri possent. † Et quam- 12
uis alias vnicus testis faciat semiplenam probationem, qui super facto principali deponit; qui tamen super confessione partis tantum deponit ne semiplenam quidem facit [d]. † Et licet testes quorum vnus 13
de facto principali, hoc est, mutatione vt est in causa præsenti, deponat; alij duo de confessione patris, coniungi possint ad plenam probationem [a]: duo tamen de sola confessione deponentes nihil probant. Idque hîc multò magis dici debet ob id quod hæc confessio, quam dicti duo testes deponunt cum varietate temporis sit mere extraiudicialis, facta parte absente; quo casu confessio etiam per decem testes probata plenè probationis effectum
14 non continet [b]. † Adhuc licet plerique huiusmodi confessioni, potestatem præsumptionis tribuant [c]; hoc tamen tunc tantum procedit, cum ipsa confessio per duos testes ad minus probata est; nam probata per vnum testem nec plenam nec semiplenam probationem, imo ne indicium quidem facit [d]; & sic vt semiplenam probationem inducat, necesse est, quod ad minimum duo testes in indiuiduo de eadem confessione deponant. Nam si vnus testis dicat de vna facta die vno, & alius de alia, etiamsi mille essent, non probant semiplenè; quia sunt singulares sic vt coniu-
15 gi non possint [e]. † Et proinde cessat illud fundamentum quo audimus Dominum Iudicem secundæ instantiæ motum fuisse in ferenda sententia contra Ream; hoc scilicet, quod geminata sit hic confessio: quia etiamsi extraiudicialis sit, probet, ob id quod iudiciali confessioni æquiparetur [f]. Nam quamuis quoad iuris dispositionem non velimus hîc illam opinionem improbare: tamen ad factum & caussam præsentem relata, nihil operatur; ob id quod nulla confessio hic inueniatur in indiuiduo per duos testes probata; & sic quamuis mille testes deponerent de singularibus confessionibus, nihil probarent vt diximus. Geminationi quidem vim libenter concedimus, sed geminationem in præsenti casu negamus; & non tantum geminationem, sed in vniuersum
16 confessionem. † Cum ergo duo hîc concurrant, & defectus probationis singularum confessionum, & prætereà confessioni hoc vitium insit quod parte absente sit facta; nam confessio declaratoria actus præteriti ad sui validitatem requirit partis præsentiam tunc cum extra iudicium fit [g], verè dicimus nihil momenti in his duabus depositionibus latere: nam fundamentum actionis & intentionis est ipsa mutuatio seu numeratio, quæ per nullum testem deponitur, id autem quod probatur imperfectè neque pro fundamento ab Actore proponitur, neque etiam proponi potest, quia huiusmodi confessioni vis inducendæ & constituendæ obligationis inesse non potest,

a l qui falso ff de test.
b l eos & ibi Bart ff ad leg. Cornel. de fals.
c c quoties de testib l eos C. de testib.
d Panorm. & And Barbat in c. cum dilectis nu. 8. de elect.

a Panorm. in c cum dilectus nu. 6. & 15. de fuco ff. ab interest.
b Panorm in d. cap. cum dilectus Alexand. conf. 24. in 2. vol.
c Alexand. conf. 132. in 5. vol. Philip. Cor. conf. 113 in 1. vol.
d Alexan. conf. 138. vers. non obstat in 3. vol.
e Alexan. cõs. 36. vol. 2.
f Bart. in l. cum scimus. C. de agri. & censit. libro 11. Lud. Romano conf. 290. Castr. in d l. Publia.
g Panorm. in d. c. cum dilectus nu. 1.

potest; neque eum inter modos obligandi
vsquam reperitur. Augentur premissa quod
Antonius deponat de indiscreta omninò
confessione; quod scilicet Rea summam
articulatam confessa sit se debere Actori;
de caussa debiti quod aliquid confessa sit
Rea, nihil dicit. † Cum ergo de iure hoc
sit certissimum, simplicem confessionem 17
etiam in præsentia partis factam, & multò magis ea absente, si nullam contineat
causam, non habere vim & effectum obligationis nisi causa probetur per Actorem
in confessione se fundantem [a]. † Sequitur 18
itaque in hac causa etiamsi Antonius contestem haberet, nihil noceret ipsa confessio per se; tantoque minus quod Actor se fundauerit non in confessione, sed in mutuo; quo casu ex recepta opinione [b], etiam probata confessione Actor obtinere non potest. Quibus satis eneruatur depositio prædicti tertij testis Henrici de Brae: Nam obstat ei singularitas & confessionis instabilitas ac inefficacia vt diximus. Imò si propius inspiciatur de nulla confessione Reæ deponit; quam scilicet ipse ex ore Reæ audiuerit: nam dicit se vidisse & legisse instrumentum in quo Rea confitebatur. Iam verò quam hoc distet à vera confessione ore prolata, & auribus exaudita facile videbit Dominus Iudex. † Ap- 19
paret ergo ex hac consideratione, nulla ratione posse coniungi Henricum & Antonium; hic enim de confessione nuncupatâ, ille verò de in instrumento scripta deponit. Et cùm Antonij depositioni nullam vim inesse ex varijs circumstantijs ostenderimus, certè minus momentum in Henrici testimonio esse dicere possumus: ob id quod cum testium & instrumentorum par sit vis [c], & instrumento facienti mentionem alterius non credatur, nisi illo altero quoque prolato [d]: fit quoque vt huic testi referenti se ad instrumentum à se lectum, non credatur nisi eo quoque probato; quod in hac causa factum non est. † Præ- 20
terea non maior vis & authoritas debet tribui huic depositioni, quam ipsi instrumento, si prolatum esset. Iam vero si instrumentum prolatum & in hac causa exhibitum inueniretur id continere, quod hic testis deposuit, & sic quidem quod ei instrumento nihil objici posset quoad solemnitatem & fidem; adhuc tamen nihil probaret, quia indiscreta esset confessio, nullam continens debiti causam: quo casu ex apertissima iuris dispositione, nisi interuenerit exacta causæ probatio, Rea condemnari (vt diximus) non posset [a]. Restat quintus testis in quo hærere non est necesse; nam de confessione Reæ nihil deponit, sed de quadam epistola Reæ ad tertium scripta, de qua nemo ex aliis testibus vel verbum vnum meminit; vnde in primis obstat ei itidem singularitas. Secundo nihil prodesse potest Actori veritas huius depositionis; quia non deponit de aliquo debito Actoris. Et ne dicatur per demonstrationem satis indicari Actor, quasi demõstratio vice nominis sit, dicimus id hic fieri non posse, cum tantum deponat epistolam continuisse de debito quadraginta florenorum, & hic maior summa sit petita; & tertiò quod testis ex instrumento, hoc est, epistola & concordia dictum suum proferat, non est illi soli credendum, nisi illis ipsis instrumentis prolatis [b]: iuxta ea quæ paulo ante ad inualidationem testis præcedentis diximus. Cum ergo nulla sit certitudo, nulla soliditas in omnium horum quatuor testium dictis; & præterea eadem dicta versentur circa illa, quæ etiam per plures probata, essent ad præfectos ad perfectam probationem infirma; & deniq; quia super principali basi & fundamento huius actionis, hoc est mutuatione in qua se Actor fundat, nulla omnino reperitur probatio, ne quidem semiplena; consequens est, vt non probatis ijs quæ Actor suæ intentionis fundamenta proposuit, Rea omnino absoluatur; reuocatis priorum Iudicum sententijs: quæ tanto sunt iniquiores, quod intentione Actoris saltem non plene probatâ, in expensas condemnauerint Ream, quæ iustæ ignorantiæ, & negandi causam habuit, succedens in ius mariti; cui Actor satis apertè in suo libello prætendit se mutuam pecuniam numerasse. Nam quod vxori, hoc est Reæ, non numerauerit ex eo fit manifestum, quod intentionem mutui aduersus Ream fundet, ex hæreditaria successione, & domus mortuariæ apprehensione.

a eleganter Panorm in c. Si cautio in princ. de fide instru.

b Panorm. in d. c. si cautio. nu. 4.

c l in exercẽdis. C. de fid. instru.

d Authen. si quis in aliquo. C. de edendo.

a d. c. si cautio l cum de in d. lito §. fin de probat.

b d. Authen. si quis in aliquo.

SVMMARIVM.

Testium concordia.

1. *Promittens curare vt alius faciat, ad quid teneatur.*
2. *Impersonalitas promissionis an obligationem impediat.*
3. *Nemo præsumitur subito se corrigere.*

CONSILIVM LXIII.

OMnimoda cōsonātia & cōcordia est in his quatuor testibus, seu eorū testimonijs; primum in eo quod vno ore omnes dicant Christophorū Pruymen huius causę Reū egisse negotiū Iacobi Cōperes debitoris, rogando ac orādo non tantū Richardum Clouge etiam creditorem, Emondū Helgen Actorem ac improbando intercessionem dictorum testium. In eo quoq; concordant, quod Actor & dictus Richardus noluerint, imo expresse recusauerint dilatoriæ moræ, quam alij Iacobi creditores cōcesserant subscribere, nisi Reus solutionem promitteret. Consonant & in eo duo primi, quod Reus promiserit, seu declarauerit se intra biennium vtriq; soluturum, si Actor, & dictus Richardus præfatæ dilationi subscriberet. Conueniunt item in eo omnes hi testes, quod sub hac promissione (de soluendo scilicet intra bienniū) Actor & Richardus subscripserint; ita quod conditionalis promissio Rei de soluēdo intra bienniū, si Actor & Richardus subscriberent, per sequentem subscriptionem purificata sit, & ex momento subscriptionis irreuocabilitatem induerit; & ob id per quęcunq; Christophori sequentia verba, obligatio semel contracta sine nouo contractu, aut expresso distractu Actoris, tolli vel diminui non potuerit [a]. Neq; duorum priorū testimonio derogāt duo posteriores, quod tertius dicat dictum Christophorum promisisse quod intra biēnium solui curaret, si dilationi subscriberent, & quartus quod Christophorus promiserit, quod ipse prouideret solui si illi subscriberent, nam diuersa non aduersa hæc sunt, fieriq; potest quod in instantia rogationis, & frequentioris repetitionis, eiusdē promissionis verba diuersimodè fuerint concepta, ac probata, quæ tamen ad vnum finem, promissæ solutionis scilicet apertè tēdunt:† nam qui pro- 1
mittit curare seu prouidere vt soluatur, factum solutionis propriæ, nō alienæ promisisse satis videtur [b]; præsertim in proposito, in quo dicti testes nō deponūt, quod Christophorus dixerit se curaturū seu prouisurū vt Iacobus, vel aliquis alius soluat; sed impersonaliter, quod procuraret solui: quæ impersonalitas ex præcedentibus verbis Actoris & Richardi recusantiū subscriptionem, nisi Reus tanquā principalis debitor promitteret intra biennium soluere, quæ loco stipulationis & interrogationis sunt, discutitur; vt scilicet non impersonaliter, sed de sua persona id promisisse censeri debeat; quasi scilicet promiserit suæ curæ ac
2 prouidentiæ futurū, vt ipse soluat. † Cum generaliter & communius receptum sit impersonalitatem in verbis responsionis non vitiare promissionem, quoties ambigua responsionis verba ad præcedentem interrogationem accommodari, illustrari, & interpretationis, seu sensus consonantiam accipere possunt [a]. Nec ad rem facit quod in cōstituto huiusmodi verborū impersonalitas constitutum vitiet [b]: nam constitum pręcedente interrogatione non fit, sed à verbis constituere volētis initium capit; ita vt cū desit ex quo impersonalitas discutiatur, meritò obligationi obstet. Cum igitur cōsonantia est, & nulla impersonalitas testimoniorum, ac verborum de his, quæ vsque ad subscriptionem actā & dicta sunt, nihil curanda est difformitas verborū quibus testes pręfatum Christophorum vsum esse dicunt, post subscriptionem; hoc est post contractam obligationem apprehensis manib' Actoris & Richardi; primo teste dicente, quod dixerit quod intra biennium soluere vellet; secundo quod solui curaret; tertio quod solui faceret; quarto quod intra biennium eis foret solutū. Verba enim quæ ad executionē antecedētis obligationis adijciuntur, vt non augent, ita nec restringunt, vel diminuant obligationem [c]: ne quæ ad finem executionis antecedētis promissio-
3 nis facta est, alium effectū operetur [d], † cum etiam præsumēdum non sit, quod Reus in tam breui momento propositum suum mutare voluerit [e]; præsertim vbi obligationis vinculum ex pręcedētibus iniectum est, vt recedendi ab obligatione, aut illius mutādæ non fuit potestas [f]: & quod in omnem euentum etiam deficiente præcedēte obligatione ex his verbis quāuis impersonaliter prolatis efficax obligatio ad soluēdum in persona Christophori inducta dici deberet; propter clarissima verba Actoris, & Richardi, cōtinentia apertam declarationem quod non subscriberent, nisi Reus vt principalis debitor, promitteret se soluturum intra biennium.

a *l. sicut C. de obligat. & actionibus.*

b *§ si quis alium inst. de inutil. stipulat. l. quoties quis alium tibi Doctor de verbor. obligat.*

a *Alciat. in l. stipulationū alia §. 1 de verb. oblig. & in leg. vlt. ff. si cert. petat.*

b *in auth. vicum de appell. cognosc. §. vlt. & Auth. si quando, C. de constit. pecu.*

c *Clem. 1. de prob.*

d *l. legata inutiliter de adimend. legat. l. Aurelius §. testamento de liber. legata.*

e *l. non ad ea de cond. & demonst.*

f *l. sicut. C. de oblig. & act.*

SVMMARIVM.

Instrumentum notoriale sine subscriptione testium inter liberos.

1. *Scriptura testamenti semper non est pro testamento.*
2. *Instrumentum Notarij sine subscriptione Notarij est nullum.*
3. *Signum an debeat Notarius instrumento apponere.*
4. *Scriptura Notarij non subscripta non reperta in protocollo fidem non meretur.*
5. *Testamentum manu Notarij scriptum. & non subscriptum, non valet ne quidem inter liberos.*
6. *Subscriptione quomodo opus sit dum Notarius scripturam scripsit.*
7. *Testamentum inter liberos non valet, nisi constet patrem id pro perfecto habuisse.*
8. *Testamentum inter liberos sine solemnitate valet tantum inter proximum gradum non vlteriorem obtinentes.*

CONSILIVM LXIV.

QVia tam agentium intentio, quam remora exceptio in causa quæ vertitur inter Adrianum van Quickellerch nomine quo & hæredes Iodoci vanden Steene versatur circa tabulas seu scripturam testamenti, quod agentes Hermannum Claes fecisse contendunt, pro decisione eiusdem causæ, quæ sint vires eius scripturæ potissimum expendendum est; nam in cæteris, quæ mortem testatoris sequuta sunt, non est tantum momenti. Non cõstare autem intentionem agentium certum est; cũ enim ex testamento agatur, neque de testamento probationes adferantur sequitur ex capite deficientis probationis Reos absoluendos[a]. † Nã quod Actor existimat ea 1 scriptura seu papiro, quæ in hoc iudicio exhibita est, contineri vltimam voluntatem Domini Hadriani, rationem non habet. Neque enim omnis scriptura alienam voluntatem continens, iusta est censenda; sed ea sola quæ legitima & sine vitio est[b], quæ vero abusiue testamenta appellantur, falsa sunt vel iniusta, & ideò non nisi imperfecta testamenta dici debent[c]. Iniustam autem seu imperfectam esse eam scripturam multis argumentis & rationibus partim ex articulis & allegationibus Domini Aduocati causæ repetitis partim aliunde adductis ostendi potest. Primo (quod omnium etiam potissimum est) ex eo quod hæc scriptura, neque sit ipsa voluntas testatoris, neque contineat probationem voluntatis: voluntatem ipsam non esse ex eo apparet, quod nullo iure, nulla consuetudine receptum legatur vltimam voluntatem sic declarari. Probationem autem voluntatis non continere indubitatum est, quia priuata scriptura est, quæ fidem sola

a l. qui accusare. C. de edend.

b l. non pu tauit. §. non quærit. de bon pos cont. tabul.

c l. 2. §. 1. quemad test. aper.

2 facere non solet[a] † Neque enim quod constet manu publici Notarij scriptam esse, publica diceda nisi & formam publici instrumenti habeat; hoc est, omnes suas complectiones, & inter eas ipsius Notarij subscriptionem, notam, seu signum. Quæ quidem subscriptio etsi nulla lege specifice requiri necessariò videatur, neque vlla lex sit quæ expresse dicat, instrumentũ vitiari si tabellio nomẽ suũ nõ subscripserit; multæ tamẽ sunt, quæ subscriptionis mentionem faciunt; quasi id prorsus necessarium sit, si nõ aperta aliqua legislatione, saltem ex vsu & moribus vtentium. Vt non immerito cõmuni omnium Doctorum sentẽtiâ receptũ sit[b], nullum instrumẽtum tabellionis fidẽ facere, quod nõ habeat eius subscriptionẽ. Vnde recte dixit Baldus[c], instrumentum à Notario nõ subscriptũ, nõ esse instrumẽtũ.
3 † Et vt minus de communi hac sententia, dubitemus, iam longo vsu & quotidiana obseruatione id planè receptum est, & cõprobatum. Sic vt nec solius nominis subscriptione cõtẽtus sit Philippus Corneus[d], in facti specie huic admodum simili, nisi etiam nota, seu signa Notarij addantur, quod & hoc consuetudine sit introductũ[e]. Quam consuetudinem cum nemo negare possit, & sic necessaria non sit illius probato, sequitur vt quando consuetudine (cum nulla prorsus lege scriptâ id admissũ legitur) hoc introductũ est, vt testamenta corã Notario & duob⁹ testibus nũcupata valeãt, debeatq; ea nũcupatio in scriptũ, vt cætera omnia quę corã eis fiũt, redigi, nõ cẽseantur, secũdũ consuetudinẽ valere, nisi à Notario legitimè scripta seu in instrumẽtũ publicũ redacta fuerint, ita scilicet vt ratione solennitatis omissę impugnari possint. Instrumentũ enim debet cõtinere eas solẽnitates, quas consuetudo induxit, & multo

a l. instrumenta C. de probat.

b in l. 2 C de conuend. fisci debit lib. 10. & in l contractus. C. de fide instr. canon. fiat r. & c cu P tab. 8 de fid instr. Speculator in tit. de instrument. edit. §. instrumentum. Bertrandus. consil. 126 & 207. vol 3.

c in l. 2. C. de conueniend. fisci. debitor. lib 10.

d Cons 226. vol 3 in quo plurima sũt, quæ ad præsentis quæstionis decisionem pertinent.

e DD in l ex antiquitas C de testam.

omitti possit subscriptio[a]: quod in Notario admitti nolunt omnes: quia is instrumentum solenne debet conficere. Quo pertinet quod pro singulari notat Baldus[b] quod Notarius scribens testamētum suum non habeat necesse eidem etiam subscribere; ita vt aliorum in testamentis à quibus Domini subscriptio abest, imperfectum sit quod perfectionem accipit à forma communi[c]. Illud profecto pro maiore perfectione huius testamenti non facit, quod finis dicti instrumenti sic sit compositus, & velut extrema manus illi imposita dici possit ex verbis, **Dit geschiedt**, &c. hoc est, ita actum; addita etiam repetitione diei & testium nominibus. Nam licet id ad voluntatis perfectionem referri possit, vt scilicet hinc intelligatur testator, qui dictauit suum testamentum, id absoluisse & perfecisse, neque velut in medio cursu obmutuisse[d], ad testamenti tamen solemnitatem accommodari non potest, quod omnino subscriptionem desiderat. Et hoc est, quod ait Cynus[e], etiam abbreuiaturam sine hac subscriptione etiamsi habeat diem, aut consulem, imperfectam esse: sic vt ex eo non possit instrumentum publicum cōfici. Non satis igitur est subiectam esse clausulam (actum) nisi & addatur & ego Notarius[f]. Quam quidem testamenti imperfectionem sic afficere ait Castrensis[g], vt etiam imperfecta dicatur ratione voluntatis; ideo scilicet quod non sit, quo voluntas probetur. † Inter liberos conditum 7
esse hoc testamentum nihil facit ad conseruandam huius instrumenti substantiam, & validitatem: nam non contenditur hic de minore solennitate testamenti permissa patri testanti inter liberos; sed de solennitate instrumenti continentis testamentum; quod instrumentum, cum non sit solenne vim probatoriam non habet[h]: vt omittamus illa quæ ad huiusmodi testamenta etiam imperfecta desiderantur, & hic neglecta videmus[i]. Deinde non vsque adeo sustinetur huiusmodi testamentorum imperfectio, vt si non constet patrem testatorem testamentum pro perfecto & absoluto habuisse, omninò valeat[k]; cum hic non constet, quod neque ipse testator eam scripturam scripserit, neque inueniatur vlla probatio, quâ is id velle testatus sit, quod esset si constaret (vt requiritur[l]) lectum fuisse coram testibus: ita vt potius videatur testamenti præparatio[a], quā confectio[b]. Multa de imperfectione huiusmodi testamenti inter liberos per Notarium scripti, ad hanc causam facientia congessit D. Corneus[c], ad quem breuitatis causa remittere satis est.
8 † Et vt minimum dubitemus non recte ab vxore agentis, quæ testatori tantum neptis fuit huiusmodi allegatio obijcitur: hoc enim ex communi sententiâ receptum est, testamentum prius imperfectum inter eos liberos qui ab intestato eidem successuri erant, factum sustineri[d]: ita vt primum testamentum respectu neptis, quæ matrem superstitem habet sic non sustineatur[e]. Cum itaque vxor agentis auo suo, id est testatori, non erat ab intestato successura, ex eo quod mater eiusdem eam præcederet, non obtinebit in hoc testamēto quod iure singulari parentibus testantibus permissum est; sed pro extranea persona haberi debet, & imperfecta scriptura quoad eam saltē pro nulla reputari[f]. Apud testatorem inuentam esse hanc scripturam, nihil solido iure conuincit; quia non constat volantatem testatoris ibi fuisse, & vt constet, imperfectio coniecturam tantum continet præparationis testamenti: vt diximus. Nouissime quod de approbatione Reorum adducitur, etsi vrgere videatur nihil tamen efficit: primo quia id probatum non est; imò ex ijs ipsis quibus eam Actores probare nituntur, contrarium cōstat; per protestationem scilicet quod non aliter sorores vxoris admittere volūt Rei quam testamento probato vel improbato; & tamdiu interim ei adhærere, quam improbatum erit: quibus verbis nemo sanæ mentis approbationem contineri dicet. Secundo etsi constaret de aliqua approbatione per aliquot legatorum solutionem (prout non) nullum momentum habitura esset ad finem ad quem Actores eam trahunt. Nam etiāsi ei præiudicet in eo quod solutum est ex huiusmodi testamento; in alijs tamen præiudicare non debet[h]; præsertim vbi est nullitas solennitatis[i]; vt hic. Quibus omnibus si adijciatur ineptitudo libelli agentium & non satis idonea causa ad eum finem ad quem tendunt agentes, prout ea satis dilucidè per Dominum Aduocatum in suis scripturis deducta & probata sunt; non videmus cur agentes in sua petitione obtinere debeant; & non potius Rei, ab eorundem impetitione absolui.

a l. cum antiquitas. §. fin. de testa.
b in d. l. cum antiquitas.
c Bald. in d. l. contractus D. de fide instrum.
d l. si quis ff. de testam.
e in d. l. contractus.
f Cast. in d. l. hac cōsultissima in fin. principij Bal. in auth quod sine C. de test.
g in d. l. hac consultissima
h Socinus cōsil. 2. vol 3.
i in authent quod sine.
k gloss ad d. l. si is qui.
l Bald. in l. fideicommissa. de legat. 3. Corneus consil. 77. vol 4.

a l. hac consultiss. § ab ea C. de testa.
b Cast cons. 362. incip. visa facti, narratione.
c consil 226. nu. 3. vol 3.
d l vltima in verb in part. C fam. ercis.
e Francis. Curt. iunior. ad d. §. ex imperfecto
f d. § ex imperfecto in fin.
g p. l. non dubium C. de testa. l. cum quidam de admin. tutor
h gloss. & Bald. in l non dubium C. de testam.
i Bald Iason. & alij in d. l. non dubium.

mentorum ab Actore & Reo exhibitorum vt stetur ei, quod credibilius & verisimilius est, & ad quod iudicis motus, ac boni viri grauitas concurrit: sic tamen vt cœteris paribus Reo faueatur[a], & pro instrumento publico stetur †: est enim generaliter traditum, vt instrumento per tabellionem publicum in præsentia testium confecto stetur[b]; cum contineat probatam probationem, & veritatem apparentem[c], faciatq; rem de qua agitur pro manifesta haberi[d], ac perpetuo eam præsumptionē secum trahat, vt non tantum sit solenne, sed etiam verum[e] † Vnde decidit Guido 4
Papæ, quæstionem illam vtrum testibus an Notario stari debeat contrarietate incidente esse dubitabilem, sed tamen pro Notario esse præsumendum, si sit bonæ famæ propter officium publicum, quod præsumitur bene exercere[f], eaq; est speculatoris[g], & aliorum omnium traditio[i]; sic vt regula sit pro appellantibus, quæ ad intentionem seu defensionem appellantium fundandam sufficit[k], cuiq; adhærendum est, quandiu in contrarium non apparet specialis dispositio iuris[l] quæ quidē nulla reperitur; quæ ad propositi casus circumstantias ad aptari vel accomodari possit †. Nam dicta Innocentij regula, seu 5
verius adicta Speculatoris & aliorum regula exceptio, indistinctè vera non est; sed angustis admodum finibus, & limitibus conclusa; Requiritur enim inter cætera ad illius veritatem vt testes qui deponunt pro reprobatione instrumenti, in toto vel parte sint multum idonei, atq, omni exceptione tam in personis, quàm in dictis maiores[m]: imo in superlatiuo gradu (: Vt ait Ioannes de Anania[n]:) manifestissime maiores; sic vt vel leuissima exceptio testibus reprobatorijs instrumenti fidem deroget[o]; Sed nec esse tales sufficit, nisi idipsum quoq; formaliter & positiue allegetur ab eo, qui his reprobatorijs testibus vtitur[p]. Cùm ergo pro parte agēte nusquam hoc positiuè allegatum sit merito vel ex hoc capite fides testibus derogari, & instrumento plenissime adhiberi debet, in hoc præsertim casu, vbi per Appellantes dictum & probatum est, testes reprobatorios omni exceptione maiores non esse †. Est enim probatum & ab Actore recognitum Arnoldum Beckers vnum 6
ex testibus olim fuisse Actoris famulum domesticum, & seruitorem; ex quò sequitur illius personam exceptioni subiectam esse. Nam licet domestici mercenarij, qui olim domesticus fuit, tempore autem depositionis non est, alibi recipiatur testimonium, etiam de eo quòd actum vel gestum est tempore quo adhuc domesticus erat[a]; in casu tamen proposito, quia mercenarius & rusticus, atq; ita vilis conditionis est, aut saltem vilioris, quam sit Notarius, non recipietur ad reprobationem instrumenti, vt eleganter ex facto cōsultus respondit Iason[b]. Quod in hoc procliuius dicendum est; ob id quod Actor hunc testem in aduersa valetudine extra domum suam ægrotantem cibo & potu adiuuerit, & sic eundem beneficum debitorem sibi constituerit; & id quidem eo tēpore, quo extra formam iudicij (: vt infra latius dicetur:) testimonium hoc aduersus dictum instrumentum dixit; cum nec eo tempore omninò domum & familiam Actoris deseruerat, sed causa morbi foris decumbebat, reuersurus si conualuisset, sic vt nec deseruisse videri possit A-
7 ctoris domum †. Est quoq; probatum, & confessione Actoris agnitum, Thomā Luysmont secundum testamenti testem, esse affinem Actori in secundo gradu; hoc est Vxoris suæ patruum: quæ res facit, vt propter affectionem, quæ ex coniunctione sanguinis, seu affinitatis oritur, præsumatur testimonium ex omni parte non esse indubitatum; Vnde etiam dicit Angelus Tretinus, Fratris & similium testimonium in arduis causis (: qualis est ista propter præsumptionem, quæ pro instrumento militat, & vbi indirectè ad falsum detegendum agitur:) huiusmodi consanguineorum, & affinium testimonium omni
8 exceptione non esse maius †. Et in simili decidit Iason[e], quamuis singulorum Monachorum testimonium in negotio Ecclesiæ seu conuentus sui generaliter non improbetur[f]; in articulo tamen reprobatorio, si in reprobatione aliqua vtilitas Ecclesiæ seu conuentus consistat, non esse omni exceptione maiores nec eis plenè credi[g]: omni enim exceptione maior is
9 demum est, cui nihil obijci potest[h] † Aduersus Ioannem Brugmans tertium testamenti prætacti testem, etsi parum sit quod abijciatur, præterquam quod leuitate quadam & inconstantia laboret, quam vnus ex testibus asserere videtur, sic vt ex personæ conditione ceteris duobus integrior videri posset; ex eā tamen parte omnem exceptionem superare non videtur ex cōditione personæ. Hoc enim habet cum duobus alijs commune, quod hi testes omnes sint rustici, quibus propter memoriæ labilitatem, & iudicij defectum merito credi non debet[i], in assertione illius quod ante annos plures quam octo actum; & præsertim cum de forma verborum formaliter prolatorum, & exacto verborum discrimine constituendo agitur. Illud enim vnum inter cetera est, quæ Doctores requirunt

a l. fauorabiliores de reg. iur.
b l. cum precibus C. de probat.
c Bald. in l. Imperator. de stat. hom.
d c. cum dilect. de ver. signi Bart. in l. 1. in princip. de noui oper. nunciat.
e Bald in c. 1. §. si instrumentorum de natura feudi & in c. illud circa fin. de præsumpt.
f Decis. 540.
g ad audientiam. de præsc. Alciat. in tracta. præsumpt. reg. 3. cap. 14.
h In tit. de test. §. decimo vers. sed pone Ecce index. de fid. instrumt. § restat. vers. quod si cum attestationes.
i Cyn. Ang. Saly in l. si quis decurio. C. de fals. Ludo Roman l. 1. in fin. de verb. oblig. Socinus in fallentia reg. 428.
k Bart. in l. quoties si quis caus.
l Bald. in l. si inter C. de fame pign. dat manu.
m l. optimā ad fin. C. de contra. & com. stipul. Bart in d. l. 1 §. si quis negat. Qui admodum testamenta ape.
n Consil. 97. in causa quæ vertitur nu. 2.

o Bald. in d. l. optimam & in d. c. cum Ioannes.
p Alex consil. 43. Vis ac ponderatis n. 24. vol. 4 Iason. consil. 133. difficultas huius causæ. nu. 5. vers. 13. Stephan. Bertr. consil. 248. nu. 5. volum. 3.
a Cy. & alij in l. 2. C. de test. Bar. in l. 1. §. si seruus de quæst.
b d. consil. 133. nu. 5. vers. 12.
c l. quidquid in fin. de reg. iur.
d In §. 1. instit. de gradib. cognat Ias. d. consil. 153. nu. 5. vers. 11. in fin. Stephan. Bertrand. consil. 189. nu. 4. vol. 1.
e consil. 124. Factum sic se habet nu. 3. part. 1.
f C. insuper, de testi.
g Archidiac. 12. q. 2. C. in summa.
h Glos. in c. 1. in verb maiores. de consang. & affin.
i arg. l. fin C. de test.

requirunt ad sustinenda testimonia aduer-
sus instrumentum, vt scilicet temporis
vicinitas suffragetur, & memoriæ vero si-
militudinem seu indicium adferat. † Ex 10
aliorum testium personis nihil præter eo-
rundem singularitatem (: de qua mox di-
cetur:) obiecerunt appellantes, vt nec ad-
modum necesse erat, propterea quod in-
strumentarij testes non sunt, & sex ex iis
fateantur se in actu testandi præsentes non
fuisse[a]; & septimus quamuis significare vi-
deatur se præsentem fuisse, nihil tamen de
verbis a testatore prolatis deponit: testes
autem non instrumentarij difficilius fidē
instrumento derogant[b]; imò nulla ratio-
ne si actui, qui gestus dicitur, præsentes
non adfuerunt, neq; de eo quicquam testi-
ficantur quod instrumento contineri dici-
tur[c] † non enim aliter fides derogatur in- 11
strumento, quam si testibus contrarium,
seu aduersum probetur; secus si diuersum
in dictorum testium testimonijs reperitur:
diuersa enim simul stare possunt, non ad-
uersa seu contraria[d]. Quia autem in ho-
rum testium non instrumentariorum men-
tionem incidimus, minusq; operosa est cir-
ca eorum reprobationem seu exceptionē
deductio, vnico ductu eorum examinati-
onem, & discussionem percurremus, ac
priusquam ad testamentarios reuertamur,
absoluemus. Et sanè in primis occurrit
quod maximum momentum habet ad re-
ijcienda horum testimonia, quod omnes
sint singulares, nec quisquam sit qui con-
testem habeat in eo quod vno & eodem
tempore a testatore audierit, quod ius pro-
prietatis agrorum de quibus est contro-
uersia nepoti suo Henrico Boesmans sub
annuo & hæreditatorio reditu quindecim
vasorum siliginis, exceptis sex bonarijs,
esset relicturus, vel reliquisset. Nam qui-
dam testatur se ante infirmitatem testato-
ris audisse ex testatore, quod concepisset
proprietatem relinquere nepoti, reditum
alijs liberis, Alij idem audisse deponunt
tempore infirmitatis, & rursus quidam
post conditum dictum testamentum, & id
quidem tam variè, vt nemo sit, qui in tē-
pore concordantem habeat testem, quiq;
testetur se cum alio id audiuisse ex testato-
re :)Vt nihil mirum sit, si dicamus in hoc
articulo reprobatorio, illorum depositi-
onibus propter singularitatem non esse
standum aduersus instrumentum. † Cum 12
etiam apud plerosq; dubitatum sit an si
testes testamentarij negent se interfuisse
testamento; vno contendente se hic; alte-
ro alibi fuisse, eis credi & stari debeat[e],
quod singulares esse videantur[f] † Vnus 13
sanè inter eos est scilicet quartus, qui as-
sertiue nihil deponit, sed ait se pro melio-
re sua depositione tenere quod testator
noluerit separare terras à colonia; addens
se non meminisse, nec audere astruere quod
ex ore testatoris audierit: cuius generis
testimonium nullum est, nec in instrumē-
tario teste obtineret; quia remoueat sen-
sum ab actu[a], & iudicij sui infirmitatem
14 prodat[b]. † Est prætcrea alius scilicet sex-
tus, qui non ex testatore sed aliorum re-
latu in mensa referri tantum audiuit, te-
statorem huiusmodi verba dixisse; cuius
generis testimonium iterum nullius est
momenti[c]. Est deniq; rursus alius octa-
uus scilicet, vnus inter eos qui ex ore te-
statoris se deponere testantur, qui aperte
falsum deponit, videlicet testatorem di-
xisse tribus annis antequam correptus es-
set morbo, quod dictus nepos haberet om-
nes terras cum colonia: Nam ex alijs te-
stibus constat in morbo factum esse testa-
mentum; sic vt non possit esse verum,
quod nepos haberet re aut spe, quod non-
dum eius erat, aut ei nondum ascriptum
tunc erat. Qui idem testis in alio quoq;
impingit, quod deponat testatorem di-
xisse, quod nepos haberet omnes terras,
quæ sub colonia comprehendebantur, cū
ex testamenti tenore, & propria Actoris
assertione constet, aliquot iugera terræ si-
ne vlla dubitatione fuisse liberis testato-
ris relicta: vt merito ob falsitatem huius
15 testimonij in vnâ parte, totum corruat[d].
† Quibus omnibus ad maiorem omni-
um horum testium non testamentario-
rum eneruationem, seu fidei derogati-
onem, ne quid contra instrumentum o-
perentur, addi potest; quod stante veri-
tate eorundem; quod scilicet audierint
testatorem dicentem, quod relinqueret,
vel quod reliquisset nepoti omnes agros
iure proprietatis sub onere dicti reditus
quindecim vasorum siliginis in singula
iugera, nihil faciant ad derogandam fi-
dem instrumento; cum huiusmodi verbis
assertiuis, neq; testamentum neq; codicil-
li fiant, aut reuocentur, etiamsi hi eidem
testes deponerent, quod audissent testa-
torem dicentem extra actum testandi,
*Relinquo nepoti meo proprietatem dictorum a-
grorum*[e]; cum nec literæ nec verba qui-
bus hæreditas promittitur, aut animi ex-
primitur affectus, vim testamenti, aut co-
dicillorum habeant[f]: quæ tamen certio-
rem probationem huiusmodi assertionis
continent quam testes: litera namq; scri-
pta manet, vox audita perit, aut varia-
16 tur. † Vndè cum pœnitentiæ locus sit,
etiam in eo, quod testator facere destina-
uit, & in ipsa testamenti scriptura postea
se facturum testatur[g], ac falsæ testatoris as-
sertioni, si res aliter se habet, (: prout hic

ex

a *Arg. l. vltima C. de testa.*
b *Archidia. in c. si testes 4. q. 2.*
c *Bart. in d. § fin nu. 13. Bald. in l. 1. nu. 7. C. de bono. possess. sec. tabul.*
d *l. mutius pro socio l. 1. C de furtis*
e *l. iurisiurandi C. de testibus.*
f *Bart in d. l. 1. §. fin. & DD. in d. c. cum Ioannes.*

a *Bart. in d. § si quis negat. nu. 9. Bald in d. l. 1. nu. 7. Imol. in d. c. cum Ioannes.*
b *Iason d. cons. 155. nu. 5. vers. 14.*
c *l. testium. C. de testa. l. 2 §. idem Labeo de aqua plu. arcend. c. licet ex quadam c. feries de testibus.*
d *Doctor. in l. si ex falsis C. de transact.*
e *l. Diuus Traianus de mil. testa. Socinus nepos consil. 179. nu. 20. vol. 2.*
f *l. litera de mare codicil.*
g *l. cum pater §. fin. de leg. 2. l. penul. C. de instit. & substitu. sub cond fa.*

ex testamenti inspectione constat)stare non debeat [a], non concludunt necessario dictorum non instrumentariorum testium depositiones aduersus instrumentum; & ideo instrumento derogari non debet: probatio namque infringens instrumentum, debet esse concludens & necessaria [b].
† Sed reuertentes ad instrumentarios testes 17
videamus an nihil sit, quod sepositis exceptionibus aduersus eorum personas, fidem dictis eorum derogare possit? & occurrit in primis illud, quod verè duo sint tantum testes instrumentarij, quorum testimonia al quam speciem contradictionis efficacis continent: videlicet Ioannes Brugmans,& Thomas Sysmont; qui duo tantum in hac causa, pendentibus terminis & dilationibus probandi ordinarie ac iuridicè producti deposuerunt. Quo considerato succedit [c] Theorica Doctorum, vt cùm instrumentum impugnatur, aut contradictionẽ patitur ab aliquibus, non omnibus testibus, si tot remanent testes, qui coniuncta persona Notarij, repugnantes & contradicentes testes, numero vel superent vel adæquent, magis stari debeat instrumento, quàm contradicentibus testibus. Vnde cum testimonium Arnoldi Beckers stet pro Notario; quia scilicet nulla extat contraria depositio [d], authoritas & fides publica, Notarij coadiuta vno teste præualebit duobus testibus contradicentibus. Testimonium autem Arnoldi stare pro Notario sic demonstratur; nam cum in præsentia testium publica scriptura confecta est per manum publicam Notarij, de qua constet (prout hic ex confessione Actoris, & omnium testium depositione euidentissime constat)huiusmodi instrumẽto plena fides adhibenda est, tam quoad tenorem,& contenta in eo, quàm quoad solemnitatem, etiam si omnes testes instrumentarij mortui sint [e]. † Testes enim testamentarij tunc
cum adhibentur actui, testimonium di- 18
cunt [f], eoque tempore officio suo functi dicuntur [g]: vsque adeo vt quamuis nuncupatiui testamenti probatio testium memoria ac fide consistere videatur; cum tamen de nuncupatiuo testamento publici tabellionis manu tunc adhibiti confectum est instrumentum publicum, testium memoria non requiritur, neque testium aliqua productione aut examine opus est; sed
per se statim fidem facit, ac probat [h]. † Sic 19
vt quamuis testes ab eo, qui instrumentum oppugnat, producti testentur se non interfuisse, audiantur [i]; non audiuntur tamen, neque fidem faciunt, si dicant se non recordari, an hoc testator dixerit [k]. Cum ergo constet hic interfuisse omnes testes instrumento inscriptos, instrumento plena fides

a l. verba testamenti de testam.
b Panorm. in c. tertio loco de prob.
c Immol. & alij in d. c. Cum Ioannes Corn. cons. 219 licet videatur dicendum num 8. Decius cons. 401 pro tenui facultate sub fin.
d Deci. d. cõs. 401. nu. 2. versic. 4. tom. considerandũ Crauetta cons. 56. n. 7.
e gloss. l. 2. in verb publicũ. quemadmodũ test. aper. Bart. Bald. Ang. & Saly. in l. 1. C. de testa.
f l. heredes Palam § penult. in fin. de testam.
g Saly. in l si non speciali. & ibi Alb. in princip. C. de testa.
h Bart. in l. 2 nu. 1. quẽadmod. testa aper.
i Doctor. in d. c. cum Ioannes & in d. § fin.
k Bart. in d. § fin. nu 9.

adhibẽda est quia pro eo stat Arnoldi mortui depositio, quemadmodũ starent & aliorum duorum, si ante hanc secundam suam
20 depositionem decessissent. † Neque his aduersatur quod ab Actore exhibita sit quædam attestatio eiusdem Arnoldi ab eo coram Notario, & testibus in loco suæ ægritudinis emissa, quæ euidenter declarat iure proprietatis Actori prætactos agros fuisse relictos, exceptis tantum sex iugeribus: nam in primis huiusmodi certificatio seu attestatio nullius est momenti. Non enim huiusmodi testimonijs [a], hoc est, certificationibus siue ipsorum testium, siue alterius manu scriptis, sed testibus ipsis personaliter coram iudice seu eius commissario deponentibus credendum est [b]. Et qua ratione Actor testimonia dictorum trium testium instrumentariorum recepta coram iusticia sæculari de Montenaken impugnat; quasi scilicet recepta sint coram Iudice incompetente(ad quod tamen suo loco postea respondebimus) eâdem & longè potentius impugnari potest huius Arnoldi Beckers testimonium, qui nullius Iudicis
21 authoritate examinatus est. † Nulla enim est prorogatio iurisdictionis quoad personas vel res in eo, qui nullam omnino habet iurisdictionem contentiosam [c]; secus in eo qui alioqui aliquam iurisdictionem habet [d]: nam in habentibus symbolum fa-
22 cilis fit transitus: † sic vt coram Notario, qui nullam prorsus contentiosam iurisdictionem habet, actus iudicialis, qualis est testium examinatio [e], fieri nequeat; facilius coram eo, qui iurisdictioni præest etiamsi alioqui quoad personas sit incompetens. Proinde huius Arnoldi testimonium nullum reputari debet ex eo, quod rite
23 non sit receptum. † Idque primum quia ante litem contestatam sit receptum [f]. † Se-
24 cundo quod quamuis ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam, si metuatur testis absentia vel mors, testes audiri possint [g]; est tamen eo casu necessarium vt huiusmodi testes audiantur & examinentur à Iudice suo: id est, ab eo qui in causa principali si moreretur Iudex futurus esset [h]: neque id quidem simpliciter, sed præcedente Iudicis decreto; quod scilicet recipiendi sint testes propter absentiam vel metum mortis [i], & præterea par-
25 tis aduersę citatione interueniẽte [k]. † Quoniam generaliter ad testium depositionem pars aduersa citanda est [l]; vt ad actum quẽlibet is, cuius interest [m]. Vnde etiam cum nuncupatiuum testamentum confectum est, si is, secundum quem,& ad cuius vtilitatem nuncupatum est, velit huius nuncupatiouis certitudinem conseruare, ne diffluente testium adhibitorum memoriâ, vel illis

a not. in l Iurisconsultissima § penul. C. de test. Bald. cons. 481 infra scripta sunt omnia nu 5 vol 3.
b l. 3. § deinde Dinus Hadrian. de testib.
c priuatoris C. de iurisdict. om.
d l. 1. C. de iurisd. om. iudi.
e c. quoniam cõtra falsam. de probat.
f tit. vt lite non contestata.
g c. fin. in princip. vt lite non contest.
h Bart & alij in l. societatem. § arbitrorum. pro socio Doct. in c. significauit de testib.
i gloss in l. in lege Aquilia si delictum. ad leg. Aquiliam. & ibi Bart. Socinus nepos. cons. 86. disputatur in præsenti. nu. 14. vol. 2.
k Doct. in d. c. fin. in princip. & in auth. si quis. C. de testib.
l c. 2 de testib. quando C. eod tit.
m l. de vnoquoque de re iudic.

illis morientibus, probatione destituatur; necesse est vt curet hos testes audiri ad perpetuam rei memoriam, eorumque dicta publicari [a]: sed nihil proderit hæc testium auditio, & publicatio, nisi citatis prius his, quorum interest, veluti hæredibus ab intestato, aut qui alioqui quoquo modo nuncupatione testatoris læderetur [b]; & quidem specialiter ac nominatim facta citatione, cum generalis non sufficiat vbicumque extat, & certa est persona, quam hæc res concernit [c]. defectus itaque authoritatis & potestatis illius, qui testes audiuit; Item omissio citationis, omnino hic obstant vtilitati huius testimonij: cum etiam alterutrius defectus per se solus ad hoc sufficiat. † Sic vt nec probent testes coram 26
Papa vel Principe auditi omissa citatione partis aduersæ [d]: iura enim quæ requirunt citationem partis ad actus sustentationem, tam obtinent in Principe, quam in inferiore Iudice [e]; & non tantum non probant testes sic auditi, sed nec indicium faciunt [f], etiam si mille essent [g]. Cuius in casu præsenti longe maior est probabilitas, quod huiusmodi depositio Arnoldi facta sit eo tempore, quo Actor huius causæ, non tantum suspicari poterat habiturum se aduersarium circa articulum, super quo testificatus est Arnoldus, sed iam habebat: controuersia scilicet super eodem articulo per antea coram iustitia de Montenaken motâ. 27

†Tertio huius testimonij inutilitas ex conditione personæ quoque, si non omnino subuertitur, suspecta tamen redditur; quod hic Arnoldus Actori domesticus fuerit, & necdum plenè domesticus esse desierit; quodque mercenarius eius fuerit [h], & per se vilis sit, & denique quod eo ipso tempore, quo deposuit, alimenta ab Actore acceperit, vti superius diximus. Hæc enim omnia ad fidem minuendam plurimum faciunt, in hac graui causa [i]. Est enim huiusmodi hominum, vt in rebus agendis magna imperitia, ita etiam memoriæ infælicitas ac iudicij instabilitas: vt nulla ratione verosimile sit post octo annos tam perfectè hominem rusticum potuisse meminisse verborum à testatore longa serie prola- 28
torum. † Cum alioqui hoc verum inter cætera sit, quod Doctores in testibus aduersus testamentum deponentibus requirant, vt scilicet testes deponant de toto testamenti tenore [k]; quod neque hic Arnoldus, neque item duo alij faciunt. Facit prætereà ad huius fidem infringendam quod testimonium eius discrepet ab eo, quod in iudicio coram iustitia de Montenaken ante annos sex dixerat: longe enim est animosior, & velut ex formula præscripta ab Actore (vt ex his quæ prædiximus, & præcipue ali-

a l. publicati secundum vnum intellectum gloss. C. de testa.
b Steph. Bert. consi. 212. supposita narratione. nu. 22. vol. 1. parte 2.
c Bart. in l. si quis instituatur. § item si conditionem de hæred. instit. Bald. in d. l. publicati. & ibi Saly. & Corneus.
d Bart. in l. filiusfam. C. de donat. & in extrauagan. ad repriméd. in verb. figura.
e Clem. pastoralis § cæterum. & ibi Doctor. de sent. & re iudic. Francisc. Curtius Senior. consi. 21. Deus æterne. nu. 15. Fran. Aret. consi. 163. nu. 15.
f Bart. in l. maritus & l. fin. de quæst. Bald. in l. congruit. in fin. de offic. præsidis.
g Fran. Aret. consi. 16. sic. ut Ioannes dicit in Apocalypsi nu. 1.
h Iaso d. consi. 133. nu. 5. vers. 12.
i Bald. in Auth. si citatur. vlt. colum. vers. tertio casu. C. de testib. & in l. milites. C. de quæst.
k Bald. consi. 21. punctus quæstionis vertentis nu. 3. vol. 4.

mentatione præsumendum est) sequens coram Notario extra iudicium facta depositio; vti ex collatione vtriusque testimonij Dominus Iudex facillime colliget; nam omnium excussio & deductio longius excurreret. Inter illa tamen illud non leuem huius Rei fidem facit, quod in iudiciali depositione attestetur de agris ad coloniã spectantibus; de quibus etiam solis testator in priore controuersâ clausula loquutus fuit; cum in extraiudiciali audentius deponat, testatorem reliquisse Actori omnes fundos, quos vel ipse, vel alius eius nomine, possidebat, & ex alijs testamenti particulis euidenter constet de quibusdam fundis specialiter esse depositum; vt de bonis feudalibus, & prato prælegato Ioanni Keldermans: sic vt ob hanc contrarietatem neutra depositio fidem mereatur, præsertim quod in vtroque testimonio eius iuramentum interuenerit.
29 †Nam quamuis plerique reprobent Bartoli sententiam [a], quod non sit credendum iurato testimonio iudiciali, si idem testis extra iudicium contrarium eius asseruit, etiamsi eius dictum extraiudiciale in forma testimonij sit receptum; scilicet à Notario vel iudice non suo: est tamen illius sententia indubitatè vera, ad hoc vt aliquid detrahatur fidei testimonij iudicialis, & omni exceptione nõ sit maius [b]; quod superius in hac reprobatoria attestatione diximus omnino esse necessarium, idque omnium maxime procedit, si extraiudiciale testimonium cum iureiurando sit dictum [c]; quia hoc casu necessario conuincitur testis periurium [d].

30 † Quæ consideratio non tantum ad Arnoldi Beckers testimonium applicari potest, sed eadem quoque ratione ad testimonia aliorum duorum testium instrumentariorum; quod & illorum depositiones coram dicta iustitia de Montenaken primo, & deinde coram officiali Leodiensi in hac causa receptæ inter se discrepent, ac variẽt in verborum forma: testibus enim diuersimode referentibus formam verborum, credendum non est [e]; nam sic aut manent singulares [*], aut censeri debent periuri [f]. Quam quidem contrarietatem non euadent allegatione, quã Actor vsus est, quasi huiusmodi testimonia sint recepta in iudicio incompetente; nam contrarium conuincitur non tantum quia testamentum factum est in loco de Montenaken, & hæreditas, seu domus mortuaria testatoris ibidem sita [g], sed etiam ex decreto Domini Officialis in literis citatorijs per Actorem in prima instantia impetratis inserto, quo post inhibitionem dictæ iustitiæ de Montenaken ad instantiam Actoris antea factę, Officialis cognitionaliter remisit approbatio-

a in l. eos §. ad leg. Cornel. de fals.
b Panor. in c. per tuas nu. 11. vers. ego simpliciter de probat.
c Panor. in d. c. per tuas. n. 11. vers. puto tamen. quod si primum Bertrius Decis. 108. nu. 3.
d c. tua. & quod ibi not. de iureiur.
e Dec. Geminia. consi. 142. n. 6.
f Ant. de but. in c. qualiter, 2. de accusat. & in c. nihil de verb. signific.
g l. vnica C. vbi de hæred.

bationem testamenti ad eandem iustitiam, approbationem inquam facti, hoc est, cognitionem, an testamētum ita nuncupatum fuerit, vt scriptum est; quam sine testium auditione facere non potuit dicta Iustitia: sic vt permisso consequenti, necessarium antecedens, & sine quo ad approbationem perueniri non poterat, permissum quoque intelligatur; hoc est, quod testes instrumentarij cum Notario, per eos audiri & interrogari possent [a]. Cuius quidem decreti vim paulò altius expendendo in dubitationem venire posset, nunc diffinitiuæ sententiæ latæ in prima ac secunda instantia, vitio nullitatis non subiaceant, tanquam latæ contra res prius per dictos [b], Iudices de Montenaken Iudicatas, nulla appellatione suspensas; cum illi simpliciter totum testamentum quoad facti contingentiam approbauerint & sua approbatione, ita vt scriptum inuenitur, nuncupatum quoque fuisse secundum tenorem in instrumento descriptum declarauerint : † Hoc obiter addentes nihil 31
excusare Arnoldum, quod in lecto ægritudinis depositionem suam fecerit; nam cum propter amicitiam, quam in Actore habuit, vt supra dictum est, inimicus appellantibus videatur, quod inimici mei amicus, mihi inimicus videatur [c]; vt & ille qui aduersario familiaris est vel cohabitat [d]; huius testimonium velut gratiâ & amicitiâ erga Actorem obfuscatum, fidem mereri non debet, etiamsi in mortis articulo dictum sit [e]. Quod attinet ad Thomam Lysmont hoc peculiariter in eius testimonio obseruandum est, quod productus coram Iustitia de Montenaken mediante iuramento interrogatus super altera clausula controuersa respondit ac deposuit per omnia sicut Notarius, qui attestatus erat eandem clausulam ita nuncupatam fuisse vt scripta erat; sic vt secundum prædicta vel neutri depositioni propter varietatem ac periurium [f], vel priori tantum credi oporteat, quæ est illa, quæ coram dicta Iustitia facta est [g], & maiorem verisimilitudinem habet, quod non præsumatur ibi voluisse deponere in præiudicium sui affinis: sic vt hac ratione Ioannes Brugmans solus relinquatur, cuius solius testimonium nihil operari potest aduersus publici instrumenti fidem indubitatam, vno teste & alijs multis adminiculis (vt mox dicemus) adiutam, secundum ea, quæ prædiximus. † Neque verendum hic est, ne re- 32
plicatione seruentur dictorum testium depositiones coram Officiali Leodiensi receptæ, ex eo quod testes instrumentarij possint esse etiam inhabiles in testamento, & omni exceptione non maiores [a]; sic vt ex contrariorum ratione per eosdem quamuis non per omnia idoneos & habiles instrumentum reprobari posse videatur. Nam communiore opinione receptum est [b], in nuncupatiuo testamento adhibitos huiusmodi testes, si nulla scriptura publici tabellionis interuenit, inutiliter adhiberi; quoniam veritas nuncupationis, quæ in eorum auribus (vt ait Iason [c]) hæret postea probari nequit, eo casu [d]; at si scriptura tabellionis interuenit, sustinetur eorum testimonium, non quidem ad hoc, vt per instrumentum (quod ipsos sustinet) impugnent, aut inualidare possint, sed vt scriptura ex defectu testium non corruat; sic vt hoc casu satis sit, si confiteantur se interfuisse; vt in testamento scripto se signasse [e], non audiantur, si id impugnare velint: quemadmodum & putatiua testis conditio toleratur pro sustinendo testimonio, non pro impugnando [f]. Quibus omnibus tam latè deductis ad derogandam fidem his testibus sic contradicentibus, hoc postremò addi potest, omni probabilitate & verosimilitudine destitui easdem illorum depositiones, sic vt hoc adminiculo falsi seu mendacij suspicione laborare omnino dici debeant [g]. Si enim diligenter aduertatur ad tenorem testamenti, vix vlla ratione id constabit si proprietas omnium illorum agrorum nepoti dici debet relicta. In primis enim verum est, Actorem allegare nihil in priore controuersa clausula esse omissum à Notario; quam vnicam & monosyllabam dictionem **erff.** ita vt quamuis scriptum inueniatur **blijven sullen ten pacht**/ hoc est, manebunt ad pensionem quod in locationem conductionemque tantum sonat, scribi tamen debuerit, **blijven sullen ten erff pacht**/ hoc est, manebit ad pensionem perpetuam quod emphytheusin significat, aut censualem obligationem; sic vt idem Actor expressim addat, cætera omnia testamento contenta quæcunque (exceptis scilicet quæ mox de posteriore controuersa clausula dicemus) esse vera. Ex quo sequitur, quod cum hoc tantum articulatum sit per Actorem omnes testes latius deponentes extra articulata, & sic inutiliter deposuisse & Actoris allegationum contrarietatem implicare: Qui enim potest dici, testator de proprietate cogitasse, qui tam multis & expressis verbis contrarium indicat? Cur enim in conditione ponit, *Si nepos hæredibus testatoris de anno in annum rectè soluet?* cur secundam conditionem adijcit, *si necessitas non vrgebit*

R *hære-*

a l. 2. de iurisdict. om. iud.

b l. 1. C. quand. prouoc. non est necess.

c Specul in tit. de Appel. §. 1. nu. 5.

d Ang. in §. item propter inimicitias instit. de excusat. tut. per l. 1. C. si rector. prouin. & l. liber C. de inoffi. test.

e Bald. de pace constan. in verb. vasalli. 1. Alex consil. 14. ponderatis in thematæ. vol. 1.

f Panor in d. c. per tuas. sub fin.

g Io. pe. ferrar. in sua praxi in forma. oppo. contra testes §. in verb. ac etiam vari, nu 2.

a late Ias. in l. 1. nu. 7. C. de testib.

b Doct. in d. l. 1.

c d. nu. 7. vers 4 fuit solutio.

d Panor. consil. 11. in causa quæ vertitur sub fin. vol. 1.

e l. 1. § fin. quemad testa aperi.

f glos. 2. in d. l. 1. C de testa. & ibi Cornetus. nu. 16.

g per id quod not. Bald. in l. 1. C. de ser. fugit & in Rub. C. de probat.

haredes ad alienationem vel hypothecationem? nam nulla est Domini directi necessitas, propter quam idem Dominus vtile Dominum rei emphytheuticę tãquam suam alienare possit. Sic vt manifestum fit testatorẽ tantum voluisse temporalẽ rei vsum legare sub certo onere. † Neq; sane verosimile est Notarium tam improbum vel imperitum 33 fore, vt vel sciens, vel errore, tam longâ verborum adiectione, recedere voluerit à testatoris voluntate: vnius syllabæ errorem irrepere potuisse, procliue fortassis fuerit; sed integram periodum inserere, seu adijcere falsitatis non erroris est. At à falsitate Actor Notarium satis excusat, qui in hac particula omissionem monosyllabæ dictionis tantum obijcit, & falsitatis hanc excusationem adiuuat, quod appellantes sequuti doctrinam Bartoli[a], allegauerint probitatem, legalitatem, fidelitatem & honestatem dicti Notarij; quam etiam confitentur omnes ferè testes ipsius Actoris. Vnde relinquitur neutrum hic subesse, & instrumenti fidem per omnia constare. Rursus huic testatoris nuncupationi, quam Notarius scripsit, & in dicto instrumento legitur, omnia antecedentia & consequentia consonant, quæ imitatione secundum intentionem Actoris factâ non concordarent; veluti primo dum ante hanc clausulam scriptam cauit, vt liberi ex secundis Margaretæ filiæ suæ nuptijs nati partem habeant in dimidietate bonorum acquisitorum post mortem primi sui mariti, & quod ab alijs hæreditarijs bonis excludantur: item dum immediate post dictam clausulam quâ nepoti velut in conductum reliquerat agros coloniæ connexos, permittit liberis suis habitantibus in Cortijs aut houthem ex dictis agris, si commodè siti essent certos aliquot sibi retinere. Et rursus dum immediatè post cauit, vt qui ex liberis suis iure prærogatiuæ bona feudalia sibi vsurpabit, tanto minus habeat in alijs hæreditarijs bonis: quæ verba euidentissimam voluntatem testatoris aperiunt. Verbum enim **erffguederen** ex vsu loquendi (qui attendendus est[b]) sunt fundi & prædia potissimum. † Par est ratio clausulæ proximæ sequentis 34 in qua Ioanni Keldermans relinquit prælegatum prati, ea conditione, vt ex alijs hæreditarijs bonis tanto minus habeat; dictio enim alijs quę eandem qualitatem implicat[c], euidenter indicat in alijs fundis hæreditarijs successioni locum esse. Continet quoque huius rei argumentum, quod testator liberos suos, & hæredes grauat legato quinque modiorum siliginis pro Henrico Keldermans; item aliorum quinque pro Ioanne Strauffen; & iterum aliorum quinque pro Catharina Roye: addito eo grauamine, vt huiusmodi ter quinque modijs assignent idoneas hypothecas ex bonis suis; quod nulla ratione fieri posset, si ipsi nihil in eis nisi ius hypothecæ pro quindecim vasis siliginis in singula iugera haberẽt, proprietatè relicta dicto nepoti. Et nouissime (vt cætera omittamus, quæ exactior D. Iudicis discussio deprehendet) hanc verosimilitudinem probat alia clausula, quâ testator enumeratis omnibus liberis suis; hoc est filiabus (nam filios non videtur habuisse) & inter eas matre dicti nepotis, cauit, vt collatis singularũ dotibus ex æquo sine controuersia diuidant omnia sua bona: quæ admonitio superuacua esset si nulli fundi, agri, aut prata in diuisionem venirent, cum prælegata non diuidantur[a], nec item nomina[b], quorum iure censetur census annuus quindecim vasorum siliginis in singula iugera, si testator illos tantum liberis suis legare voluisset. † Proinde ex natu- 35 ra, qualitate, & conditione antecedentium & sequẽtium mediæ scripturę (si forte in ea est aliqua dubitatio) intellectus elucescit[c]: quia scilicet testator liberis fundorum proprietatem voluerit esse saluam. Eaq; interpretatio rationem habet; nam alioquin omnium filiarum conditio deterior futura erat ex coditione vnius nepotis, quem testator minus, quam filias dilexisse pręsumitur[d]; hic præsertim cum nepotem Gertrudis testatoris filia, & dicti nepotis mater, præcederet. Neq; presumendum est filiam rebus ipsis, hoc est fundis & prædijs omnibus paternis, erga quæ magna solet esse liberorum affectio[e], priuare voluisse, & liberis dare occasionem, vt etiam aduersus patris voluntatem peterent legitimã in rebus non in pecunia, aut reditibus, quemadmodũ de iure possent[f]. Quã præsumptionem adaugent omnes contractus ante nuptiales, cum filiarum maritis diu antea initis, in quib' promittit testator singulis post mortem suam æqualem in bonis suis diuisionem; quibus testatorẽ se conformasse dubium non est: sic vt hæ antecedẽtes testatoris promissiones opponi possint assertionibus illis, quas testes non instrumentarij ab Actore producti deponunt testatorem ali- 36 quoties repetiuisse. Quod attinet ad alterã clausulam, quã etiam in controuersia ponit Actor, manifesta quoq; est ratio volũtatis, quod voluerit ita vt scriptum reperitur; nã extrema illius verba id designant. Cum enim tria tantum iugera permittat ad vsum liberorũ in corthijs, & houthem, non quidẽ singulis tria sed omnibus ibidem habitãtibus tria, **in eihen aerdt** / sequitur fieri non posse, vt pauciora quam nouem promiserit; hæc

a in d. l. 1 § fin. Quum ad testa aper. Guido Pap. decis. 190.

b l. labeo de supell. legat

c Bald in l. conuenticula colu. 5 C. de Epis & cle. Cardinalis in clem. 2 de reb. Eccles. no alienand.

a l. si ita legatu ff. fam. hercisc. l. si qua. C. eod. tit.

b l. ea quæ in nominibus C. fam. hercisc.

c c quia 28. distinct. l. sed & si § solemus de hered. instit. Specul in tit. de instr. edit. § nunc dicamus.

d Doct. in l. cum quis de cond. & demonst.

e l. lex quæ tutores vers. nec vero. C. de admi. tut.

f Castr. in l. scimus nu. 10. C. de inoff. testam.

hæc enim vox ten acrdt, eam significationē & rationem habet apud Patrem familias, qui agros multos habet, vt nunquam plures singulis annis habere videatur quoad vtilitatem & fructuum perceptionem, quam ex quibus fructus percipitur; ita vt vacantes seu cessantes agri, quos Iureconsultus Nouales appellari dicit [a], in numerum non computentur, & singulis annis tertia pars agrorum non numeretur, quia illa vacat, cum singuli agri tertio quoque anno vacent in loco de Montenaken, & vicinis. Vndè quia testator voluit liberos habere tria iugera ten acrdt nouem permisisse omninò dici debet; quia trium annorum collectione constat, & in se reuoluitur, ac velut in orbem redit prædicta agrorum distinctio; sic vt si in vniuersum tantum sex essent permissa tantum duo fuissent futura ten acrdt. Neque ab hac interpretatione seu verius assertione diffident testes instrumentarij qui coram Iustitia de Montenaken producti non deponunt de certo numero agrorum dictis liberis promisso, sed hoc tantum dicunt, quod VVilhelmus vander Leuzen non debeat partem in illis agris habere, quod nihil repugnat verbis dictæ clausulæ; neque nunc in controuersia est: continet enim ea testium assertio materiam quæstionis inter liberos habitantes in Corthijs & houthem; an scilicet ijs omnibus, an quibusdam tantum profutura sit hæc promissio, sed quoad Actorem nullam hoc habet controuersiam: nam quod ijdem testes in prima instantia producti expressim de sex iugeribus dicant, curandum non est, & minus quoad Thomam Lysmont, qui prius Notario se conformauerat: pertinet enim ad reiectionem reprobationis eorum, vt superius late deductum est. Proinde tam Reos quam Actorem in errore versari putamus, si illi existimant singulis tria, hic tantum sex in vniuersum esse relicta: nam vera interpretatio est in triennium nouem esse promissa, sic vt singulis annis illius triennij, omnes coniunctim colant tria iugera. Quamuis hîc non vsque adeo operæ pretium faciat Actor; cum in illa clausula alicuius agri verè & proprie nullum sit legatum, quoad ius proprietatis, sed tantum permissio: vt quamuis testator ius colendi omnes agros sub pensione quindecim vasorum in singula iugera legauerit nepoti tam diu, quam rectè soluerit, & liberos nulla alienationis necessitas vrgeret; dicti tamen liberi, si commodum illis esset ex illis agris in singulos annos triennij tria iugera colere possent, non etiam vt illa præcipua haberent, sed in iudicium familiæ erciscundæ venire paterentur: cur enim hæc tria iugera in singulos annos triennij, siue sex vt ait Actor, præcipua haberent sic liberi, cum testator Ioanni Keldermans, quem alterum ex illis constituunt dicti testes, ne pratulum prælegatum præcipuum esse voluit, sed quod tanto minus ex alijs haberet. In summa eo recidunt omnia, vt cum tam multa aduersentur dictorum reprobationi, & contradictioni, concurrant quoque pro tenore ac scriptura testamenti plurima, quæ motum animi cuiusque eo impellant, vt nihil omissum, nihil contra testatoris voluntatem additum videatur, existimamus Iudices primæ, ac secundæ instantiarum male sequutos esse reprobatoriorum testium depositiones tot vitijs inquinatas, & omni verosimilitudine destitutas; quibus si quid tribuendum erat, ad summum, non nisi ad suspicionem, & vacillationem instrumenti referri debebat; vt scilicet vacillante fide instrumenti propter testium contradictionem, & sic obscuritate aut potius perplexitate introductâ neque instrumento, neque testibus standum videretur. Et proinde arbitramur domini Iudicis partes nunc esse vt reuocatis dictis duabus sententijs, secundum instrumentum à Notario confectum, sententiam dicat.

[a] in l. sylua. § nouales. de verb. signific.

SVMMARIVM.

Protocollum Testamenti.

1. *Protocollum Notarij non subscriptum fidem non facit.*
2. *Protocolli substantialia quæ.*
3. *Scriptura an valeat sine subscriptione.*
4. *Protocollum an eadem requirat quæ instrumentum.*
5. *Abbreuiaturæ volanti seu infilatæ non creditur.*
6. *Imbreuiaturæ non subscriptæ quando stetur.*
7. *Instrumenti exemplationi adesse debent quorum interest non etiam publicationi.*
8. *Facultas testandi coniugi à coniuge permissa non debet præiudicare liberis in legitima.*
9. *Cognatus non censetur, qui mortuo de quo quæritur nascitur.*
10. *Approbari potest testamentum quod nullum est.*
11. *Præteritio bonâ non malâ mente facta intelligi debet.*

CONSILIVM LXVI.

IN duobus consistit omnis dubitatio,
quæ mouetur in causa petitionis bono-
rum hæreditariorum propositæ coram Ma-
gistratu oppidi Louaniensis pro parte libe-
rorum quondam Christiani Roggen &
Christinæ vander Beecken; cõtra Aleydem
van Kiesecom dicti Petri secundam vxorẽ
&ex eadem vxore dicti Petri alios liberos;
videlicet in probatione testamenti, ex quo
Rei prætendunt intestatæ successioni non
esse locum [a], & in eiusdem testamenti va-
liditate: quarũ dubitationũ difficultatibus
discussis, apertissime sese offert decisio hu-
ius causæ. Prior dubitatio causam trahit ex
eo, quod tabulæ testamẽti, nõ sint conscri-
ptæ & in authenticam formam redactæ per
Notarium, qui ad Actũ testationis fuit ad-
hibitus; præterquam quod libello cuidam
eiusdem Notarij manu propria inscripta sit
plena perfectaq; voluntatis Petri Roggen
& Barbaræ Spinders testatio; nulla tamen
subscriptione seu subsignatione Notarij
subiecta. † Est enim communiore opinione 1
receptum [b], protocollum manu Notarij nõ
subscriptum, non facere fidẽ; & proinde nec
inde per alium Notariũ etiam authoritate
Iudicis potuisse authenticum & probãs in-
strumentũ confici. Si enim nõ valet exem-
platum, multò minus valere debet exem-
plar [c]. † Ceterum huiusmodi subscriptionis 2
seu subsignationis omissio hîc nihil facit ad
fidem instrumento testamenti controuersi
derogãdam, quia scilicet protocollum vn-
de publicatum est hoc testamentum, habet
ea in quibus consistit substantia protocolli
perfecti; manum scilicet ipsius Notarij, rei
gestæ apertam, dilucidam, & absolutã de-
clarationẽ, temporis & loci designationẽ,
& testium adhibitionem. † Nam quod ple- 3
rique etiam Notarij subscriptionem seu si-
gnum desiderant [a], ab alijs in controuersiã
rapitur; & sunt non pauci qui nõ desiderari,
& cum deest obesse non putant; quasi signũ
sit indifferẽs, si alioqui de rogatione & scri-
ptura Notarij constet. Nam & in plerisq; iu-
ris articulis sufficit alicuius manu scriptam
esse totã scripturam, etiamsi specialis eius-
dem scriptoris subscriptio subiecta nõ sit [b].
4 † Quod etsi in publicis instrumẽtis perinde
non obtineat, in protocollo tamẽ Notarij
sufficit, si non vniuersaliter (nã id decidere
in tanta Doctorum contentione hic nõ est
necessarium) saltem aliquo fine ac aliquib[us]
cõcurrentibus. Etsi ergo eandem solemni-
tatem pleriq; desiderẽt in protocollo, quã
in ipso solenni instrumento [c], in quo sub-
scriptio Notarij omissa instrumentũ omni-
no vitiat [d]: id tamen eo tantum fine exi-
gunt vt soli protocollo sine alijs admini-
culis credatur; sed ad eum finem vt inde fi-
ue per eundem, siue eo mortuo per alium
Notarium authoritate Iudicis ordinarij
conficiatur & publicetur instrumentum,
quod plenam fidem faciat, non est necessa-
5 rium signũ seu subscriptio Notarij [e]. † Quæ
distinctio cõmuniter appobatur, & dubita-
tionẽ habere non potest eo casu quo imbre-
uiatura, & primi instrumenti delineatio à
Notario in libro scripta est, in quo cõmuni-
ter cõtractuum testamentorumq; rogatio-
nes absolutas & perfectas describere solet
Notarius; vt ex conditione materiæ con-
ditio quoque scripturæ reguletur; hoc est,
quamuis imbreuiaturæ in volanti & in
filza tantum (vt aiunt) registrato, seu col-
ligato folio scriptæ non stetur propter
subscriptionis defectum ad effectum pu-
blicationis & confectionis legitimi in-
6 strumenti, † stetur tamen si imbreuiatu-
ra descripta, licet non subscripta est in
libro

a l quamdiu. de acqui hered.

b Bart in l si quis ex argẽtarijs. § si initium in 2. lectu. nu. 32. de edẽn. Angel cons 220.

c Argum. l. fin ff. quemadmodum testam. aperia.

a Bald in l. contractus C. de fid. instru. Angel cons. 220. Anthon. Rube. cons. 74.

b Bald in l. fidecommissa § 1. de legatis 3. Cynus in d. l contractus in fin & ibi Salyc de fide instrum.

c l. cum antiquitas §. fin. C de testam.

d Alexand. cons. 153. videtur prima consideratione nu. 12. vol 2. & ibi Moly. in addit.

e l. 2. C de cõ. ue. fisci. de bi. lib. 10. gl ff l generali C. Tabula lib. 10. Castr. & Alex. in d. §. fin.

f Panorm in c. cum P. Tabellio. nu. 3. & ibi felyn. nu. 5. de fide instrum. Alexand. cons. 14. visis & consideratis nu. 8. vol. 6.

libro communium & quotidianarum rogationum ipsius Notarij; vt consulendo eleganter distinxit Alexander [a], quasi ex conditione libri, rogatio & rei gestæ absolutio, interuenisse præsumatur tunc cum constat manu Notarij, cuius est liber, scriptam esse imbreuiaturam. Et testatur Cardinalis Zabarella [b] se vidisse multos libros Protocollorum Notariorum defunctorum, qui nec in capite, nec in fine habebant signum Notarij: consuluisse tamen semper pro instrumentis inde ex commissione Iudicis confectis. Addens quod in hoc iuris articulo consuetudo prædominetur, vt si in loco vbi agit Notarius consueuerunt Notarij communiter in protocollis suis omittere subscriptionem, nihil ex omissione signi obijci possit, ipsi protocollo, quod etiam sequitur Felynus [c]. Cum ergo in hac causa nulla sit quæstio, an soli protocollo sit standum quoad plenam probationem, sed an instrumentum inde confectum, legitimum, & ad probandum efficax sit; nihil dubitandum est, quin de testamento satis probauerunt Rei per exhibitionem testamenti authoritate Iudicis ordinarij, Officialis scilicet Leodiensis publicati ex protocolorum libro quondam Ioannis Calentijn vice curati & Notarij, probatis per testes fide dignos illius libro, Notariatu, manu, fide, probitate, & legalitate: accedente præsertim probatione, quam ipsi Actores fecerunt per testes in prima instantia pro eorum parte productos in turba; quod scilicet Louanij Notarij non consueuerunt protocollis suis subscribere; item quod quæcumque in libro protocolorum, vnde hoc instrumentum publicatum est, descripta sunt & diem ac testes adscriptos habent, pro perfectis & absolutis habeantur; quorum testimonijs Actores, quia illis vtuntur stare, & fidem adhibere debent [d]. † Neque obstat quod pars ad- 7
uersa aut generaliter omnes quorum intererat aut interesse poterat, per edictum saltem non fuerunt vocati: nam quamuis in exemplatione aut transsumptione instrumenti facienda, requiratur partis citato [e]; in publicatione tamen & extensione instrumenti ex protocollo Notarij defuncti, sola Iudicis authoritas sufficit, aut præsentia: vt eleganter tradit Felynus [f], adductis bonis & elegantibus rationibus, quas hic repetere non est necesse. Secundo nec illud quoque obstat, quod in protocollo quædam rogationes habeant signum & subscriptionem Notarij, quædam non: nam ex hac difformitate, non potest argui imperfecta, & pro nondum absolutis habita fuisse reliqua;

a d. consil. 132 nu. 11.

b in d. c. cum P. Tabellio in fin.

c in d. c. cum P. Tabellio nu. 3.

d l. si quis testibus C. de testibus.

e c. fin. de fid. instru. & ibi Innoc. Felyn. & alij. Bart. in auth. si quis in aliquo. C. de edendo.

f in d. c. cum P. Tabellio nu. 3.

cum vt ex ijsdem subscriptionibus apparet, simplices sint subscriptiones non solennes; vt in extensis instrumentis: & sic casu magis, quam iudicio aut pro adhibendo discrimine alicubi nomen suum Notarius subscripserit, qui in vniuersum ab omnium subscriptione abstinere poterat. Ita vt non necessaria solemnitas adhibita vel omissa, nihilo plus operari debeat in vno quàm in alio [a]: ciusque rei argumentum desumi potest ex eo quod pro parte Reorum probatum sit multas rogationes tam contractuum ante nuptialium, quàm aliorum in eodem libro protocollorum fuisse descriptas, sine dicti Notarij subscriptione, quæ tamen plenissimum effectum fuerunt consequutæ, & executioni mandatæ. Qua ratione quoque nihil hic immutat quod alius extet dicti Notarij protocollorum liber, qui solemnitatem à iure desideratam per omnia habeat, inter quæ hæc testatio non reperitur: nam inde hoc argui non potest, hunc librum vnde hæc extensio seu publicatio facta est, protocollum non esse, quin potius contrarium inde conuinci potest, cum in eo quem solenniorem dicunt Actores nulla sit imbreuiatura, nulla rogationum prima & compendiosa conceptio seu coniectio, sed ex protocollo rogationum per eundem Notarium facta extensio; vt licet videre ex instrumentis in dicto formali libro extensis, quæ in protocollo more protocolli seu imbreuiaturæ breuiter concepta sunt, prout quisque actum aliquem coram dicto Notario celebratum, cele-
8 brati actus solemne instrumentum à Notario sibi tradi curauit; vt videmus quotidie fieri ex more Notariorum; qui mos hic diligenter attendendus est [b]. † In altero dubitationis articulo immorandum non videtur; nam quamuis in eo testamento expressè non inueniantur liberi Petri & Barbaræ hæredes instituti aut exhæredati; ob id tamen non potest dici testamentum nullum, quia verè testamentum non est, sed tantum codicillus ab intestato, quo marito liberum bonorum arbitrium relictum fuit: Quo non statim continetur liberorum præteritio, sed tantum potestas patri permissa, vt liberius de bonis disponat; quo ipso non censetur liberior potestas data, quam per leges licet [c]: non magis quàm nullum non est testamentum, cum maritus vxorem rogat, vt suam hæreditatem inter liberos distribuat [d]. † Et si præteritione
9 perinde liberorum in matris vel auiæ testamento, testamentum non fieret nullum, vt in patris testamento [f]; nihil illa prodesse posset

a Argum. l. cum tabulæ de bon. poss. ff. sec. tabul. Argu. l. 3. de l. gib. r.

b argento l. si seruus § fin. de legat. 1. Card. in d. c. cum P. Tabellio. in fin.

c l. si quando C. de inoff. testam.

d l. hæredes mei. § peto ad S. C. trebellia.

e d. § fin. instit. de exhered. libero.

f l. inter cætera de liberis & posthum.

se posset Actoribus huius causæ, qui moriente Barbara testatrice eorum auia, nec nati nec concepti fuerunt; sic vt nullo iure cognationis contingentes auiam, ab auia præteriri potuerint : imo etiam ab auo, si tunc mortuus fuisset[a]. † Et quamuis quoad 10
Christianum filium Barbaræ videri poterat ex vitio præteritionis, in periculo fuisse ordinationem dictæ Barbaræ cum Petro eius marito coniuncta manu factam; tamen quia hoc matris iudicium non improbauit, sed illi acquieuit, & virtute illius contractum ante nuptialem cum secunda vxore iniuit, vtilitati & efficaciæ eiusdem ordinationis obstare non debet huiusmodi præteritio[b], modo præteritio dici potest, quę liberis nulla bona abstulit, sed tacite reliquit[c], & ad maiorem æqualitatem inducendam inter nepotes occasionem præstitit; vt etiam re ipsa ex euentu compertum est. † Eoque etiam pertinet 11
quod in dicta ordinatione additum sit velut pro freno & restrictione dictæ libertatis per alterum alteri concessæ, si superstes secundas nuptias non contraheret; quasi scilicet non contractis secundis nuptijs, naturalis amor nullis nouercalibus delinimentis stimulatus, non permittat alio quā ad liberos bona transferri[a]. Ita vt si quæ cogitatio præteritionis hîc constitui possit, bona non mala mente facta accipi debeat, quæ ordinationi testamenti obesse non solet[b] etiam in solemni testamento, multo minus in codicillis seu minus solemni voluntate, in qua intestata successio salua manet, & electioni, distributionique superstitis parentis relicta, liberis ablata dici non potest His ergo duabus præcipuis difficultatibus remotis, existimamus manifestam esse iniustitiam petitionis agentium, fundatæ in intestata successione Petri Rogghe & Barbaræ Spinders aui & auiæ partium litigantium, meritoque & iuustè à sententia Scabinorum Louaniensium secundum dictam petitionem lata prouocatum esse.

a l. si quis filio exheredato § 1. de liber. & posthu.

b l. Præterito filio de iniust. rup. & irrit. fac. test.

c l. conficiuntur de iure Codicillorū.

a l. 3. de inoff. test.

b l. multi nō. nota de liber. & posthu.

SVMMARIVM.

Libros rationum an Mercatores edere debeant.

1. *Causæ cognitio sine probationibus expediri non potest.*
2. *Rationes reddere condemnatus censetur condemnatus ad inuentarium.*
3. *Socius vltra tempus negotians ex pecunia, tenetur ad lucri comparationem.*
4. *Numeratio pecuniæ trahit secum præsumptionem repetitionis.*
5. *Socius socio rationes edere debet.*
6. *Herciscundæ familiæ iudicium differtur negatione, quod petens sit hæres.*
7. *Officium Iudicis fines suos egredi non debet.*
8. *Mercatores an libros rationum edere debeant.*
9. *Rationum editionem petere non potest, cuius non interest.*
10. *Res familiaris detegi non debet.*
11. *Vsurarius rationes cuicunque petenti edere deoet.*

CONSILIVM LXVII.

Eleganter & apertè deductæ sunt per Dominum Aduocatum rationes & causæ ob quas per Amplissimos Dominos Concilij Brabantiæ retractari, & reuocari debeant sententię interlocutoriæ vim sententiarum diffinitiuarum habentes, latæ per Magistratum oppidi Antvverpiensis in fauorem domicellæ Eluyræ de Ayala nunc intimatæ, contra Ioannem vanden Damme reformantem: vt nostra opera non admodum necessaria fuerit. Satisfacientes tamen diligentię & solicitudini reformantis sub compendio quædam ab Aduocato bene posita refricabimus adhærentes conconclusioni per eum captæ. † Imprimis il- 1
lud admonentes ea quæ acta sunt coram Magistratu Antvverpiensi nullius iudicij veram formam continere; ob id quod sine causæ cognitione, quæ sine probationibus explicari nequit[a] dicto Magistratui constare non potuerit, an ad reddendas rationes dictus Ioannes fuerit obligatus, per solius libelli seu requestæ exhibitionem, negotium contra iuris formam expediuerint[b], ideoque nulliter : & ita quidem nulliter vt ab huiusmodi expeditione appellare, seu reformare non fuerit necesse[c]. Quod autem omissa nullitatis quæstione, iniquitatem huiusmodi sententiæ contineant, inde præcipue colligi potest, quod dictus Magistratus nulla allata probatione eius quod fundamentum petitionis Dominæ Eliuræ continet, & sine quo petitionis nulla potest esse probabilitas, aut condemnationis aliqua iustitia, ad id quod extremum in huiusmodi petitione futurum erat velo leuato descenderint; hoc est quod non probata obligatione non gentarum

a c. forus de verbo signif. ca.

b l. nusquam §. vbi decretum ff. de off. proconsulis.

c l. ex stipulatione C. de sent. & interlocuto omnium iud. l. cum hi § si prætor ff. transact. l. magis puto. § si ex aliorum de reb. eo c. ad audientiam in verb. non denunciet de appellat.

rum & nouem librarum, ac decem [illegible] dorum, cum ea qualitate de restituendo Dominæ Eliuræ questu seu lucro quod inde citra annum 1551. Reus fecisset, ad reddendas rationes in effectu eum condemnauerint. † Condemnato enim Reo, vt li- 2
bros rationum ædat ad rationes quarum caput est inuentarium seu libri rationum [a], satis condemnasse videntur [b], ob id præsertim, quod ea Actricis fuerit petitio in supplici suo libello, cui apostilla adiecta conformis, seu ad eundem finem tendere creditur [c]. † Quamuis enim Reus in sua 3
responsione ad supplicem libellum confiteatur se accepisse ab actrice summam prætactam; ex eo tamen non sequitur accepisse, vt ea vteretur pro commodo actricis ad negotiationem; cum id inde necessario non inferatur [d]: in actu enim quem quis perinde suo ac alterius nomine exercere potest, qualis est negotiatio, suo magis quam alterius nomine exercuisse præsumi debet [e]. Quod minus mirandum est, cum in alia specie longe magis dubitabili, vbi scilicet pecunia data erat socio, vt inde ad triennium ad commune lucrum, & quæstum negotiaretur, lapso triennio, ac relicta pecunia apud accipientem vlterius ex ea negotiantem responderit Alexander [f] socium ad huius lucri communicationem rationemque, & reliquorum præstationem non teneri. † Qua ratione tollitur occasio præ- 4
sumptionis, quod non præsumatur Eliuera hanc pecuniam numerasse Reo sine spe lucri; cum lucrum varie ex pecunia percipiatur; veluti per vsurarum seu interesse communem præstationem, & non solum per lucri ex quæstu negotiationis participationem ad quam spectasse Actricem, nulla ratione præsumendum est, quod mercatrix vt in facto proponitur, non sit, vt eo casu ex natura societatis debuisset; tum quod nō sit verosimile, eam voluisse tantā summā pecuniæ periculo & fortunæ exponere: repugnat enim genus mulierum auarissimum [g]. Cum ergo longe distet simplex pecuniæ numeratio, quæ præsumptionem repetitionis secum sine vlla probatione trahit [h]; ob naturalem præsumptionem quod nemo donare præsumatur [i], à numeratione qualificata, quę sine qualitatis probatione expressā agenti ex ea qualitate non prodest [k], merito ob defectum probationis eius quod ad lucrum Reo numerata erat pecunia reijcienda erat Actricis in supplici libello facta petitio; aut saltem reijcienda Actrix ad illius qualitatis, quam Reus expresse negauerat probationem: ob cuius defectum etiam in ordinario iudicio Reus absolui debuerat [l]. † Quod igitur lex ait 5
socium socio rationes edere debere [m], cum

a argum. l. 1. § officio ff. de tut. & rat. distr.
b l. cū seruus § si sub conditione. de cond. & demonstr.
c l. si fundus ff. com. diuid.
d l. neque natales C. de probat.
e l. Titius & Mauius §. præfectus de admi. tut. & ibi Bart. & an. Philip. Decius consi. 446.
f consi. 132. vol. 2.
g l. si stipulata § 1. de dona. inter vir. & vxo.
h Bart. in l. cum quid ff. si certum petatur Zasi. sing. respons. lib. 2. cap. 13. il. cum de indebito ff. de probat.
k l. 2 §. docere. vi. bon. rap. l. 1. § ait prætor. ne quid in flu. publ.
l l. qui accusare C. de edēdo. Philip. Cornaeus cōs. 155. in 2. vol.
m l. quædam sunt personæ, in princ. de edend.

effectu accipiendum est de eo, quem constat esse socium: cæterum si negetur esse socius, iniquum est ad id eum vrgeri, ante contractæ societatis allatam probatio-
6 nem. † Quemadmodum familiæ herciscundæ iudicium differtur, seu potius depellitur, si qui hæreditatem diuidi postulat, negetur esse cohæres [a]. Non probata ergo societate, nec allegatis vllis socialibus actibus, non potest dici Actrix fundata ad societatis rationes, aut librorum rationalium editionem petendas. Neque obstat quæ sententiæ, à quibus per reformationem appellatū est, non tam videantur condemnasse Reum ad editionem Actrici faciendam, quam Iudicibus ipsis:
7 † nam cum id officio mercenario solum fieri possit, quia vtilitatem priuatam tantum continet [b], & huiusmodi officium circa actionem propositam versetur [c], dicimus quod quibus ex causis materiam actionis hîc deficere probauimus ex defectu obligationis, sine qua nulla actio cuiquam competere potest [d], hoc est non contractæ societatis, sed numeratæ pecuniæ in eam causam; ijsdem quoque manifestum sit, partes & omne officium Iudicis cessare: quod etsi latissime pateat [e]; quia tamen ad priuatorum vtilitatem compositum est, priuati iuris fines egredi non debet. Ita vt quemadmodum cum nulla subest causa cur priuatus quisque petat editionem instrumentorum, non auditur qui eas temere petit [f]; perinde quoque ab officio suo impertiendo abstinere debet iudex, cum causam nullam probatam videt [g]; præsertim eo casu vbi rationum editio non à Iudicis officio, vt est in argentarijs, & Notarijs [h], sed iure partis propter præcedentem contractum dependet. Alioqui aliter dicentibus eueniet vt quorum causa ex communi regula semper fauorabilior [i] est, & ex defectu probationis denegato remedio petendarū rationum [k] domo Actoris, superent; & instrumentis suis hac ratione conturbata iuris dispositione, communi iuris beneficio frui non possint, & in pari causa cum Acto-
8 ribus ponantur [l]. † Sane quod Reus sit mercator nihil facit ad iustam causam huiusmodi officij impertiendi: nam communi opinione, vt ait Alexander [m], mercatores priuatis hominibus, non argentarijs, aut tabellionibus qui amplius ad editionem tenentur, & ad fundandam petentium intentionem [n], comparantur: præsertim concurrentibus facti circumstantijs, quæ hic concurrunt. Ergo non probato quod instrumentum sit commune, aut quod à quo petitur editio, administrationem rerum communium, vel ad petentem spectantium habuerit, aut alias de illius mandato

a l. 1. ff. fam. hercisc.
b Bart. in l. 1. n. 7. C de ed. nd.
c Bart. in l. 1. ff. de iurisdict. omni. iudic. nu. 12. & ibi Iason. nu. 11.
d l. licet § ea obligat. ff. de procurat.
e l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.
f l. si quis ex argentarijs § ex hoc edicto. de edend.
g l. 1 in fine. C. de edēn.
h Alexand. in d. l. 1. & ibi Decius, nu. 2.
i l. fauorabiliores ff. de regulis iuris.
k l. qui accusare C. de edendo.
l l. nō est nouum. l. non est iniustum. C. de edend.
m in d. l. 1. sequitur. Decius ibi nu. 8. & in c. 1. de probat.
n l. argentarij, in princ. ff. de edend.

 scripse-

scripserit, nulla est causa, cur Iudex ex officio id ei, à quo petitur editio, imperet. Et tantum quidem abest, vt ex numeratione tam magnæ summæ, quæ partim pro magna parte restituta est, partim pro securitate fideiussionis pro Actrice factæ retinetur, Iudex in præsumptionem aliquam contra Reum venire debeat, vt ex diuerso propter summæ magnitudinem vehemens sit præsumptio, Actricem numeratæ pecuniæ aliquod instrumentum accepisse, quod si proferret, de conditione & qualitate numerationis nulla esset ambiguitas. † Et 9
cum in rationibus edendis dictum sit neminem audiri, nisi cuius inter-sit, etiam tunc cum ratione publici officij leuiore occasione ad id de iure quis cogitur a, etiam si eius à quo petitur editio, non intersit non edi rationes; multo tamen magis officium suum denegabit Iudex, tunc cum petentis non interest (quod erit cum sua interesse liquido non docet b) & eius, à quo petitur editio, rationes non edi plurimum interest, prout in negotio proposito Rei plurimum interesse potest, non tantum ideo, ne inde probationes suas aduersus Reum conficiat Actrix a, sed & ne status & editio Rei, aliorumq; plurimorum mercatorũ quorũ nomina in his libris promiscue scripta sunt, & Actricem nequaquam con-
10 cernunt, detegatur & euulgetur. † Durum enim & inhumanum est, rerum familiarum & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ patere diuitias b: quæ ratio perinde obtinebit, siue Iudici, siue parti fiet editio.
11 † Hoc nouissime addimus iure singulari constitutum esse, vt vsurarius rationes suas cuique petenti edere debeat c, ob vsurarum summum odium: interim tamen eius odij non est tanta vehementia vt audiatur, qui ab vsurario petit edi libros rationum, nisi doceat eum esse fœneratorem, seu vsurarium d. Vt ex facto consultus eleganter respondit Ludoicus Romanus e: sic vt in materia minime odiosa, aut indifferenti id longe magis obseruandum sit. Quibus rationibus alijsque per Dominum Aduocatum in suo aduertissemẽto adductis existimamus nos Ioannes VVamesius V. I. Doctor, & Ioanns Ramus V. I. Licentiatus partes Amplissimorum Dominorum esse, vt secundum reformantem iudicent.

a d § ex hoc edicto.

b l quatenus ff de regul. iur.

a l. 1. C. de edendo.

b l. 1. C. quando & quibus quarta pars debe. lib. 10.

c l. dum 1. de vsu.

d l. Cardina. in d. cle. 1.

e consil. 216. incip.

SVMMARIVM.

De Iureiurando.

1. *Exceptio Rei non tradita.*
2. *Exceptio Rei non traditæ aut falsæ causæ quando obijci possit.*
3. *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando cesset.*
4. *Iuramentum delatum ei qui plene probauit recusari potest.*
5. *Iusiurandum quando deferri debeat.*
6. *Probationes superfluas non admittit Iudex.*
7. *Exceptio falsæ causæ non vtitur qui in vicem alterius debitoris substitutus est.*
8. *Breuis manus potestas.*
9. *Exceptio doli quando opponi possit.*
10. *Appellare licet ab interlocutione de iurando.*
11. *Iudicati exceptio ex iuramento an detur.*

CONSILIVM LXVIII.

EX fragmentis Iudicialium actorum & exhibitorum, in causa quæ acta & peracta est primum coram Magistratu Ciuitatis Traiectensis inter Aleydem Botters Actricem, & Stephanum van Achtefelt Reum; deinde in iudicio appellationis coram Concilio Prouinciali Traiectensi: quæ causa nunc per viam reformationis seu reuisionis deducta est ad amplissimum consilium Mechlinense; deprehendimus causæ statum in eo potissimum consistere, an exceptio doli seu falsæ causæ quæ inserta est syngraphæ seu obligationi, quam dictus Stephanus Reus Actrici tradidit, de summa quingentorum nonaginta florenorum quam se eidem Actrici debere fatetur, ex causa receptorum pannorum ab Actrice, per Reum Actrici recte obijciatur? in quo iuris articulo dicimus improbabilem, imo omnino improbam esse huiusmodi exceptionem & contradictionem, quã propriæ confessioni proprioque testimonio sub annotatione manus suæ scripto resistit a. Extat enim Rei aperta confessio & recognitio dictę exhibitę syngraphæ in actis pluribus locis, & præcipue in personali responsione per Reum facta vigesima tertia Ianuarij Anno 1570. eoque illam negante satis per testes qui dationi obligationis interfuerunt, dicta obliga-

a l. generaliter in fin. C. de non numer. pecun.

obligatio probata est. 1 † Etsi enim exceptio rei non traditę, venditori agenti quandocunque obijci possit; non potest tamen doli aut rei non traditæ exceptio obijci venditori agenti ex syngrapha continente non simplicem contractum emptionis & venditionis & traditionis aliquarum mercium, sed continente confessionem & promissionem certę pecunię ex causa pręcedentis venditionis & traditionis: nam eo casu suis confessionibus acquiescere debet, nec vrgere creditorem ad probationem causæ insertæ, permissa tantum debitori potestate probandi causam insertam esse falsam: vt aperto, & quod dissimulari non potest, iure definitum est[a]. 2 † Quod in proposito casu tanto procliuius & certius dici potest, ob id quod Reus non tantum agnouerit fidem cautionis seu syngraphæ (vt dictum est,) sed præterea etiam partem debiti in eadem syngrapha confessati & promissi ex mandato & consensu Actricis dederit domicellæ Annæ VVencken, creditrici Actricis ducentos octuaginta quinque florenos in solutum & diminutionem dictæ syngraphæ: vt constat ex Apocha seu quitantia dictæ domicellæ Annæ atque etiam ex propria confessione eiusdem domicellæ Annæ, aliorumque aliquot testium testimonijs: quo casu etiam excluditur & perimitur exceptio non numeratæ pecuniæ ex causa mutui[b], quæ tamen creditori agenti ex syngrapha vsque ad biennium obijci potest[c]. 3 † Atque ita fit vt cum Reo non competat exceptio, sed tantum facultas probandi contrarium[d]; non potuerit quoque Reus Actrici deferre conditionem iusiurandi, dictamque Actricem inuitam ad hoc cogere, vt ex delatione super veritate causæ indicta obligatione insertæ, iuraret, aut Reo in contrarium illud referret 4 † Neque enim manifestæ turpitudinis est, nolle iurare cum, qui plena probatione munitus est[e]; ac proinde cogi non potest, vt iuret vel referat[f]: & expresso iure improbatur consuetudo, qua is qui plene probauit ad delationem partis iurare quoque cogitur[g]. 5 † Nam ad remedium iurisiurandi tunc tantum recurritur, cum est defectus plenæ probationis ex alterutra parte; non cum plenissime probatum est. Quod etiam obtinet in iuramento calumniæ, quod tamen in omni parte litis, & sæpius peti potest[h]. 6 † Vt enim Iudex pati non debet vt superfluis, & nihil profuturis probationibus quis oneretur[i]: ita quoque ne quis superfluum iuramentum præstare cogatur[k]. Et quemadmodum Reus cum Actor nihil probauit, non cogitur ex Actoris delatione iurare[l]: ita quoque æquum non est, vt Actor deferente Reo iuret vel referat

a l. generaliter l. in contractibus §. sed quoniam C. de non nu. pec.
b l. cum fidē C. de non nu. pec.
c l. in contractibus in princ. C. de non nu pec.
d d. l. generaliter.
e Doct. in l. manifestæ ff de iur. iur Castren. in d. l. in contractibus § illo
f d § ult.
g c. 2. de probatio.
h Bald. in d c. 2. c. 1. de iur. calum. Iason in l. admonendi nu. 97. & duabus seqq. de iureiur.
i l. si duo patroni §. idem Iulia ff. de iureiur.
k Decius in c. vlt. i. n. 8 de iureiur.
l d c. vlt. de iureiur.

tunc cum suam intentionem plenissime probauit[a]: vt scilicet occurratur malitijs deferentium iuramentum, in casu aut articulo minimè dubio[b]; & consulatur timoratis conscientijs, cum plerique etiam ad superstitionem metu diuini numinis, etiam in conscientia veritatis, iurare formident[c]. Et hoc est quod dicit Baldus[d], quod timentes Deum valde sint timidi in iurando; contra prompti ad iurandum qui Deum non timent. Bonarum quippe mentium est metuere culpam aut periculum[e], viri perfecti est, inquam, quo ad fieri potest, & cum nulla necessitas vrget abstinere à iuramenti præstatione; propter periculum periurij[f]. Quod verò Actrix plenissimam probationem habeat, ideoque iurare non debeat, iam satis probatum est, non tantum per hoc, quod exhibita syngrapha sit recognita & probata, verum etiam præterea admiuiculo præsumptionis iuris & de iure sit munita. Quod expressa in illa obligationis causa sit vera, vt vix in contrarium admittatur probatio nisi probatissima; idque non per testes, sed per scripturam seu instrumenta publica[g]. 7 † Et quamuis ex actis & ex his quæ vtrimque allegata & dicta sunt, satis constare videatur causam dictæ syngraphæ insertam non esse veram, quo ad corticem verborum; quia Actrix fatetur, quod Reus nullos pannos ab ea receperit; tamen per repræsentationem satis potest dici dictum Stephanum hos pannos accepisse, non quidem per facti veritatem, sed per iuris fictionem & interpretationem: ob id quod Stephanus nouata obligatione, quâ Gisbertus eius frater se prius ex eadem causa venditorum & acceptorum pannorum Actrici obligauerat, se substituerit in vicem fratis sui: ideoque etiam, vt expresso iure cautum est[h], obiectionem falsæ causæ obijcere non potest, cum satis sit constare causam esse veram, quæ inserta est obligationi seu cautioni illius, in cuius vicem alius substituitur seu obligatur[i]. Et hoc est quod rescripsit Alexander Imperator[k], quod cum ex precedente aliqua causa debiti, in chirographum quantitas debiti dirigitur, non requiri quod tunc cùm cauebatur numerata sit, sed sufficiat quod iusta causa debiti precesserit. Hoc est in proposito, quod non faciat falsam causam obligationi insertam, confessio causæ receptorum per Stephanum pannorum, etiamsi illa respectu receptionis Stephani non sit vera, sed obligationem & promissionem ipsius iustificat iusta causa præcedentis debiti quæ indubitata est in persona Gysberti fratris & socij eiusdem Stephani: prout ex testimonio eiusdem Gysberti, necnon Gerardi Cremer; imo & ex ipsa cōfessione

a Decius in d c. vlt. de iureiur.
b Decius in d c. 2. nu. 2. vers. vlt. notandum. de prob.
c l. qua sub condit. vers. cum faciles de conditio. instit.
d in d l. qua sub condit.
e c. illud de cler. excomm.
f c. etsi Christus in fin. de iureiur.
g d. l generaliter.
h l. frustra C. de non numer pec.
i d l frustra.
k d l. aduersus.

Rei

SVMMARIVM.

Exceptionum propositio.

1. *Processus ad vlteriora continet tacitam exceptionum reiectionem.*
2. *Iudex de eo tantum iudicare debet, de quo cognouit.*
3. *Limitata causa producit limitatum effectum.*
4. *Exceptio impeditiua iudicij non suo tempore inepte proposita repeti potest.*
5. *Exceptio proposita ad processum potest etiam proponi peremptorie.*
6. *Exceptio praescriptionis impedit ac perimit.*
7. *Praescriptio an ipso iure tollat actionem.*
8. *Citatio interrumpit praescriptionem.*
9. *Litis contestatio quomodo fiat.*
10. *Lis pro contestata habetur, si per aduersarium stet.*
11. *Reorum est fugere.*

CONSILIVM LXIX.

ACutè & eleganter admodum pertractata sunt omnia, quæ ad quæstionem secundi iudicij, super secundo retractu pro parte Domini Richaldi de Merode, aduersus Magistrum Hubertum de Clusis faciunt; tam in scriptura aduertissementi, per Aduocatum confectâ, quam responsio Consultissimorum Dominorum Gabrielis Mudæi, & Elberti Leonini, vt ad instruendum diligentiam Iudicantium vel merita causæ illustranda, definiendaque nihil amplius desideretur, nihilque vel parum sit, in quo operam nostram dicto Magistro Huberto hic exhibeamus; sed tamen pro confirmatione, comprobationeque eorum quæ ab ijs feliciter proposita, congesta, & deducta sunt, pauca adijciemus ad priorem ab ijs tractatum articulum, qui in re proposita etiam præcipuus est, & ius aduersarij abrumpit. Et quidem illud in primis, num quæ nunc refricatur præscriptionis exceptio, perempta & sublata videatur, per decretum in articulo resumptionis litis intermissæ ad biennium & octo plus minus menses latum 14. Ianuarij anno 1558. † Quod videri posset pro- 1
pter conceptionem verborum decreti. Dat de voorsz. gedaighde eff staende exceptie by hem in deser sacken geproponeert sall schuldigh syn op de conclusie des voorsz. Impetrnas t'antwoorden / ende litem te contesteren. Hoc est, quod citatus reiecta exceptione per eum proposita teneatur respondere ad conclusionem actorum & litem contestari. Si enim propositis exceptionibus aliquibus per decretum Iudicis, vt ad vlteriora procedatur, nulla etiam mentione reijciendarum exceptionum facta, Iudex eas tacite reiecisse intelligitur [a]; quanto magis si id quoque dicat [b]? Proinde cum sententia super obiectione exceptionis peremptoriæ videatur producere effectum exceptionis rei iudicatæ, & excludere potestatem eandem exceptionem repetendi in negotio principali [a]; impedita quoque videtur præscriptionis olim proposita, & decreto expressim reiecta exceptio. Verum aliud dicendum est. Inspiciendum quippe est in quo articulo reiecta sit per decretum huiusmodi ex-
2 ceptio, & in qua parte iudicij. † Nam si ad altercationem partium respiciatur, manifestè deprehenditur de eo contendisse partes, an resumenda fuerit causa tanto tempore intermissa, & an necessitatem resumendi sustulerit præscriptionis exceptio; non de eo, an exceptio præscriptionis agendi facultatem sustulerit, aut cum actione instantiam contestationi non inclusam absorpserit, ita vt cum de eo tantum cognouerint Domini Iudices, de eo quoque pronunciasse intelligantur [b], & eo referri quoque debeat contestatio, quę per dictum decretum imperatur, & minime ad principale negotiū; quia in eo tunc pro parte impetrantis, nulla facta erat conclusio, sed tantum ad finem resumptionis, prout in
3 mandato seu literis resumptionis. † Quare ad eum quoque finem solum referenda est exceptionis reiectio; vt scilicet non obstet, quo minus resumi debeat causa, relicto tamen illius effectu, quoad alia omnia; limitata enim causa, limitatum producit effectum [c]; & inducta ad vnum finem, ad alium non transferuntur, sed à fine omnis
4 actus iudicatur [d]. † Rursus quemadmodū plerumque alia exceptio impeditiua iudicij proposita inepte, hoc est, non suo tempore & ordine, in principali causa repeti potest [e], & apte proposita ad processum pro ingressu litis impediendū, non prohibetur postea ad merita causæ proponi, etiamsi super ea, cum prius proponebatur, pronunciatum fuerit [f]: ita quoque in proposito semel

a glos. in clem. cum à repulsione de appel. c. ex parte. de appel. rota decis. 395 dic. quæ d. si alij.
b d. clement. cum à repulsione.

a d. clement. cum a repulsio.
b l. de qua re ff. de iudic.
c l. cancellauerat debit. qu. in test. d. l.
c l. legata inutiliter de adimend. legat.
e l. rem non nouam C. de iudic.
f d. clem. cum à repulsione. Castrens. in l. si quæramus. de testam. Imola. Zabarel. & alij in d. clem. cū à repulsione.

ſemel propoſita pro euitanda reſumptione, & reiecta præſcriptio, ad euadendum vlteriorem litis progreſſum, quia præſcriptione finita eſt, rurſus proponi poteſt cum ad alium finem proponatur, & reijciendi eandem, ad illum priorem finem propoſitum, iuſta potuerit eſſe occaſio, quæ ad hunc alterum finem repetita, declinari non poſſit.

5 † Eamque eſſe dictæ reiectionis interpretationem, & intellectum, manifeſtè indicat nouiſſimum Curiæ decretum, quo iubetur vtraque pars allegationes vtrimque, vel pro ſuſtinenda, vel reijcienda præſcriptionis exceptione ad vlteriorem litis progreſſum ſiſtendum per aduertiſſementum in vnum conijcere; quod proculdubio factura non erat, ſi decreto reiectionis in ſuſcipienda reſumptione, omnem effectum præſcriptionis abripere & præſcindere voluiſſet. Et vt nihil ſit quo illud extrinſecus deprehendi poſſit ea tamen eſt dictæ exceptionis poteſtas, vt litem nec inchoari, nec in lite pergere, nec in lite obtinere patiatur; cum præſcriptiones proditæ ſint, vt litibus finem imponant [a], & poſſit tam ad proceſſum [b] quam merita cauſæ opponi; & ſic tam ad eandem conteſtationem ſuper actione, quæ præſcriptione temporis ſublata dicitur, quam cōdemnationem. 6 † Nam quod plerique exiſtimant ipſo iure non tolli actionem præſcriptione, ſed tantum ope exceptionis [c], ſiue iure communi, ſiue ſtatuto Actio inducta ſit [d]; nihil tamen vetat, quin officio Iudicis etiam ante conteſtationē repelli poſſit à iudicio, qui aduerſus eam experitur, qui præſcriptione temporis tutus eſt. Et hoc eſt, quod ait Felynus [f], quod quemadmodum Iudex repellere poteſt eum, cui nulla competit actio; ita quoque eum cui competit ea, quæ præſcriptione inefficax effecta; idque ſiue ſit iuris communis præſcriptio, ſiue ſtatutaria, ſiue conſuetudinaria [g]. Sic vt quod non reſumptâ lite, nec conſtituto Iudiciali conflictu, Domini Iudices impertiri noluerint officium, id nunc recuſare non debeant, propter actionem inter moras motæ litis plus quam annali ſilentio amiſſam: vt per Dominos præconſulentes, & Aduocatum exactiſſimè deductum eſt. 7 † Quam præſcriptionem citato anno 1554. menſe Nouembri impetrata, & vndecima Ianuarij deinde ſequenti, executioni mandata, cum ſubſequente petitione ſeu concluſione 26. eiuſdem menſis Ianuarij facta, impedire non poteſt. Et ſi enim antecedentis temporis lapſum inutilem per ciuilem interpretationem faciat citatio [b]; ſola tamen ex futuro temporis lapſu, præſcriptionem non impedit, niſi litis conteſtatio ſequatur, aut per Reum ſtet quo minus ſequi poſſit,

a l. fin ff pro ſuo. l. litibus C. de Agric. & cenſ lib. 11.
b l. 1. ad exhibend. l fratres, C. de tranſactio.
c Fel. in rub. de preſcript Alex conſil. 46. & 334. vol. 6.
d Bald. in l. 1. C. ſi aduerſ credit.
e Nelius in tract. de bānitis. in 2. part. tempori quæſt. 5.
f in c. ad aures. nu. 3 de preſcrip.
g Bald in l. 2. colum 1. verſic. ſed nunquid ex except. preſcriptionis de iureiurando.
a gloſſ in l. cū notiſſimi §. ſed et ſi quis C. de preſcript triginta vel quadraginta annorum.

etiamſi aliquatenus in lite progreſſum ſit. Quemadmodum in quæſtione ſtatus intra quinquennium poſt mortem propoſita, & ſilentio à die propoſitionis nouo quinquennio intermiſſa, agens non tantum ab inſtantia, ſed à toto iure agendi excidit [a]. Et generales in omnibus actionibus ſiue perpetuis ſiue temporalibus ciuili interpretatione periculum ex antecedētis temporis lapſu tollitur; ſed ne ex integro tempus negligenti currat, nullum effectum habet citatio, aliaque antecedentia conteſtationem [b]; quæ ſola actionem perpetuat [c].

8 † Amplius dicimus ſi quod in prima cauſa ſuper primo retractu factum fuit, hic quoque interueniſſet; hoc eſt, ſi in termino citationis, aut ſequenti, ad interrogationem Actoris, num Reus vellet agnoſcere retractum, nihilominus conteſtata dici poſſet lis; huiuſmodi enim interrogationes, & reſponſiones, litis conteſtandæ, neque formam neque poteſtatem continent; & litis conteſtationem tam antecedere, quam ſequi poſſunt [d], & pertinent tantum vel ad inſtruendas actiones [e], vel probationes conficiendas [f]. Neque hic quicquam eſt quod obijci Magiſtro Huberto poſſit, quo minus lis fuerit conteſtata, ſuper petitione ſecundi retractus; propterea quod obiecerit exceptionem declinatoriam propter priorem retractum propoſitam: nam id iure ſuo facere potuit [g]; vt conſtat ex his quæ in poſteriore parte ſui cōſilij dicti Domini præconſulentes rectè deduxerunt.
9 † Sic vt nulla Magiſtri Huberti ſubterfugia, nullæ cauillationes in reprehenſionem vocari poſſint, quibus ſolis ſi impediatur Actor litem conteſtari, lis pro conteſtata habetur, tam quoad tranſmiſſionem, quam perpetuationem actionum [h]: ita vt ſi quid ad negligentiam Actoris referri poſſit, hoc eſt, ſi non fecit omnia, quę potuit, recuſatio Rei in lite conteſtanda obumbretur, & maior ſit negligentia Actoris, quam culpa Rei; ſicut etiam vltima mora nocet [k].
10 † Proinde cum propoſitâ Rei exceptione, de reijciendâ accumulatione ſecundi retractus, ſubſecuta Actoris replicatione, & Rei duplicatione, decreto Curiæ ordinatum fuerit viceſſimatertia Februarij anno 1554. vt vtraque pars in ſcripturam Aduertiſſementi conijceret rationes quæ ad iuſtificationem vel impugnationem dictæ exceptionis pertinere exiſtimarent; neque ſecundum illud decretum Actor aduertiſſementum exhibuerit, aut ſuper exceptione propoſita iùs dici petierit, ſed velut victus rationibus Rei, totos & continuos duos annos cum octo ferè menſibus, hoc eſt, vſq; ad 19. Octobris annos 1558. tacuerit, & reſumēdo nec dum eidem decreto obtempera-

a l. 2. ne de ſtat. def. l. colluſione ff. de colluſ deteg.
b vlt. C. de preſcript 30. vel 40 anno l. 1. C. de longi temp. preſc.
c l. ſi quis poſt accept. & ibi not. de iudic. l. nam poſtea § ſi is qui de iureiur. l. fin. in fin. de fideiuſſ. tut.
d l. 1. l pen. de inter. actio.
e l. ſi quis in iure ff de interg. act.
f d l. 1. in fin. ff de interrog. actio.
g l ſciendum in fin. cum l. ſeq. in fin. de vſuris.
h l ſi eum §. fin. & ibi Iaſon nu. 9 ff. ſi quis cautio.
i Caſtrenſ. in d § fin.
k l. illud. de peri & commod. rei vendi.

perauerit mirum nō est, si dicamus nullam Rei, sed Actoris subesse moram & subterfugia. Quam quidē Actoris negligentiam Reus emēdare non debuit, aut alioqui Actorem ad exhibendum suum aduertissementum vrgere; Reorum enim est fugere [a], & omnibus modis, qui calumnia & vitio careant, optare per silētium & negligentiā Actoris litem euadere [b]. Cum ergo neq; vera, neq; ficta cōtestatione, perpetuata dici possit petitio seu conclusio Actoris, super retractu secūdo; loco proposito, & inter moras litis sine vllo Rei vitio aut facto, aut si aliquod est, cui non præponderet, & posterior sit, actoris mora & culpa, tantū tēporis altissimo silentio trāsmissum sit, ab vltimo iudiciali actu in causa secundi retractus, quod ad præscriptionem exclusionemq; retractus, etiam in duplū satis esse posset, non videmus qua ratione ad Tyraquelli [c], & Chassanei [a] diligentissimorum exactissimorumq; huius cōsuetudinis de retrahēdo aduersus legem scriptam [b] introductæ sententiam per dictos præconsulentes, & Aduocatum plurimis rationibus adiutam, instructam, & ampliatā accedere non debeamus, & secundum eam concludere, Actorē repellendū esse ab vlteriore litis prosequutione per obiectionem præscriptionis, quæ ex ipsis actis apparet, neq; alia probatione indiget; & non ad merita causę peremptoriæ, sed ad processum pro impediendo litis progressu proposita est [c]. Sic vt non sit magnopere necessum confugere ad posterius defensionis caput per dictos dominos præconsulentes accuratè etiam tractatum de non admittenda accumulatione, aut propositione posterioris retractus ad priorem.

a l. properandum §. etsi quandam C. de iudic.
b l. vlt. in fi. C. de anna exceptio.
c de retract. §. 1 gloss. 1. nu 72.

a ad consuetud Burgūd. tit de retract. rub. 1 § ad verbum dedans l'an & iour nu 3.
b l dudum C de rescind. vendit.
c eleganter Ioan Franciscus Balb. in tracta. prescript part. 1 quæst 9.

SVMMARIVM.

Exceptio Litispendentiæ.

1. *Exceptio litispendentiæ impedit litis ingressum, & progressum.*
2.5. *Reconuentio litispendentiam inducit.*
3. *Litispendentia inducitur per propositam exceptionem.*
4. *Iudicis partes in confitentem non alia sunt quam vt condemnet & exequatur.*

CONSILIVM LXX.

Litispendentię exceptio † in earum exceptionū numero est, quæ litis ingressum, multo magis progressum impediunt [a], 1
vbi enim iudicium ceptum est, ibi quoque finiri & terminari debet [b]: nec eadem de re quis cogitur plura subire iudicia, nec pluribus Iudicibus se subijcere, cū vix sit vt etiā de pluribus reb' ad diuersos Iudices eodē tempore contra eundem quis ire vel stare debeat [c]. Quod perinde locū habet in Actore vt Reo, & perinde vterq; alterum eadem re plurib' iudicijs impetentē à posteriore auertere, & illi ingressum iudicij impedire possit; tunc potissimū cum sententia absolutoria in vno iudicio lata, paritura esset exceptionē rei iudicatæ [d]; ita vt postere iudicio cōuentus, cogi non possit ad litē in nouo iudicio contestatam, ne quidem eo casu quo Actor paratus esset priori iudicio seu instantię renunciare, & ab illa desistere; cum inuito Reo Actor id ita non possit [e]: vt manifestissimum sit Actorem pertinaciter non posse eadem de re duobus locis aut iudicijs agere vel contendere. † Idque sine 2
discrimine, qua forma, quoue modo vniformiter, an difformiter quis eadē de re cōtra eundem corā diuersis iudicibus aut iudicijs agat; hoc est, per speciē conuentionis aut reconuentionis: quippe cū reconuentio conuentionē in se concludat, vt omnia cōposita ex pluribus simplicibus constare solent eaque suo ambitu complectūtur [a]; qui Reus in vno iudicio Actorem conuenit, in alio vtiq; conuenire & conuentione vti dicitur, & conueniendo seu recōueniendo rē in iudicium deducere [b], litis pendentiam inducere, & rem litigiosam facere censetur.
3 † Et quidem adeo vt nec per modum exceptionis in alio iudicio refricari, aut ad cognitionem reuocari debeat, quæstio, per modum actionis in aliud iudicium semel deducta; multo minus per modum agendi ad aliud iudiciū reuocari debeat, quæ per modum excipiēdi in priore iudicio hęret [c]. Hæc cum ita & extra omnem dubitationē sint, manifestum est Ioanni & Petro Maelvvinckels huius causæ actoribus incōmutabiliter obstare exceptionem litispendentiæ per Ioannem Portmās Reum, illis obiectam ad impediendum non tantum ipsis, sed etiam venerabili D. Officiali Mechliniensi ingressum litis & quæstionis super braxatoria, de qua Actores mutata facie iudicij inchoat', super validitate & iuualiditate testamenti Ioannæ Roosen in genere, omisso illo validitatis articulo cuiuslibet proprietatis, de dicta braxatoria sufsarciunt, & ad cognitionem D. Officialis introducere laborant, per modum conuentionis postquam de eadem braxatoria corā

a Pet Ancharanus consil. 26. viso processu. Socinus consil. 38. Pro decisione vol. 3.
b l. vbi ceptū de iudic.
c l. 1 & 2 ff de quibus reb. ad eundem iud eatur.
d l fundum l. fundi de except & ibi Bart. Iason. in l. nulli C. de iudic.
e Alexand. & alij in l. Postquam liti. C. de pactis.

a Doct in l. stipulationū de verbor. obligat.
b Lcum Papinianus C. de sent.
c Auth. litigiosa C de litigiosis.
d l duobus & ib. Castrensis de exceptione rei iud.

SVMMARIVM.

De Rei Iudicatæ exceptione. Præſcriptio non currit poſt concluſionem in cauſa.

1. Sententia concilij ſupremi ſtandum.
2. Iudicata res pro veritate habetur.
3. Iudicatæ rei exceptio etiam in alio iudicio prodeſt.
4. Eremodicio contracto exceptio rei iudicatæ competit.
5.18. Iudicata res non prodeſt ei qui in lite non fuit.
6. Declaratio vim confeſſionis habet.
7. Iniuria non fit ſcienti & conſentienti.
8. Probationes arbitrariæ ſunt.
9. Probationes leuiores admittuntur in antiquis.
10. Sententia qua dicit Iudex ſibi non liquere, an ſit definitiua, & an reuocari poſſit.
11. Sententia interlocutoria quoad iudicem non tranſit in rem iudicatam.
12. Executio an ad hæredes tranſeat.
13. Societas, tutela & mandatum quomodo ad hæredes tranſeant.
14. Actio qualibet 30. annis præſcribitur.
15. Agere non valenti, non currit præſciptio.
16. Sententia poſt decurſam præſcriptionem lata tenet.
17. Sententia contra ſententiam non valet.
19. Iudicata res prodeſſe ei non debet contra quem iudicatum eſt.
20. Sententia per colluſionem obtenta retractari poteſt.
21. Sententia iniqua retractari poteſt.
22. Tutoribus pluribus gerentibus, quis prius conueniatur.
23. Adminiſtratores plures quomodo conueniantur.
24. Rationes p:o parte non recte redduntur.

CONSILIVM LXXI.

Exactè & maturè excuſſis actis tam prioris litis, quæ fuit inſtituta in Cancellaria Brabantiæ inter maternos cognatos quondam VVilhelmi VVaerloes, contra Procuratorem generalem Brabantiæ, & quondam Cornelium van Bomberghen, Fredericum vander Moelen, ac D. Henricum VVouters Executores teſtaméti dicti VVilhelmi; quàm poſterioris in eadé Cãcellaria per Henricum Habben, eiuſq; conſortes cognatos ſiquidem maternos eiuſdé VVilhelmi contra dictorum executorum hęredes inſtitutę & adhuc indeciſę pendẽtis, multa occurrunt, quæ ſua varietate huius poſterioris litis deciſionem ex vtraque parte difficilé effeciſſe videntur; elegantẽ ſanè, & pulchram, vt omnia quæ difficilia, conſtituunt. Ne autem hæc varietas ſi promiſcuè tractetur, obſcuritatẽ inducat, viſũ eſt, omnes in hanc cauſam incidentes articulos, in quibus totius cauſæ ſtatũ & cardinem conſiſtere putamus, ante recẽſere, atq; ob oculos ponere; ac deinde ſingulos vt ordine & natura rei alijs ſunt priores pertractare, & ex omnibus certam aliquam & indubitatã, quantũ fieri poterit in hac cauſa reſolutionem ac deciſionem conficere. Incidunt autẽ hi articuli, primo circa qualitatem agentium; an in ea cauſa ſint, vt rationes & reliqua occupatæ executionis, & adminiſtrationis bonorũ per dictos Executores petere poſſint? Secũdo an ea rationum exhibitio & reliquorum præſtatio à Reis huius cauſę rectè petatur? Tertiò quę via agendi hîc pateat? Quartò an præſcriptione aliqua excludi poſſint agẽtes? Quintò an præiudicio ſeu antecedente aliqua ſententia ijdem agẽtes rectè remoueantur? Sextò an trãſactione aliqua negotium hoc fuerit finitum? Septimo an ordo aliquis in conueniendis Reis ſeruari debuerit, aut actio aduerſus eoſdem diuidi? Primũ itaq; articulum arripientes arbitramur ad qualitatẽ agentium nihil deſiderari. Nam quãuis pro parte Gysberti & Cornelij Vermoelen allegatum ſit agẽtes non docuiſſe neque docere poſſe de cognatione & nexu ſanguinis cũ quondã VVilhelmo VVaerloes: contrarij tamen probatione ſatis euidenti refutatur. Extant enim in actis huius inſtantiæ duo, ex quibus qualitas agẽtium
1 omninò comprobatur. †Et primo quidem quod illius quæſtionis & articuli materia in hac lite refricari nõ poſſit, vtpote ſentẽtia & re iudicata Ampliſſimi Concilij in lite prius per parentes Hereberti & illius conſortes in eodem Concilio inſtituta contra Procuratorem generalem & dictos originales executores ſemel terminata; ſic vt illius refutandi nulla am-

plius sit potestas[a]. Tantoque minus quod dicti Concilij sententiæ velut à Præfectis prætorio latæ standum sit, nullâ supplicatione aduersus eam intra legitima tempora vnquam impetrata[b]. † Et cum 2 res iudicata pro veritate habeatur[c], tantumque iure commentitio per fictionem quantum per veritatem possit[d] in hoc iudicio, quod vere principale non est, sed accessorium tantum, & velut in consequentiam dictæ prioris litis, pro illius executione aut saltem liquidatione constitutum, authoritatem suam retinere debet; † cum alioqui etiam inter easdem personas 3 in alio & nouo iudicio exceptionem semper præbeat[e]. Cum ergo per dictam Concilij sententiam declaratum sit bona quondam VVilhelmi VVaerloes deuoluta esse ad dictum Impetrantem, hoc quoque rectè consequi videtur ideo deuoluta esse quia cognati fuerunt: nam cognatio causa est sine quâ non potuisset ad eos VVilhelmi hæreditas pertinere[f]. Et cum in eo iudicio de iure sanguinis seu cognationis disputatum sit, ac pro parte Impetrantis probationes & testimonia consanguinitatis allata; de iure quoque sanguinis cognouisse, & sententiam dixisse præsumuntur Amplissimi Domini dicti Concilij[g]. † Neque ad rem facit quod e- 4 remodicio contracto in contumaciam Procuratoris generalis processum sit ad definitiuam sententiam, atque ita nemine defendente Impetrantes facile obtinuisse in causa; nam non minus proficit Actori sententia quæ eremodicio per Reum contracto, quàm quæ in defensione eodem persistente ad extremum vsq; legitime profertur; sic vt postea quandocumque veniens Reus aduersus sententiam sic latam audiri non debeat[h]. † Rursus non ob contuma- 5 ciam lata est sententia diffinitiua, in fauorem Impetrantis, sed quia de sua intentione ad plenum docuerunt Impetrantes; quemadmodum de iure etiam absente parte rea, potuerunt[i]. Id enim indicatur dictę sententiæ his verbis, **Gesien tot dien t'voersz. pressijt mitten titulen ende munimenten tot verificatie van heurer intentie obergegeven.** Hoc est, visa vtilitate ob contumaciam titulis & munimentis pro iustificatione intentionis ipsorũ exhibit, &c. Ita vt in rem non in personã concepta videatur sententia; pro vt etiam illius verba sonant ideoq; etiam dictis Impetrantibus aduersus præfatos executores, authoritas rei iudicatæ debeat prodesse. Nam quamuis res iudicata alijs[k], qui in lite non fuerunt non soleat obesse, hæc tamen Reis seu eorum parentibus omninò præiudicare debuit, duplici ex capite; tum

a l. 1. & 2. C. de re iud.
b l. 1. C. de sentent. Præfec. Prætor.
c c. cum inter de sent. & re iud. l. Res iudicata de reg. iur.
d Doct. in l. si is qui pro emptore de vsuca.
e l. 3. l. de eadem l. egi. §. item si fundo d: except. rei iud.
f l. affinitatis C. communi de success. l. 1 & 2. C. de legit. hered.
g l. de qua re in princ. de iud.
h l. properandum §. sin autem reus. C. de iud.
i d. § sin autem reus.
k l. 1 & 2. C. quibus res iudic. non nocet.

quod quoad causam vocati, defensionem illius aduersus Impetrantes suscipere noluerint, declarantes se contentos & paratos esse restituere rationem administrationis suę, & reliqua ei cui per sententiam Concilij in illa causa hæreditas adiudicaretur. Quæ Reorum declaratio & oblatio inuenitur in
6 ijsdem actis acceptata. † Quæ quidem declaratio vim confessionis habet[a], etiam quoad Impetrantes, etiamsi apertis & conceptis verbis non sit dictum, quod Impetrantibus rationes & reliqua redderet: iure enim relationis perinde est ac si hoc Impetrantibus promisissent[b]. Et cum confessus pro iudicato sit[c], perinde hic rectâ viâ executores seu eorum hæredes conueniri poterunt virtute sententiæ inter Impetrantes, & Procuratorem generalem latæ, atque si ipsi condemnati essent quia sese illi sententiæ conformaturos iudicialiter promise-
7 runt. † Cum ergo scienti & consentienti nõ fiat iniuria[d], non mirum si dicamus illa sententia rectâ viâ conueniri posse executores. Quemadmodum traditum est fideiussores iudicatum solui statim lata sententia contra Reum, siue nouo processu, via executiua, ex eadem sententia conueniri & exigi posse[e]: ita vt hic executores videantur in illam sententiam consensisse; ideoq; eadem cõstringi debeant; tum etiam quod scientes ad se principaliter pertinere defensionem huius causæ (si existimare potuerũt Impetrantes iure sanguinis non fuisse coniunctos VVilhelmo VVarloes) Procuratorem agere permiserint, neque defensioni causæ sese immiscuerint; quo casu solet res iudicata sic scienti etiamsi in nulla parte litis fuerint præiudicare[f]; multò ergo magis si à cepta defensione destiterint & omnium maxime si cum huiusmodi declaratione defensionis necessitatem ab humeris suis excusserint. Poterât enim alioqui proprias defensiones adferre, & impetrantium probationes cõuellere. Alterum eorum ex quibus de qualitate agentium constare diximus, est exacta satis probatio consanguinitatis, seu cõiunctionis sanguinis dictorũ Impetrantium, cum quondam VVilhelmo VVarloes, & præcipue per testimonia in oppido Cliuiensi, vnde oriundus erat VVilhelmus, recepta; quibus deponitur matrem Ermke (quæ fuit soror VVilhelmi) & matrem Hereberti habben senioris Agnetem nomine, fuisse duarum sororum liberos; quod ad cognationem & ius sanguinis posterorum Hereberti senioris ad dictum VVilhelmum satis est. Coniunctio enim sanguinis per personas in infinitum propagatur & ad posteros semper transmittitur; probato namq; iure sanguinis Impetrantium Ermkem, quam indubitatum est fuisse

a Bart. in l. 1 vers. Sed iste qui in iudicio ff iud sol. l. aut. prætor. § si Iudex de re iud.
b l. 1. C. de re iud.
c l. 1. de confess.
d l. 1. §. vsque adeo de iniurijs.
e Bart. & alij in l. 1. ff. iud. solui. Zasius in l. sæpe nu. 5. de re iud.
f d. l. sæpe.

fuisse legitimam VVilhelmi & Vterinam sororem, satis quoque probatum est de iure sanguinis ad eundem VVilhelmum.
† Quæ quidem probatio, quia 8
Amplissimis Dominis de Concilio visa est sufficere, hic amplius in controuersiam vt dixi vocari non debet. Probationes enim omnes non tantum testimonia ex arbitrio Iudicis dependent, cuius conscientiæ relinquitur diiudicandum an aliquid
plenè probatum sit [a]. † Cum alioqui in 9
his, quæ difficilioris probationis sunt [b], & ex antiquitate temporis dependent [c], leuiores probationes sufficiant: in quo genere est huius cognationis seu consanguinitatis probatio, si ad communem parentem eadem esset: ideò ait Alexander [d], Testimoninm de auditu etiam hic reci-
pi, licet alias reprobetur. † Quâ ratione 10
etiam remouetur illud, quod à Reis obiicitur, testimonia Impetrantium in illo priore iudicio iudicata fuisse non esse sufficientia per decretum de vlteriore informatione capienda: nam ad quem finem id decretum sit, & in quo probationis articulo non satis constat: & vt ad cognationem referatur; tamen sententia, qua Iudex sibi de causa non liquere pronunciat, non est omnino diffinitiua; quia neque absolutionem, neque condemnationem continet [e]: & vt Iudex deferendo iuramentum in supplementum probationis, non censetur Reum condemnare [f]; ita quoque eadem ratione nec absoluere, si dicat de caussa non liquere, aut
satis probatum non esse. † Vnde quem- 11
admodum huiusmodi delationem Iudex reuocare posset; quia continet tantum sententiam interlocutoriam [g], eâdem quoque ratione hanc, quâ decreuit sibi non liquere; cum generale sit vt Iudex sententiam interlocutoriam quandocumque reuocare possit [h], quæ quoad Iudicem non transit in rem iudicatam [i]; præsertim cum ex eâ parti ius quæsitum non est [k], prout hic euenit: nam vt dixi neque condemnationem neque absolutionem continet; cum abnutiuum contineat & sic nihil ponat aut disponat [l]. Vnde cum arbitrarias dixerimus esse probationes, & tot sint capita, quot sensus, & vni videri possit rectè probatum, quod alteri non videatur probatum [m], quid vetat potuisse rectè probatum videri Dominis de Concilio, qui anno 1552. nouissime fuerunt, quod ijs qui anno vicesimo primo fuerunt, non est visum. Cum ergo sic instructa causa iudicatum est ad Impetrantes pertinere bona VVilhelmi VVaerloes, frustra nunc executorum hæredes dictam sententiam, cui

a l. 3. §. tu magis. de test. Castr in l. admonendi nu. 39 de iureiur. Bart. in l. Lucius de his quæ no. inf. Bald in l. 2. C. de test. Decius cons. 94.
b Castr d. nu 39.
c Doct in l. sciendum de verb. oblig. Socinus cons. 187. nu. 13. vol. 2.
d Cons. 82. vol. 1.
e l. si præses. l. cū Iudex C. de sentent. l. in summa de re iud.
f l. cum Iudex & ibi gloss. C. de sentent.
g l. generaliter post princ. C. de nō nu. pec. gloss in verbo palam in d. l. cum Iudex.
h l quod iussit de re iud.
i Doct. in d. l. quod iussit
k Bald in d. l. post sententiam. C. de sent.
l l. inter stipulantem in princ. de verb oblig.
m l. in summa d. re iud. Bald in d. §. tu magis.

eorum authores sese submiserunt, declinare student, & cognationis quam Domini de Concilio in priore iudicio pro probata habuerunt, exactiores probationes requirunt. Et sanè vt hoc hic addamus, præiudicium illud seu res indicata ex dicta sententia anni quinquagesimi secundi, in fauorem Impetrantium lata eas vires & efficaciam hic habet, vt alio non sit respectus habendus, ad hoc vt Rei compellantur Impetrantibus rationes reddere, & pro portionibus eos contingentibus hæreditatem VVilhelmi VVaerloes restituere. Cæterum non contenti eo solo articulo, qui iugulum causæ petit, pro maiore demonstratione æquitatis & iustitiæ partis Impetrantis alios propositos articulos etiam excutiemus. A qualitate itaque agentium benè vt speramus demonstratâ, descendamus ad conditionem & qualitatem Reorum: non enim minus Rei conuenti, quàm Actoris inspicienda est conditio [a]. Sunt enim multæ actiones, quæ contra hære-
12 des non deriuantur. † In hoc articulo non immorabimur; eo etenim demonstrato, quod parentes Reorum rectè conuenti in priori iudicio sint, sine vllo artificio id quoque deprehendetur, eorum quoque hæredes conueniri posse, etiamsi de delicto agatur [b], in quos etiam instantia transfertur [c]. Nec refert quod executio non transeat ad hæredem [d]; † nam
13 nec Societas, Tutela, aut mandatum ad hæredes transeunt [e]; & tamen nouum non est, iudicio Societatis Tutelæ, vel mandati teneri hæredem Socij, Tutoris, vel mandatarij [f]; ideoque vel propter susceptum mandatum executionis, & administratam executionem per authores Reorum; vel propter eorum promissionem de reddendis rationibus & reliquis illi, cui per sententiam Concilij bona adiudicata sunt, teneri debent dictorum executorum hæredes huius causæ Rei. Quod satis animaduertentes Rei ad aliam exceptionem confugiunt, asserentes redditas esse rationes ab ipsis originalibus executoribus anno 1532. quâ tamen exceptione elabi non possunt. Nam nulla extat probatio redditarum rationum dictis Impetrantibus, qui priorem illam litem instituerint; & proinde redditio rationum, & præstatio reliquorum alijs facta, eis prodesse non debet: non enim redditæ sunt iis quibus oportuit [g]; neque etiam ijs, qui in hæreditatis possessione erant; quod interdum ad excusationem prodesse solet [h]. Et præterea scientes pendere hanc litem, in eius præiudicium nihil

a l. officium de rei vendic.
b tit. C. de hered actio. l. 1. C. ex delic. defunct.
c Doct. in l si eum hominē. de fideiussor.
d c fin. de testa. lib. 6.
e l. Tutelo plerumque l. ideo morte. pro socio l. inter causas ff. mandati.
f l. 1. de fideiuss & toto tit. C. de her. act. l si præcedente pro socio d. l. inter causas.
g §. recte in fin instit. de mand.
h l. vlt. C. de pet. her.

attentare poterant[a]: cuius quidem ignorantiâ si excusari possent; quia tamen propriâ promissione sese ad hoc astrixerunt contra quem promiserunt, fecisse dici debent; quia non fecerint quod promiserunt; hoc est, aliis, non impetrantibus rationes reddiderint[b]. Quod verò non debuerint reddere rationes quibus reddidisse authores suos allegant, postea commodius deducetur de viâ agendi, & si caput vnum propositum sit, in eo tamen subsistendum non est: nam secundum ea quæ superius diximus, de eo qui iudicatum solui satisdedit[c], sine nouo processu in eius heredes executio fieri, non actio proponi, debet. Est enim hoc iudicium non nouum, sed liquidatorium, & executiuum. Sane alioqui via agendi non deesset, siue intestatus decessisset VVilhelmus VVaerloes, petitione hæreditatis; quo casu nulla esset dubitatio, propter cognationem: siue testatus decessisset, ex testamento; idque sine discrimine, vtrum duorum testamentorum dicatur esse validum, siue id quod Venetijs conditum est; in quo ex capite Eringardis sororis dicti VVilhelmi succedentes, longè amplius consequi debent, quàm pro eorum parte in hoc iudicio liquidationis petitum existit. Sunt enim Eringardi in eo relicti octinginti floreni, & ex residuo duæ tertiæ. Siue id quod postea Antverpiæ conditum est, in quo etiam apertis verbis instituuntur hæredes eius consanguinei; quos in primo articulo diximus esse huius causæ impetrantes, seu eorum parentes defunctos. Sic vt re in omnem partem versâ, parum referat quo iure quâue actione impetrantes agant. † In articulo 14
præscriptionis non est etiam immorãdum: demonstratâ enim Reorum mala calculatione, res erit manifesta. Hoc quidem verũ est, à morte Vilhelmi vsque ad institutum hoc iudicium liquidationis intercessisse triginta sex annos qui ad excludendam petitionem hæreditatis[d], ac quamcumque fere aliam actionem omninò sufficerent[e]: sed ab illius morte, præscriptionis initium cõstituendum non est; quod instituto priore iudicio, eoque contestato & instructo, plusquam interruptum & inutile factum est[f]. Neque ad rem rursus facit, quod tam diu dilata sit sententia: ita vt continuis triginta annis, & amplius videatur causa omissa; sic vt ab omissione litis institutæ plusquam triginta anni lapsi sint; quod ad præscriptionem in futurũ satis esse solet[g]. Nam ea mora & taciturnitas, quæ per Dominos Iudices admissa est, parti quę officio suo functa est, obesse non potest: quod generaliter in omnibus Iudicibus vulgo receptum est[h], multo magis in spectatissimis Dominis Concilij supremi quos ad litis expeditionẽ coarctare inciuile esset[a]: eoque iure vti amplissimos Dominos sci-

15 mus. † Cum itaque non nisi definitâ priore illa lite, potuit perueniri ad hanc secundariam seu secundaneam, nulla debuit aduersus eam currere præscriptio his, qui eâdem nondum vti potuerunt: nam non va-

16 lenti agere non currit præscriptio[b]. † Et admisso quoque præscriptionis pleno decursu, nihilominus effectus sententiæ, quã amplissimi Domini non sine causæ cognitione protulerunt, vires suas exercebit & lata post tempora præscriptionis, præscriptione non opposita tenebit[c]: ipso enim iure non tollitur actio[d]. Sic vt in omnem euentum Rei, si voluissent nullum præiudicium sibi ex ea sententia generari, cõtra eam supplicare seu remissionem impetrare debuissent[e] secũdum iuris communis dispositionem intra biennium[f];

17 quod factum non est. † Exceptione rei iudicatæ, (qui quintus propositæ tractationis est articulus) an repelli possint Impetrantes, nunc videndum. Allegant quidem Rei rem iudicatam, quod sententia eiusdẽ huius amplissimi Concilij iudicatum sit ante hanc postremam sententiam, (virtute cuius nunc hoc iudicium liquidationis instituitur) hæreditatem VVilhelmi pertinere ad paternos amicos dicti VVilhelmi; sic vt propter rem iudicatam tũc aduersus maternos cognatos obtentam non potuerit hæc secunda posterior ferri, & ideo lata sit

18 nulla[g]. † Sed nihil hæc morantur: generale enim est, vt res iudicata non obsit nisi his qui in iudicio fuerunt[h], aut cum ad eos priore loco defensio pertineret scientes alios, de iure suo experiri passi sunt[i]. Cohæredi enim qui non litigauit, obstare non potest exceptio rei iudicatæ[k]. Cum ergo in illo iudicio non fuerint impetrantes huius causæ, sed Blickmanni, Vecheli, alijque dicti VVilhelmi pretensi agnati seu paterni amici, & ex cognatis duo tantũ, quorum nomine in hoc iudicio nihil petitur, & præterea illos contingentes portiones Reis relinquuntur, fieri non potest vt propter personarum diuersitatem sit eadẽ res, & proinde exceptio illius rei iudicatæ aduersus Impetrantes nihil operari potest[l]. Deinde cum illa sententia aliud non exprimatur, quàm quod testamentum Venetijs conditum, effectum sortiretur, excluso testamento postea Antverpiæ facto, non potest in hac lite obesse Impetrãtibus, quibus ex eo testamento amplius, quàm ex testamento Antverpiæ condito debetur; vt paulo ante dictum est: nam in eo consanguineis relinquit residuum bonorum, sic tamen vt Eringardis illius soror pro portione

Left margin:
a ex l. vt lite penden. nihil innoue.
b l. qui non facit de reg. iur.
c Bart in l. 1 ff iud sol.
d l. licet & ibi doct. C de iure deliber.
e l. sicut C. de præscrip. 30. ann.
f l. 1. C de Annal. præscript. l longi C. de præscript. 30. annor.
g l 1. C. de long temp. præscript.
h Bald. in auth. Idem appellatione C de temp. app.

Right margin:
a §. ad hæc auth vt cum de appell. auth. sed ciuilis C. de temp. appell. §. hæc quoque in auth. vt spõs. larg.
b l. 1. § fin. C. de ann. præsc l. 1. C. de bon. mat.
c Bart. & alij in l. properandum. C. de iud.
d l. obligationum fere §. placuit. de oblig. & act. gloss. d l. Sicut in verb. facultatem.
e Alexand. cons. 42. vol. 3.
f l. 1. C. de sentent. præfec. præt.
g c. inter monasterium de sentent. & re iudic. l. 1. & ibi Bald. Sent. resc. non poss. l. post sentent. C de sentent.
h Alexand. cons. 79 nu. 6 vol. 6.
h C. quibus res iud & C. res inter alios
i l. sæpe. de re iud.
k l. in dicere de excep. rei iud.
l l. cum quæritur cum 2. legibus sequen. de re iud.

tione prælegati octingentorum floreno-
rum habeat bessem, Blickmanni verò
pro portione prælegati, quadringentorum
aureorum habeant trientem. † Vnde Im- 19
petrantes ex capite Eringardis, quæ fratre
defuncto decessit, petentes hæreditatem
non contra, sed secundum eam sententiam
agere videntur: euidenter enim iniquum
esset rem iudicatam obesse ei, pro quo iudi-
catum fuit[a]. Eo quoque cessante existi-
mamus eius rei iudicatæ in proposito ne-
gotio non admodum magnam esse autho-
ritatem, quod per collusionem, aut saltem
ex cōsensu omnium, qui in ea lite erant, la-
ta sit ea sententia. Id enim ex instrumento
transactionis Blickmannorum & aliquot
maternorum cognatorum, dictorumque
executorum inter se satis constat; in quo
apertè narratur quod materni amici, qui
in eo iudicio erant, consentiant, vt testa-
mentum Venetum approbetur, & Blick-
mannis hæreditas adiudicetur: † vnde ab- 20
surdum esset, sententiam iure transactionis
ex consensu latam, inter alios vires obti-
nere, quàm qui consenserunt[b]; cum etiam
retractare liceat sententiam collusionis
prætextu latam[c]. De qua quidem collu-
sione varijs conuentionibus, & transactio-
nibus multa exstant argumenta; velut in
primis dum executores approbari procu-
rant per maternos cognatos testamentum
Antverpiæ conditum: & postea quosdam
ex ijs eidem testamento renunciare con-
stringunt. Rursus ex eo quod paterni ami-
ci renunciant testamento Veneto, appro-
bando testamentum Antverpię conditum;
qui post paucos annos (1522. in Ianuario)
re in contrarium acta, per quosdam mater-
nos cognatos obtinent, renunciare testa-
mento Antverpiensi, & Venetum testa-
mentum approbari. Et omnium maximè
quod etiam nunc nimis euidenter appa-
reat testamentum Venetijs conditum re-
uocatum omnino fuisse per testamentum,
Antverpiæ conditum; non ex eo tantum
quod prius conditum fuit[d]; sed etiam quia
in Veneto testamento aperte cauit testator
vt si contingeret eum aliud conficere pro-
pria manu, vel manu Notarij, vt illud hoc
infirmato esset omninò validum. Quin
imò validitatem huius prioris suspendens
ex conditione, si aliud non fecisset, & o-
mnium maxime quod in posteriore testa-
mento habeatur clausula reuocatoria hu-
ius prioris testamenti: ita vt si non per col-
lusionem executorum cum Blickmannis
& duobus aut tribus ad summum mater-
nis cognatis, saltem circumuentis Domi-
nis Iudicibus, huiusmodi declaratoria sen-
tentia pro testamento Veneto necessario
dici debeat obtenta. † Et quamuis alio- 21

a l. euidenter de re indic. à contrario sensu.

b l. inter alios factam transactionē C. res inter alios.

c l. vlt. de collus. detegend.

d l. 1. de in iust. rup. §. ex posteriore. instit. Quib. mod. testament. infir.

qui etiam iniqua sententia ius faciat[a]; ta-
men sic lata, quin retractari possit dubium
non est[b]; & extra omnem dubitationem
est, quod præiudicare non possit alijs,
quàm inter quos tota hæc res tractata fuit.
Idq; eo magis quod in præiudicium prio-
ris litis pendentis (cuius ignorantiam ha-
bere non poterant executores qui in ea cō-
paruerant, & prædictam declarationem
ac oblationem fecerant) omnia sic innoua-
ta & attentata vtilitatis effectu carere de-
beant[c]. Quibus rationibus satis indica-
tum est quid in sexto articulo constitui de-
beat, circa transactionem; cum nulla extet
cum his impetrantibus tanquam maternis
cognatis inita vel Blickmannorū vel exe-
cutorum transactio. Nam illa cuius ante
meminimus cum paucis aliquod cogna-
tis maternis inita, ad omnes porrigi non
debet[d] aut omnibus obesse: & proinde nec
eius transactionis subsequuta per eosdem
maternos cognatos quosdam approbatio;
neque in eam causam eisdem sexcentorum
florenorum facta solutio: ideoque sibi im-
putent executores, quod sic temere pauco-
rum conuentione contenti, alios neglexe-
rint, indemnitatēq; sibi ab his cum quibus
transegerunt præstari non curarint. Quod
sane eis non admodum difficile erit quod
& ab ijsdem maternis cognatis indemnita-
tem stipulati sint, aduersus reliquos mater-
nos cognatos; & à Blickmannis indemni-
tatem aduersus quoscumque: quâ promis-
sione ius & actio horum Impetrantium mu-
22 tari non potuit[e]. † Superest vltimus arti-
culus de conueniendi ordine, in quo etiam
breues erimus. Nam quamuis in pluribus
tutoribus prius conueniendi sint qui ges-
serunt quam qui non gesserunt[f]: hoc tamen
rei propositæ applicari non potest; tum
quod indifferenter omnes gessisse inue-
niantur; id enim satis demonstrat primo lis
instituta anno 1519. in qua omnes citati
comparent, & pariter omnes prædictam
declarationem & oblationem faciunt; quæ
32 sola vt sæpe diximus hic sufficit. † Deinde
ex lite suscepta contra Blickmannos; & tā-
dem ex prædictis transactionibus, quæ no-
mine omnium executorum interpositæ
sunt; ita vt propter æqualem seu commu-
nem gestionem omnes merito teneri de-
beant. Concesso quoque quod per Frederi-
cum omnia gesta sunt; quia tamen constat
alios manum admouisse executioni illam-
que acceptasse, & aliquid gessisse; ordinis
nulla est habenda ratio; quæ in pluribus
tutoribus locum habet, si vnus aliquis ni-
hil omninò gessit[g], non si promiscuè vnus
quædam, alius alia gessit. Sane de diuisio-
ne laborandum non est: quia Impetrantes
suam petitionem conceperunt, vt diuisionē

a l. Qui Romæ § fin. & ibi Doct. de verb. oblig.

b d. §. finali.

c ex. t. vt lite pen.

d l. 2. C. res inter alios.

e l. pacto debitorum C. de pactis.

f l. vlt. C. si tutor. non gess. l. vlt. C. de diuidenda tutel.

g l. tutores. §. in eum. de admi. tut.

exclusisse non videantur, qui non vnum aliquem, sed omnes simul & coniunctim conuenerunt, quod de iure permissum est[a]. † Quamquam quoad primum caput petitionis de reddendis rationibus, diuisio admitti non debeat: est enim ea obligatio indiuidua; nam rationes pro parte non recte redduntur[b]. Atque ita omnibus in vnum coactis & præcipue attenta declaratione atque oblatione originalium executorum, ac sententia in Amplissimo Concilio secundum Impetrantes lata, arbitramur nos Gabriel Mudæus & Ioannes VVamesius V.I Doctores (amplissimorum Dominorum, ac aliorum quorũcumque melius sentientium iudicio saluo) vrgendos & compellendos esse, huius causæ Reos ad rationum editionem, reliquorumque secundum petitionem Impetrantium præstationem.

24

a Bart. in auth. hoc ita nu. 25. C. de administ. tutor.

b l. stipulationes non diuiduntur. de verb. oblig.

SVMMARIVM.

Exceptio rei iudicatæ.

1. Intellectus l. Si me & Titium. Si cert. peta.
2. Iudex parti male agenti actionem bene instituendam reseruare debet.
3. Rei vindicatio à condictione an differat.
4. Exceptio rei iudicatæ perimit, & à limine iudicij auertit.
5. Vindicans si succubuit an condicere possit.
6. Donatario secundo an detur rei vindicatio.
7. Donatio vni facta alteri actionem adijcere potest.
8 Vsufructus reseruatio pro constituto est.
9 Donatarius qui prior possessionem accepit, potior est quocunque alio etiam ex onerosa causa.
10. Locupletari cum aliena iactura quando iniquum sit.

CONSILIVM LXXII.

QVod Illustri Domino Ioanni Marchioni Berghensi aduersus Illustrem & Generosum Dominum Ioannem Comitem Arembergensem ianua iudicij ad petitionem Dominiorum Rethy, Vorselaer, & Lichtert in Amplissimo Cõcilio Mechliniensi, post rem semel inter ipsos & præfatum Dominum Comitem iudicatam, aperiri, & nouæ litis occasio præberi nõ debeat; nihil facientibus aut mouentibus rationibus, quibus in supplice libello hanc viam sibi aperiendam esse D. Marchio contendit, securiusque ac tranquillitati partium consultius esse, auertere litem quam admissam cum infælici exitu Domini supplicantis definire[a]; pro angustia temporis, quâ concludimur paucis his subiectis rationibus demonstrabimus. † Hoc imprimis constat. D. Marchionem non simpliciter, formaliter, & absolutè rei vindicatione ex donatione D. Elizabethæ egisse, (id enim in formula actionis nusquam expressum est) sed ita formulam concepisse, vt tam vindicationi, quam personali actioni, seu cõdictioni ad restitutionem dictorum Dominiorum conueniat: præsertim quod in replica D. Marchionis apertius id exprimatur in qua apertè contendit, se fundatum esse ad petendum & condicendum hæc Dominia, eiusq; condictioni non obstare donationem D. Cornelij de Seeuenbergen; quia lucratiuus est titulus, quibus verbis plane continetur ac consumitur omnis materia, ex quâ ad initium nouæ litis D. Comitem reducere conatur ex prætextu æquitatis[a], quæ in defectu aliarum actionum succurrere solet ei, cuius res ad alium ex lucratiua causa peruenit; nullâ causâ, quæ à Domino rei proficiscatur subexistente. Ita vt non sit verosimile amplissimum Concilium, si animaduertisset huiusmodi alicuius æquitatis latentis aliquam vmbram fuisse, tam præcisè reiecturum fuisse intentionem D. Marchionis. Etsi enim in vsitatâ formulâ, **Niet ontfanckelicke in der forme ende maniere / dat hi ageert ende procedeert.** hoc est, minimè receptibilis in forma & modo quo agit & procedit, ambiguitas quædam latere videatur apud inferiores Iudices, quibus rigida iuris, & formularum obseruatio arctius imperatur, & æquitatem seu æquum bonum scripto iuri præferendi potestas non permittitur[b]: In sententijs tamen eorum, quibus laxior iuris est potestas, & quibus laqueos formularum, conspectâ aut depræhẽsa æquitate licet contẽnere, non est præsumenda ea ambiguitas, nec definitionis quoad totam causam, eiusque merita omnia imperfectio; sed absoluta & planè definitiua, quæ omnem quæstionem absorbeat, & litigantes ad initium seu

1

a c. quemadmodum de iureiur.

a l. si me & Titium ff. de reb. cred. si cert. peta.

b l. 1. C de legib. l. placuit. C. de iudi.

seu exordium nouæ litis minime reijciat. Præsertim quod sic vtrimque in priore iudicio aperta sint causæ fundamenta & merita, vt nihil latere potuerit, nec clarissimos Dominos Iudices fugere quid vtriq; seu alterutri parti in his bonis iuris competierit: quo conspecto ac deprehenso nulla est præsumptio, quod ex angustia formulæ, seu modo concludendi D. Marchionem potius ab instantia auertere, quam definitiue pronunciando omnino excludere voluerint. † Cuius indicium facit non leue, subiecta condemnatio omnium expen- 2
sarum sine reseruatione iuris & actionis competentis, ex alia aptiore causa: quam condemnationẽ verosimiliter D. Marchio passurus non erat, si aliquid apparentis æquitatis habuisset, & in solo modo agendi error subsuisset; eoque casu sine vlla dubitatione amplissimi Domini, ad minimum Illustri Domino Marchioni prædictam reseruationem fecissent, cum id iuris ratio postulet[a]. Quæ procliuius admittenda sunt ex eo quod formula, quæ in dicto supplice libello nunc proponitur, à priore parum recedat, nimiumque ab ea dissideat, primâ intentione directâ, & collimatione facta in iniusta seu sine iusta causa, retenta Domini Comitis possessione: quod alterũ est extremum necessarium in rei vindicatione[b], & fundamento dictæ intentionis collocato in proprio iure, quod est alterum extremum dictæ rei vindicationis[c], ac denique fine eiusdem formulæ seu petitionis polito in eo, quod vindicationis proprium est; vt scilicet D. Comes transferat in Dominum Marchionem dicta Dominia, patiaturque ijs illum sine impedimento vti. Ita vt in tenui verborum discrimine, quod est inter verba prioris (in qua succubuit D. Marchio) & huius posterioris formulæ, & modi agendi seu concludendi, rei non sit constituenda magna differẽtia, nec ex verborum mutatione, aut transpositione, rei substãtia mutanda, aut cõturbanda[d]. † Po- 3
tissimum quod in priore iudicio præcise ac specialiter non sit proposita realis actio rei vindicationis, adiecta speciali hac causa specialiter expressa, quod Dominus sit; sed quod ad se ex morte Domini Cornelij res deuoluta sit: quod etiam potest esse ratione personalis actionis[e]. Atq; ita cum vtriusque petitionis eadem prætexetur origo[f]; donatio scilicet D. Elizabetæ, idemque petatur corpus[g]; dicta videlicet Dominia de Vorselaer, Rethy, & Lichtert; & eædem sint personæ, eademque conditio personarum[h] inter quas lis peracta est, & hæc noua mouetur; ac denique petitionis atque agendi modus non sit dissimilis; non patitur iuris ratio vt priore peractâ, posterior

a l. Bebius Marcellus in fi. & ibi Bal de Pact. dot Bald. in l. 1. in fin. C. de pig. ac Corsetus in suis singularibus in dictione Iudex 5.
b l. qui petitorio de rei vind l. 1. C. de alien. iud mutan. caus.
c l in rem de rei vindic.
d l. quidam de pecul. lega. l peculij § laico de aur. & arg. l-g
e Eleganter Ioannes Frã cis Ripa in primo resſõso incip: sent donauit Gabriel in respons. ad ff nouum sub tit. de donat. & gratijs prosequendis nu. 7.
f l si mater, § eand. m l. & an eadem de except. rei iud.
g l cũ. quæritur de except. rei iud.
h d. l & an eadem.

4 admittatur; † obstante nimirum ex prioris litis sententiâ, exceptione rei iudicatæ, quæ non tantum perimit resuscitantem litem[a], verum etiam litis ingressum in li-
5 mine prohibet[b]. † Et quamuis ius permittat ei, qui in rem egit, & obtinuit, postea conditione, hoc est, personali actione, ratione eiusdem rei agere, nihil obstante exceptione rei iudicatæ, ex sententiâ in vindicationis iudicio latâ[c]: id tamen non obtinet, cum eâdem ex causâ, vtraque actio proponitur, & calculus sententiæ cir-
6 ca eandem causam versatur[d]. † Et vt fundamenta huius nouæ actionis personalis eruantur, & in conspicuo ponantur, eoque facto demonstretur improbabilitas noui istius conatus; hoc in diligenti animaduersione ponendum est, D. Marchionem virtute pacti, quod D. Elizabetha traditioni rerum prius ab ea Domino Leonardo, & eo mortuo dicto D. Cornelio de Zeeuenberg donatarum adiecit, actionem suam instituisse, & dicta dominia vindicasse; existimans quod etiam plerique inter coryphæos iuris putant[e], vtilem rei vindicationem dari secundo donatario, cum in casu mortis primi donatarij, res in prima donatione restitui iussa est; ob id quod lex dicat[f] eandem actionem secundo donatario dari, quæ ipsi donatori competijsset; quam resolutâ donatione priore, quidam existimant[g] esse rei vindicationẽ; quasi res vltrò reuertatur: ad exemplum pacti in lege commissoria[h]. Quâ vindicatione seu formulâ propter infælicem exitum consultius nunc (vti sibi persuadet) desertâ, ex aliorum sententia (quæ etiam frequentior & comunior est[i]) ad conditionem seu personalem actionem, petendo rem non tanquam suam, sed tanquam sibi debitam, confugere laborat, sed nihilo solidiore fundamento. Nam vt abstineamus à repetitione illorum, quæ vim huiusmodi pacti seu legis postea in traditione adiectæ eneruant, tam ex capite nullitatis huiusmodi adiectionis, quàm reuocatione & pænitentia donatricis; in re tamen præsenti pro auertẽda lite, supplicanti nihil profutura, in diligenti consideratio-
7 ne habenda quoque esse putamus. † Verissimum quidem est iure singulari[k] in contractu donationis tertio actionem acquiri ex pacto donatoris, si ea lege alicui res donetur, vt post tempus, aut priore donatario mortuo, res tertio alicui restituatur[l]; sed ea actiõ non est proprie re ipsius vt illa restituatur, si per priorem donatarium alienata est, sed vt præstetur id quanti interest[m], vel donatoris si is superest & agere velit, vel tertio ad cuius fauorem hoc pactum adiectũ est[n]. Neque datur illi actio perso-

a ff de excep. rei iud.
b c. 1. de lit. contesta lib. 6.
c l vlt de except. rei iud.
d Castren. in d. l. vlt.
e Specul. in tit. de loca. §. nũc aliqua vers. sexagesimo quæritur. Decius in l. traditionibus C. de pactis & cõs. 239. Primo non videtur nu. 8.
f l quoties C. de donat. quæ sub modo.
g Specul Decius locis supra citatis Ripa in d. 1. responso.
h l 1 de leg. comiss. Bart. in l ab emptione, de pact.
i Guido Papa Decis. 512 Corneus Cõs. 173. vol. 2. Ripa in l. vlt. quæst. 37 C. de reuoc. dona. late Didacus Couarruuias Variarum Resolutionum lib. 2 cap. 14.
k Bal. cons. 238. ad euidentiam vol. 3.
l d. l. quoties. l. cum quis decedens §. pater emancipato de leg. 3.
m l. si quis ita promiserit § ea lege, in fin de verb. oblig.
n d § ea lege

personalis ad interesse contra tertium rei possessorem, in quem primus donatarius contra pactum rem donatam, & ex donatione suam propriam factam in alium transtulit: sed contra ipsum primum donatarium; hoc velut fideicommisso seu pacto grauatum tanquam debitorem [a]. Et, hoc est, quod eleganter tradit Alciatus [b], aduersus tertium singularem successorem, in quem primus donatarius contra fidem pactionis transtulit, nullam competere donatori, aut secundo donatatio actionem; non personalem seu condictitiam, quia illa rem, aut rei possessorem non sequitur [c]; non etiam in rem quia neque donator, neque secundus donatarius rei Domini sunt; ille quia donando, & ex donatione priori donatario tradendo dominium amisit [d], & in donatarium transtulit; hic quia nondum acquisiuit, quod ex nudo donationis titulo sine rei traditione aut rei apprehensione acquirere non potuit [e]. † Et quamuis 8
in hac traditione, quæ Domino Cornelio facta fuit, cum hoc pacto, vt eo sine liberis mortuo ad Dominum Antonium perueniret, sit inserta clausula reseruati vsusfructus, quæ vim constituti habet [f]: non potuit tamen in momento illius traditionis vis constituti ad secundum donatarium extendi; vt ille quoque rei possessionem inde acquisiuisse videatur. Nam sic contra iuris regulas [g], duobus insolidum eiusdem rei possessio acquisita fuisset. Et præterea conditionalis fuit titulus secundi donatarij, sic vt retrò agendo in tempus donationis, ipse donator inueniatur possessione excidisse, illâ in priorem donatarium translata [h]. Sequitur ergo vt contra solum promissorem, eumq; qui huiusmodi pacto se obstringi passus est aut eius heredem, agendum sit actione personali, id est, condictione ob causam [i], per quam vel res ipsa repetatur, si apud promissorem adhuc est; vel rei pretium postquam illam propter abalienationem suam, dare non potest [k], & si quid amplius extrinsecus sua interest [l]. Et vsque adeo hic cancellis concluditur huius condictionis natura & conditio, vt aduersus tertium rei possessorem non competat, ne eo quidem casu vbi propter inopiam promissoris seu prioris donatarij, & sine herede decedentis, inanis efficitur actio donatoris, seu secundi donatarij, contra promissorem seu primum Donatarium: Sic quod in subsidium non debeat dari actio aduersus tertium rei possessorem, ac singularem successorem, qui rem bona fide
9 etiam ex lucratiua causa accepit [a]. † Nam quamuis plerique existiment [b] rem ex onerosa causa vni prius debitam, alteri ex lucratiua causa prius traditam, per priorem creditorem, à posteriore donatario condici, & reuocari posse; quasi in fraudem facta sit alienatio: certum tamen est non obstante priore donatione, quam traditio consequuta non est, posteriorem donatarium, si ei res prius tradita est, potiorem esse; & solum antecedentem titulum, translationi Dominij impedimentum facere [c]. Sed hęc fraudis consideratio hîc impertinens est, cum fraudatorium edictum seu remedium per Dominũ Marchionẽ non proponatur, nec petatur rescissio alienationis per Dominum Cornelium factæ, quæ ante & intra sua tempora fieri debebat: A rescissorio enim iudicio incipiendum non est, sed à rescindente [d]. De quo nihil hîc dubitandum propter concursum dictarum causarum lucratiuarum; hoc est quod non tantum D. Comes, sed etiam Marchio lucratiuum titulum donationis, quamuis à diuersis obtineat: vt merito possidentis, hoc est, D. Comitis conditio debeat esse potior [e]; quia D. Comes propriè non locupletatur cum D. Marchionis iactura, cum ex eius bonis nihil diminuatur; sed ex lucratiuo titulo amplius acquirendi occasio tantùm præscindatur [f]. † Tunc enim pro-
10 priè iniquum est, cum aliena iactura aliquem locupletari, cùm vel res alterius, vel aliquid ex re alterius ad alium cum iniuria eius peruenit, quo locupletior efficitur [g]. Quando igitur tam multa hîc concurrunt quæ omnimodam improbabilitatem petitioni D. Marchionis injiciunt, nihilque solidi conspiciatur in donatione, ex qua Dominus Marchio de nouo litem suscitare nititur; existimamus consultius esse, vel deprecando, vel authoritatem rei semel in amplissimo Concilio iudicatæ tuendo auertendam esse hanc nouam litem.

a d. § pater emancipato in fine.
b in d § ea lege & ibi Duarenus.
c l 1. § si he res precepto ad S. C. Trebell l. fin. §. fin de contrah. emptio.
d § per traditionẽ instit. de rer diui∫.
e d. l. traditionibus.
f l. quisquis C. de donatio.
g l 3. §. ex contrario de acqui possess.
h Guido Pape. d Decis. 512. Tyraquell. de iur. constit part. 2. ampliat 30 nu 2. & 3. Didacus d. c. 14.
i d. §. ea lege C. de condict. ob caus. dat. d l. quoties.
k l. si cui. & ibi Alciat. ff. si cer pet.
l Ias. & alij in d. § ea lege.

a Alciat d. § ea lege nu. 4.
b Ias d. l. quoties nu. 37. & ibi Corasius in fi. qui allegant Baldum Sed mendose ad Rub. C. de his qui in prior. cred. loc. vbi hoc non Sed tradit hoc in Rub C. de reuoc. his que in fraud. cred. in prin.
c d. l. quoties in fine.
d Bar. in l ab hostibus §. sed quod simpliciter ex quib. caus. Ias. in §. rursus Inst. de actio.
e l. sine autẽ § si duobus de pub. in rem actio.
f argumento l. qui autem ff. Que in fraud. cred.
g l. si enim seruum l. si me & Titium si cer. pet l. Proculus in fin. de damno infecto.

SVMMARIVM.

Exceptio deficientis intereſſe.

1. *Exceptio tua non intereſt, lite pendente ſuperueniens impedit litis progreſſum.*
2. *Ius ſuperueniens interdum prodeſſe.*
3. *Exceptio de iure fiſci non prodeſt.*
4. *Confiſcatio ſine ſententia an effectum ſuum habeat.*
5. *Confiſcata bona ipſo iure non auferri delinquenti.*
6. *Maieſtatis Reo an adminiſtratio bonorum ipſo iure auferatur.*
7. *Exceptio de iure tertij quando prohibita.*
8. *Exceptio, dolo facis qui petis quod reſtituturus es, quando non obtineat.*
9. *Exceptio dolo facis, ſpoliatori non competit.*
10. *Spoliatus in iudicio reſpondere non cogitur ante reſtitutionem.*
11. *Ceſſionarius iure cedentis vtitur tam agendo quam excipiendo.*
12. *Alternatiua obligatio, quid debitori quid creditori tribuat.*
13. *Acceptilatio cum obligatione conſonare debet.*
14. *Maritus dotis eſt Dominus.*
15.22. *Vſufructuarius interdicto* vnde vi *agit.*
16. *Mariti delictum non nocet vxori in bonorum confiſcatione, nec è contra.*
17. *Alienare prohibitus delinquendo non amittit bona.*
18. *Vſuſfructus an & quomodo ex delicto finiatur.*
19. *Vſuſfructus aduentitiorum non perit patri per capitis diminutionem filij.*
20. *Vſuſfructus quomodo confiſcetur.*
21.23. *Reſtitutio aduerſus delictum omnia abolet & reſtituit.*

CONSILIVM LXXIII.

PRobabilitatem aliquam in aſpectu habere videtur exceptio quam Illuſtris Dominus Florentius Comes de Berlaymont in principali cauſa redintegrandæ poſſeſſionis Reus, & quoad hanc propoſitam exceptionem Supplicans, ad impediendum vlteriorem litis in dicto iudicio redintegrandæ ſeu interdicti *vnde vi* progreſſum obijcit Illuſtriſſimo Domino Carolo de Croy Principi de Chimay originali Actori, & quoad dictam exceptionem opponenti; ex eo capite quod quicquid iuris aut actionis Domina Maria de Brimeur dicti Domini Principis vxor, ſeu ex cuius capite idem Princeps in & ad caſtrum ſeu Dominium de Beauraine, de cuius poſſeſſione reſtituenda & redintegranda in principali cauſa agitur, habuerit aut prætendere potuerit, id omne amiſſum & extinctum ſit, per ſeceſſionem dictæ Domiæ Mariæ & perſeuerationem aduerſus Regiam Maieſtatem; † ideoque vt etiam optimo iure Dominus Actor iudicium interdicti ſeu redintegrationis inſtituiſſe dici poſſit, non tamen ei ſit permittendus vlterior in eo progreſſus, propter abruptionem & præſciſſionem huiuſmodi iuris & actionis ex cauſa pendente iudicio ſuperueniente, per quam videtur rectè dici poſſe, Principis iam amplius non intereſſe, 1

eiquè actionem aliquam non competere, ſine quo intereſſe, nemo in iudicio audiri debet[a], nec ſine actione ad agendum vel admitti vel tolerari[b]. Ex qua ratione vtraque hæc exceptio deficientis tam intereſſe, quam actionis, non tantum valet ad perimendum Actoris intentionem, vt ſic etiam poſt litem conteſtatam, quandocunque ante ſententiam opponi poſſit vel debeat[c]; ſed etiam ad impediendum litis ingreſſum, cum auerſione Actoris in & à limine iudicij[d], eadem quoque valere debet, ad rectè etiam intentatæ litis vlteriorem progreſſum vel præſcindendum vel impediẽdum. Vnde qua ratione exceptio tranſactionis ante litem inſtitutam initæ, repellit tranſigentem ne litem intentet[e], eâdem quoque exceptio tranſactionis initę poſt litem inſtitutam, eaque adhuc pendente linum & telam iudicij abrumpit, il-
2 liuſque progreſſum impedit[f]. † Siue igitur ante litem inſtitutã Actoris non intereſt, aut is nullam actionem habet, ſiue eâ ritè ab initio inſtituta & pendente, eius intereſſe ex quacumque cauſa ſuperueniente deſierit, rectè ei obijci poteſt hæc exceptio, *tua non intereſt*: quaſi perinde ſit ab initio non intereſſe, & deſinere intereſſe; & vt illo caſu ab initio nulla potuit competere actio, ita & hoc quo ſemel vtiliter competijt, deſinit competere[g]. Ex qua ratione eſt quod quamuis hæres nomine rei tertio

a Gloſſ. 1. in c. ex parte ad verſ. vel dicas quod ideo de e ſtib Angel. in l. ille à quo § ſi de teſtamento, & in l ſi patroni § qui fideicommiſſariam ff. ad Trebell. l. non ſolet de appell recip.

b l. ſi pupilli § fin. de nego geſt. l Si quid poſſeſſor. & illud in fin de pet. hered l. quoties § . ite temporalis de admi. tuto.

c l. peremptorias C. ſenten. reſcin. non poſſ.

d Ang. in d. §. ſi de teſtamẽto & in d. § . qui fideicommiſſariam Innoc. & alij in c. ſuper his de accuſa. Bar. & alij in l. poſthumus § ſi quis ex his de inoff teſta. Aretinus in §. æque ſub fin. i ſt. de actio Steph. Bertr. conſ. 223 etiam ſi donatio vol 3 parte 2.

e c. 1. de litis conteſt. lib. 6. l. cauſas C. de tranſact.

f l. eleganter § ſi quis poſt de condict. indeb.

g l procuratorẽ § . mandati actio ff. mandati Tyraquell. de retract § . 1. gloſ. 2. nu. 31

tertio alicui per testatorem sub conditione legatæ, ante euentum conditionis rectè agat furti; non rectè tamen persequatur rem, si pendente iudicio conditio legato ascripta euenit; quia ex illius euentu desinit hæredis interesse[a]. Similique ratione fit, vt quæ propter Dominium Domino datur aduersus furem condictìcia actio furti incipiat vtilis esse, si pendente iudicio ex facto voluntario Domini Rei, Dominium ab eo discesserit; quia forte illam alienauit[b]. Quam exceptionem deficientis siue interesse, siue actionis in proposito ad maiorem probabilitatem amplificare & intendere videtur coniuncta, & illi implicite cohærens exceptio, dolo facis qui petis quòd restituturus es, non tertio alicui, sed eidem aduersus quem agitur[c]. Sed re introspectâ penitius, captiosa deprehenditur hæc in superficie apparens probabilitas, quæ in flammam non erumpit, sed in fumum abit, nullasque vires habere potest; siue causa deficientis, vti prætenditur, interesse cōstituatur ex cōsideratione Regiæ Catholicæ Maiestatis propter prætactam confiscationem bonorum præfatæ Dominæ Mariæ; siue ea ponatur in iure quod præfatus Dominus Comes constituit in apocha seu liberatione & quitantia obtenta à Serenissimo Duce Parmensi †. Nam 3
quod attinet ad ius dictæ confiscationis seu amissionem bonorum per crimen rebellionis, aut hæresis dictæ vxoris, etiamsi rectè dici posset ipso iure illam bonis suis sic excidisse, eaque ex horâ commissi criminis in fiscum translata esse, nullâ etiam præcedente declaratoria sententiâ (de quo paulo post dicetur) nihil tamen potest id Domino Comiti prodesse: nam excipienti de non interesse Domini Principis, rectè replicatur, quod nec Comitis intersit huiuscemodi exceptionem deficientis interesse obijcere, vt quâ ratione agentem exceptio, eadem excipientem replicatio remouere debeat[d]. Nec interesse Domini Comitis manifestum est ex eo quod hæc confiscatio bonorum, ius & emolumentum Regiæ Maiestatis seu eius fisci concernat, illique soli & non alicui tertio competat; ideoq; per tertium, hoc est, in proposito per Dominum Comitem ad priuatum suum commodum, allegari aut de eo excipi non possit, sed duntaxat per ipsum fiscum[e]; quo tacente bona manent apud delinquentem: & sic ius fisci non est absolutè & præcisè vel exclusiuum vel ablatiuum iuris agentis ipso iure; ita vt exceptio de iure fisci per tertium obiecta, ex sententia Baldi[f], sit de re impossibili propter defectum mādati à fisco dādi & propter incōpetentiam iudicij: quia scilicet non proponitur coram

a l. qui vxori § fin. ff de furt.

b l. fine manifestus § fi. ff de condict. furt.

c l. dolo de except. dol. mal. l si soc. r. §. lucius soluto matr. Angel. in d § qui fi. dei commissariam nu. 4.

d Angel. in d § si de testamento & in d. §. qui fideicommissariam.

e Text. & glos. Notabil. in l. his consequēter, §. 1 ff fam. hercis. Bar. in l. 2 vers quādoq; ius tertij & ibi Socinus in 2. conclus. de excep. rei iud Francisc. Curt. Senior. cons. 120. Sep. numero nu. 33. & 34.

f cons 480. Testator instituit nu. 4. vol. 1.

iudice fisci in statione sub qua bona sita sunt[a]; & denique propter absentiam patroni fisci, sine cuius præsentia de re fiscali agi non potest[b]. † Quod minorem habet du-
4 bitationem vbi ius fisci, vt ad exercitium & effectum cum priuatione delinquentis perducatur, requirit sententiam si non cōdemnatoriam ex delicto, saltem delicti & confiscationis ex illo declaratoriam, & vbi priuatio ipsa stat in voluntate illius ad cuius commodum tendit[c]; vt est in casu subiecto. Quamuis enim ex crimine perduellionis alijsque capitibus criminis læsæ Maiestatis, delinquentis omnia bona fisco sunt addicta[d]: id tamen ad iuris potestatem duntaxat, non etiam plenum absolutumque effectum referendum est; vt possint quidem inde auferri bona, non tamen censeantur ipso iure ablata, & in Principem
5 translata. † Quod quidem in crimine læsæ Maiestatis diuinę, iure aperto definitum[e], ex communi omnium Interpretum sententia, etiam ad læsæ Maiestatis humanæ delictum transferendum est: & ita quidem vt hæc sententia declaratoria ad absolutam priuationem bonorum illorumque effectualem translationem ad fiscum omnino requiratur[f], etiam in eo qui notorie rebellis seu perduellis est[g]. Patitur quidem lex ex huiusmodi enormi crimine bona criminosi per fiscum vindicare & illi eripi[h]: sed ipso iure vindicata aut erepta esse nullo iure constitutum est. Neque ex eo quod ex die commissi huiuscemodi criminis, delinquenti aufertur omnis administrationis bonorum potestas, vt nec alienare, nec mutare, nec ei solui possit[i]; sequitur quoque ipso iure desijsse eum Dominum, & multo minus possessorem esse: cum Dominio necessario cohærere non debeat potestas administrandi seu alienandi, & multi sint in iure casus, quibus qui Rei Dominus est nec administandi nec alienandi potestatē
6 habet[k]. † Et, hoc est, quod acutè scribit Baldus[l], quod quando ex partialitate terrarum hoc est, ex huiuscemodi subditorum aduersus Principem secessione & rebellione, fit bonorum confiscatio, illorum alienatorum à Domino, euictio dependeat à fortuna; eoque casu ob id consultius sit rem à Domino delinquente, quam à fisco acquiri propter incertitudinem exitus; cū fieri possit, vt vel per pacem publicam, & generalem, plenissimamque indulgentiam restitutio sequatur, vel Princeps crimen dissimulet, aut illius executionem non faciat[m]. Id quod aduersus mulierem præsertim Nobilem & Illustrem (vt est in proposito casu) in contrarias partes secedentem seu discedētem, aut sequiorem religionem sequentem, admodum in procliui est; propter

a l. 1. & seq. C vbi caus. fisc.

b l nō intelligitur §. Diuus. l si fiscus de iure fisci, l fin. & ibi Bal C de ad uoc fisc.

c Bald. in d. l. & lex consequenter §. 1. Andr. Barba cons. 32. viso celebri nu. 13 vol. 4. Sosy. nepos. cons. 130. videtur nu. 11. vol. 3

d l. quisquis in fin. prin. C ad leg. Iul. ma.

e c. cum secundum in fin & ibi doc. de heret. lib. 6.

f Bart. in l. post contractum nu. 16. de dona. sely. in c. Rodolphus nu. 31. de rescript. Bertran. cons. 77 viso processu. nu. 1. vol. 1.

g Thomas grammatic. decis 15 n. 7.

h l. ex iudiciorum de pub iud. d. l. fina.

i Bart. in l. imperator. in fin. de iure fisci. Andre de Isernia in c. 1. de feud. sine culp. non amitt. in fin. & in l. si debitor ff de his qui in fraud. cred.

k Institut. quib. alien. licet in prin.

l cons. 43 s. promittens in fin. vol. 2.

m Isernia in d. c. 1. de feud sin. culp non amitt.

propter sexus fragilitatem iudicijq; imbecillitatem, audaciæ minorem occasionem, & ad nocendum impotentiam [a]: ex quibus causis vel omnino nõ, vel longè minus quã viri interdum puniuntur mulieres [b]. † Pro- 7
pter hanc itaq; incertitudinẽ, & quoad cõsumatum effectum confiscationis incidẽtis imperfectiones, etiam respectu ipsius fisci, interesse tam cõsiderabile non est, & omniũ minime respectu tertij; potissimũ quod hoc ius fisci non sit omninò ipso iure exclusiuũ iuris præfati D. Principis, ex causis de quibus paulo post dicetur. Quo casu minor sẽper est occasio excipiendi de iure tertij [c]; vt adhuc minor est tunc cum Actor agit non ex iustitiâ tituli, quẽ in re habet, sed ratione possessionis rei, seu pro iuribus possessionis, vt est in precedẽti lite, in quâ D. Princeps tanquã possessor dominij de Beaurain ex capite tam suo, quam suæ vxoris agit aduersus D. Comitem ad redintegrandam eandem possessionem. Eo enim casu vt elegãter respõdit Petrus Anchoranus [d], Actor non excluditur per huiusmodi exceptionẽ ante sententiam priuationis declaratoriã [e]; præsertim si tertius ille fiscus siue alius ius suum vel cõtemnat vel non agnoscat: cum non censeatur fisci esse, quod vel ille non vult, vel non agnoscit [f]. Sicut in re propositâ fiscus hoc dominium de Beaurain, de cuius possessione controuersia est, nec vindicat nec agnoscit, sed apud D. Comitem relinquit, nec ex capite præfatæ vxoris Domini Principis aliquid iuris in eo prætendit. Manifestum itaque est hanc de iure fisci seu confiscationis exceptionem Domino Comiti in nullo patrocinari. † Vt 8
nec & multo minus patrocinari potest, altera exceptio, quod dolo facere videatur Dominus Princeps dum petit restitutionẽ possessionis dominij de Beaurain, quam ille adeptus, fisco restituere deberet [g]. Nam ex eodem fonte rationis ea iuris regula non obtinet tunc, cum non excipienti, hunc dolum allegãti, sed tertio cuicumque facienda est rei restitutio: eo enim casu inutilis est excipienti hæc exceptio, ex quâ nulla ad eum potest peruenire vtilitas: ideoque absurdè dicitur dolo facere eum qui non ipsi quem conuenit, sed alteri restituturus petit [h]; excipientis enim non interest alteri restitui. Atque ita in proposito, quæ fisco per Dominum Principem in possessionem huius Dominij de Beaurain restituto ex causa confiscationis, forte facienda esset restitutio, nec Domini Principis dolum arguit, nec Domino Comiti prodesse potest: potissimum quod restitutione fisco factâ, per fiscum eidem Domino Comiti vlterior aliqua restitutio fieri non deberet [i]. Cur enim fieri deberet nihil proponitur præter

a d l. quisquis §. ad filios l. deferre De iure fisci. l. 1. C quand. mul. tut. off. l. 1. §. verba ad SC. Velleia.
b l. sacrilegij pœnam in prin. ad leg. Iul. peculat. c. sicut dignũ de homicid. d. §. ad filios.
c Bar. in d. l. 2. de excep. rei iud.
d cons. 197. Subtiliter nu. 2. in fin.
e d. c. cum secundum deberet. lib. 6.
f l. 1. §. an bona de iure fisci.
g d. l. dolo ff. de except. dol. l. in condemnatione § fi. de reg. iur.
h l. si soc. r. § Lucius in fi. ff Solu. matri. & ibi Bar.
i l. si donatarius à contrahensu. de cond. causa dat. Zasius in d. l. d. l. nu. 10.

liberationem ab arriragijs conuentionalis dohari j duorum millium florenorum annuorum, quæ nec proprietatem nec possessionem dominij de Beaurain, contingit. Et quidem tantò minus huic exceptioni hîc locus esse potest, ob id quod ius quod ex capite fisci objicitur vel prætenditur, per se omnino liquidum non sit; ideoque in casu vel statu absolutæ & indubitatę restitutionis, versari dici non potest, & sic petentis dolum incommutabiliter non arguit [a].
9 † Sed etsi vel ex proprio capite immediatè, vel mediatè ex persona seu per personam fisci, Domino Comiti per D. Principem ex aliqua causa facienda esset restitutio huius dominij de Beaurain; nihilomagis fundata censeri deberet hæc exceptio *dolo facis*: ob id quod D. Comes in hac causa cõueniatur interdicto, *vnde vi* ad redintegrandam D. Principi possessionẽ, vnde illum vi deiecit & spoliauit. Iam vero etiamsi in interdicto vel adipiscendæ, vel retinendę possessionis agẽti rectè objci possit hęc exceptio, quod dolo faciat petendo id quod obtentum restituere deberet [b], ex eo quod in eo genere interdictorũ exceptio vel refricatio dominij facilius procliuiusq; admittatur [c]: in iudicio tamen seu interdicto spolij seu redintegrandę possessionis nõ admittitur dominij seu proprietatis exceptio [d]; ac proinde nõ potest qui ex hoc interdicto agit, repelli hac exceptione doli; idq; ob odium spolij, & spoliantis huiusmodi exceptionem obij-
10 cietis [e]. † Cum enim spoliatus non cogatur in iudicio suo spoliatori ante plenariã rei per vim ablatæ aut inuasæ restitutionẽ respõdere [f], non debet quoq; hanc doli exceptionẽ per spoliatorẽ obiectam admittere, ne is ex sua improbitate lucrum aut cõmodum aliquod consequatur [g]. Ex his manifestum est exceptionem deficientis interesse ex capite & iure fisci in proposito considerabilem, nec vllo modo efficacem esse ad abrumpendum aut præscindendum telam processumque huius iudicij redinte-
11 grandæ possessionis. † Nihilo meliore loco est cõsideratio obiectæ huius exceptionis ex capite & iure ipsius Domini Comitis, quam prætexit ex apochâ seu liberatione per Ducem Parmẽsem vice Regiæ Maiestatis ei factâ & cõcessâ, de cessis & cedẽdis terminis seu pensionibus reditus annui duorum millium florenorum. Etsi enim ea liberatio quodammodo pro cessione iuris fiscalis sit, nihilque vetet quin quæ fisco competunt, vt cuicunque etiam priuato vendi, ita quoque cedi, & per cessionem acquiri possint [h]; acquisitionis autem speciem contineat debitorem ab obligatione liberare [i]; sic quod vt generaliter quisquis cessionarius vti potest iure cedentis

a l. 1. §. redigũtur ff quorum lega. glos. in d. l. dolo in verb. reddituros & ibi Zasius nu. 11.
b glos. in d. l. dolo Cynus in c. dolo de reg. iur. lib 6.
c Bart in l. fin. C. quo bono & in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poss.
d c. 1. c in literis de restit. spolia l si coloni C. de agricol. & cens. lib. 11. l. 1. §. denique ff. quod vi aut clam.
e Cynus in d. l. dolo Bellamera Decis 36.
f c. 2. c fin. de ord. cognit.
g l. itaque in fin. prin. l. eũ qui § is autẽ ff. de furt.
h l. 1. & sequ. C. de fid. instru. & iure hast. fis. lib. 10. l. cum qui de iure fisci.
i l si species ff. de acceptilatio.

agendo [a], ita quoq; excipiendo [b], & facilius
excipiendo quam agendo, vt exceptionis
quã actionis occasio vbiq; procliuior est [c]:
rei tamen propositæ nulla ratione quadrat
nec adaptari potest hęc exceptio; quę vt iu-
ri D. Principis ex capite suæ vxoris nihil
detrahit, ita nihil D. Comiti huiusmodi
liberationem impetrãti adijcit. Neq; enim
in hac causa est quæstio de hoc reditu di-
ctorum duorum millium florenorũ, vt nec
illum aut illius possessionis redintegratio-
nem Actor ex iure conuentionis doharij
petit, sed præcise redintegrationem posses-
sionis dominij & bonorũ de Beaurain: cui
non rectè ob id obijcitur remissio seu libe-
ratio dicti reditus de quo nulla est quęstio.
Quamuis enim hoc verum sit ab initio in
obligatione fuisse hoc doharium conuen-
tionale duorum millium florenorum an-
nuorum, propter expressam conuentionem
in contractu antenuptiali inter D. Lance-
lotum de Berlaymont & præfatam Domi-
nam Mariam inito; purè tamen & absolutè
per se solum non fuit in obligatione, sed al-
ternatiue coniunctim cum dohario con-
suetudinario seu municipali, quod con-
sistit in vsufructu omnium bonorũ immo-
bilium per defunctum cõiugem relictorũ:
ob id quod in eodem prædicto contractu
antenuptiali expresse & formaliter quoque
cõuenerit de electione dictæ Dominę Ma-
riæ formaliter reseruata & concessa. † In 12
alternatiuis autem obligationibus, tunc
potissimum cum electio est creditoris, siue
quia ita constitutum est vel conuenit [d]; siue
quia verba obligationis ad fauorem cau-
tionemq; creditoris relata sunt [e], & si vtra-
que res sit in obligatione ab initio, & vtrã
malit creditor cum ei hæc eligẽdi facultas
cõpetit, petere possit: vnius tamen electio-
ne factâ, vt etiam solutione, tollitur & peri-
mitur obligatio alterius; quasi res electa ab
initio sola fuerit in obligatione [f]; aliter quã
cum electio debitoris est; quo casu propter
modum obligationi adiectum creditor al-
teram præcise petere nõ potest sed vtramq;
sub alternatione [g]; ita tamen vt altera so-
lutâ vel oblatâ, tota obligatio perimatur &
ipso iure debitor liberetur [h]. Cum ergo in
proposito casu ex sequente pręfati D. Prin-
cipis seu eius vxoris electione de dohario
consuetudinario; hoc est de vsufructu do-
minij & bonorum de Beaurain in effectu
repudiata, ipsoque iure statim perempta &
extincta fuerit obligatio, ad doharium cõ-
uentionale reditus duorum millium flo-
renorum [i], inutilis prorsus & nullius mo-
menti censeri debet acceptilatio seu libe-
ratio de pensionibus seu arriragijs illius re-
ditus, qui nec debetur, nec effectualiter vn-
quam reditus censeri potest. Quomodo e-

a l. 2. C. de oblig. & actio l si C. quando fisc. vel priuat. l penult. & vlt. de here. & act. vend
b l qui in ius alterius de reg. iur.
c l inuitus § Cui damus de reg iur.
d l. plerumq; §. fin. de iure dot. l. si quis stipulantus sit stichum de verb. sig.
e Bart. in l. quamuis de pig actio.
f d. l si quis stipulatus sit stichum Bart in d l quamuis
g l obligationum fere § modus de oblig & actio. l. miles § 1. de re iud.
h d. §. modus l qui homine de solutio l. stipulatus sum. de verb. oblig.
i Boerius ad cõsuetud Bituricen. tit. des coustumes concer. gens mariez § 4 vers ite hab t vxor Papa ad consuet borbo nias §. 260

nim tolli potest quod contractum non est [a]?
quippe priuatio præcedẽtem habitum præ-
13 supponit & requirit [b]. † Vnde est quod ad
hoc vt liberatio aut acceptilatio perfecta
& efficax sit, omnino requiratur vt accepti-
latio seu liberatio cum obligatione cõsen-
sentiat; sic vt nisi verum sit, quod accepti-
latione demonstratur, imperfecta & inuti-
lis sit liberatio [c], velut ex defectu materiæ,
cui ipsa liberatio applicetur. Sic quod in
hac liberatione, quia non concurrit cum
voluntate potestas, nec cum potestate vo-
luntas, res non possit inuenire exitum.
Nam etsi satis ex codicillis seu instrumen-
to dictæ liberationis constet Ducem Par-
mensem ex authoritate Regia voluisse Do-
mino Comiti donare hanc liberationem,
seu donationis & remunerationis causâ
eum liberare tam à præteritis, quã futuris
pensionibus huius reditus annui duorum
millium florenorum: ex defectu tamen ma-
teriæ non potuit; quia scilicet idem Do-
minus Comes nullo iure obligatus erat ad
illius reditus annuam præstationem, extin-
cta illius obligatione per electionem do-
harij cõsuetudinarij ipso iure perimentem
conuentionale, vt diximus. Et præsupposito
quod in potestate Regiæ Maiestatis fuerit
cõfiscatum hunc vsumfructum dominij de
Beaurain, imo etiam illius proprietatem,
quam Domina Maria ex Senatusconsulto
Tertulliano prætendit, per mortem filioli
sui ex præfato D. Lãceloto, dicto Domino
Comiti donare; illius tamen nulla conspi-
citur vel demonstratur voluntas: ita vt in
hac re propter deficientem concursum po-
testatis & voluntatis, à quo dependet va-
liditas cuiuslibet actus hominis, nullus
possit consequi iuris ex hac liberatione ef-
fectus [d], quem Dominus Comes non sa-
tis commodè in hac lite prætendit ad ex-
clusionem Actoris ab vlteriore prosequu-
tione huius iudicij redintegrandæ; non
quasi possessionis, quoad reditum duorum
millium florenorum [e], sed verè naturalis
& ciuilis possessionis dominij & bonorum
de Beaurain; de qua per speciem spoly per
dictum Dominum Comitem, seu (quod
in idem recidit) per suos & eius nomine
14 illati, & per ipsum ratificati [f]. † Sed etsi
ius fisci ex cessione aut alia ratione Do-
minus Comes iuste prætendere posset ad
dominium & bona de Beaurain per su-
peruenientem & hac lite redintegratio-
tionis pendente sequutam secessionem vel
rebellionem præfatæ Dominæ Mariæ: ni-
hilomagis abrumpendus esset litis pro-
gressus, ex consideratione deficientis
interesse, propter vtile huius litis initium,
& causam illius adhuc post prætensam
hanc cõfiscationem perdurantem; non tam
ex

a l. an inutilis §. acceptũ de acceptila.
b l. decem de verb. oblig. l. vlt. C. de acceptila.
c Textus expressus in l. nisi consentiat de acceptila.
d l. multum interest C. si quis alt. vel sib. c. super de off & pot. iud deleg.
e Doct. in c. querelam de electio.
f c. cum ad sedem c. cum sępe de restit. spol. l. 1. § & si quis ff. de vi & vi armat.

ex capite præfatæ Dominæ Mariæ, quàm Domini Principis eius mariti, etiamsi duntaxat respectus habeatur ad ius vsusfructus, quod ex consuetudinario dohario superstiti vxori competijt, non etiam ad ius proprietatis ex successione in hæreditatem sui filij. Cum enim præfata Domina Maria contrahendo secundas nuptias cum dicto Principe ex notorijs & generalibus harum regionum moribus & consuetudinibus, in subsidium matrimonij, & ex ijsdē moribus & consuetudinibus latius quam in iure cōmuni contulisse cēseatur quicquid in bonis habebat, eaque omnia cesserint in administrationem mariti, qui ob id constante matrimonio omnia iura bonorum & actionū vxoris tā actiuè, quàm passiuè exercet[a], & plusquam vsufructuarius esse censetur, imò verus possessor; sic vt vxor postquam trāsijt in matrimonium per maritum, & cum marito possidere, & illius possessio per maritū conseruari censeatur[b]; ideoque vt ipse maritus, non vxor, rem dotalem vindicat[c]; ita quoque de vi ablata vel inuasa seu derepta eius possessione actionem habet[d]; consequens est actionem hanc seu interdictum redintegrandæ possessionis semel ex iure vxoris in mariti persona radicatū, ex hac sequente bonorum vxoris confiscatione tanquam causa superuenientis defectus interesse, minime deficere vel abrumpi. Neque enim hoc iudicium seu interdictum requirit perdurantem causam semel acquisitæ possessionis, sed sufficit tempore spolij seu deiectionis deiectū in naturali saltē actualiq; possessione rei fuisse etiam quādo possessionis causa temperanea est, & tempore vel alia ratione finiri potest[e]. † Vnde est quod cum generaliter omni fructuario, quia naturaliter possidet[f], si ab vsufructu deijciatur, aut vti frui prohibeatur, ei postquam semel vti frui cepit per interdictum, *vnde vi* seu remedium redintegrandæ possessionis subueniatur[g], si pendente hoc iudicio vsusfructus per non vsum tempore sit finitus, aut vsufructuarius capite minuatur, vel etiā naturaliter moriatur, nō extinguitur nec perimitur inchoatū iudicium, sed ipsi vsufructuario prorogatur, si adhuc superest; vel ad eius hæredem seu successorem, si pendente iudicio moriatur, trāsmittitur; si nō ad hoc vt præcisè & omnino nouus formalis vsusfructus cōstituatur, saltem vt prioris semel ritè constituti & sic amissi effectus restituatur; hoc est, vt præterita causa & damnum præteritum resarciatur[h] per restitutionem fructuum, non tantum quos deijciens seu spoliator post deiectionē percepit, sed etiā qui percipi poterant[i], etiāsi huiusmodi restitutæ possessionis causa videatur esse momentanea[a]. Momentum enim seu breuitas temporis quoad effectū restitutæ possessionis in hoc genere interdicti recuperandæ possessionis, in consideratione haberi non debet[b]; sed potius interesse, & damnū deiecti[c]. Cuius damni & interesse consideratio respectu D. Principis non cessat ex sequente fine seu amissione eiusdem vsusfructus per delictum vxoris[d]: ita quod exceptio, *tua non interest*, ex veritate hîc obijci nequeat, cum semper verum maneat vtcuq; res cadat, quod Domini Principis verè interfuerit & intersit possessione deiectū non esse, saltem respectu facultatis percipiendi fruct[e], ex his bonis dicti dominij de Beaurain vsq; ad diem prætensæ confiscationis. Ita quod hęc exceptio ex causa assertæ confiscationis petitoriam causam, de quâ hîc non agitur, & quæ magis contingit personam dictæ vxoris, respiciat non possessoriam, ex qua sola hic agitur, & quæ per se sola sine titulo & iure proprietatis ipsius vsusfructus stare potest[e]. Quæ consideratio in hoc altercationis articulo in diligēti animaduersione haberi debet: indè enim manifestè deprehenditur, præfatum Dominū Comitem huius causæ Reum nō rectè contendere ad impediendum vlteriorem litis progressum, quicquid etiam statuatur seu statui possit de prædicta cōfiscatione seu iure fisci ex persona præfatæ vxoris; cum in illam confiscationem venire nequeat actio quæ dicto Domino Principi ex suo iure maritali cōpetijt[f], ideoq; reiecta hac exceptione impeditiua progressus vlterioris litis in rectè inchoato redintegrandę possessionis iudicio, vlterius progrediendū esse decerni debeat, ad eum saltem effectū vt damna seu interesse, per huiusmodi spoliū illata ex restituta possessione D. Principis sibi resarcire possit[g]. Vndè non admodum necessarium est scrupulosius discutere an & quatenus præfato Domino Principi nocere possit hoc sequens vxoris suæ delictum, & inde consurgens occasio & potestas in fiscum redigendi illius bona, & inter illa hunc consuetudinarium per eam electum dicti dominij De Beaurain vsumfructum, atque etiam ex successione in bona filij eiusdem proprietatem; cum etiam præsupposita huiusmodi confiscationis iustitia ius mariti integrū & saluum maneat, si non pro futuro, saltem pro præterito tempore; quo nondum commisso huiusmodi delicto optimo iure dicti cōiuges huiusmodi bona de Beaurain saltē iure vsusfructus cōsuetudinarij possidebāt, & per prǽfatū D. Comitē sub prętextu iuris proprietatis de huiusmodi possessione deijci non debebant. † Vt tamen ex omni parte plenius perspicaciusq; demonstretur

15 (margin, beside "Vnde est quod")

16 (margin, beside "deijci non debebant")

 iustitia,

Marginal notes (left column):
a l. doce ancillam C de rei vind.
b Carol. Molynæus ad cōsuet. Paris §. 25. in prin. Zasius in l. Pomponius §. in dotem de acq. poss.
c d. l. doce ancillam.
d l. de his C. de iure dot.
e l. 1. § deijcitur de vi & vi armata.
f l. naturaliter & ibi glos. & Bar. de acq. poss.
g l. idem est § vnde vi & vti frui. & § penult. l. si plures §. directū ff de vi & vi arma. Barrius decis. 23.
h d. l. idem est § penult. d. § directum.
i glos. in d. §. penult. in verb. præteritum.

Marginal notes (right column):
a d. glos. in verb. præteritum.
b l. momentanea C. vnde vi.
c l. in interdicto ff de vi & vi arma.
d l. vbi exigitur §. 1. de edend.
e l. naturaliter § nihil commune de acq. poss.
f l. ob maritorum C. ne vxor pro marit. l. quinqua legibus, cum l. seq. C. de bonis dāna.
g d. l. idem est § penult.

iustitia quæ pro Domino Principe stat, nec per considerationem confiscationis obfuscatur, hoc obiter addimus, quod etsi periculum confiscationis ex hoc præfatæ vxoris delicto, eandem vxorem proculdubio perstringat [a]; marito tamen in iure suo, quod ei in bonis vxoris ex iure connubij, siue ex pacto, siue ex lege municipali, quoquo modo competit, nocere non debet [b]; vt ex aduerso vxori præiudicium nullum facit maritus quocunque suo delicto; non tantum ne dos marito data ei pereat [c], sed ne etiam ei eripiatur lucrum quod vel ex conuentione, vel ex consuetudinario iure ei in bonis mariti debetur, quoquo modo auferatur [d]; siue id sit quoad vsumfructum; siue quoad proprietatem [e]; ex naturali ratione, ne ex facto alterius alteri noceatur [f], vel ius suum auferatur [g]. † Cū 17
ergo consuetudinarius vsufructus Domini de Beaurain (vt diximus) tempore contracti matrimonij fuerit in bonis dictæ vxoris, ac iure dotis seu connubij in momento contracti consummatiq; matrimonij transierit in ius mariti, non tantum quoad nudam, sed pleniorē etiam administrationē cum emolumento omnium fructuum [h]; non potuit eadem vxor quoquo modo delinquēdo hoc efficere, vt huiusmodi administrationi quæ tam latè marito competit, quicquam pereat vel detraharur. Cum enim ex moribus & consuetudine mulier maritata sine consensu & authoritate mariti, nec ius contractus, nec facultatem alienandi etiam ex bonis suis proprijs habeat [i]: nullâ ratione permittendum est, vt delinquendo quicquam in præiudicium mariti & ius confiscationis deducendo alienare possit; quia delictum euidentem speciem alienationis continet, & prohibitione alienationis tam per legem aut Iudicem, quàm per testamentum seu cōtractum facta continetur [k]. Nam vt qui vsucapi patitur censetur alienare [l], ita & multò magis qui delinquendo confiscationi locum facit: delinquendo enim facit vt desinat habere, quod habet [m]; potissimum cum quæritur aut agitur, non de fauore delinquentis, sed tertij [n]; aut saltem de eo quod coniunctim continet commodum delinquētis & tertij; vt est in hoc iure connubij quod marito acquisitum fuit ante perpetratum delictum, & præsens emolumentum habet propter perceptionem fructuum [o]. † Et quamuis 18
morte naturali vxoris marito pereat hic vxori competens in bonis sui prioris mariti consuetudinarius vsusfructus, ob id quod idem vsusfructus, seu potius illius vtilitas restrictus sit & limitatus ad eius naturalem vitam [p]: non tamen perinde finitur seu amittitur per vxoris capitis diminutionem

a l. Sancimus C. de poenis.
b d. l. quinq; legibus cum l. seq.
c d. l. ob maritorum.
d l. quisquis §. vxor. C. ad leg. iul. ma. l. res vxoris C de dona inter vir. & vxor.
e Chassaneus ad consuetu. Burgundiæ Rub. 2. des cōfiscations §. 2 in verb. par traicté de mariage.
f Ioannes Lopes ad Rub. de dona inter vir & vxor. § 66.
g l. de pupillo § si plurium ff. de noui oper nūciatio l. non debet, de reg. iur.
h d. l. d. ce ancillam.
i gloss. ad cōsuet. Burgu. Rub. 4. des droicts & appert. à gens mariez §. 1.
k l. imperator de fidei commiss. libert. late Alex cōs. 23 oportune considerratis vol. 1.
l l. alienationis ff de verb. signif.
m l. 3 in fin. ff. de his quæ in fraud cred.
n Alciat. in l. filiusfa §. diui nu. 5 de leg. 1 Boerius decis. 168.
o d. l. quinq; legibus cum l. seq. Alex d. cons. 23. nu. 6. Chassaneus d. Rub. 2. des confiscations §. 3. nu 2.
p §. finitur inst. de vsu fruct.

ex quocunq; etiā crimine. Etsi enim ex iure communi vsufructuario passo maximā capitis diminutionē, vsufructus omnino extinguatur, & ad suam proprietatē reuertatur [a], tunc cū nullius alterius ex iure prius quæsito interest; cū tamen interest non perinde tam expeditè ad proprietatem reuertitur, sed apud eū cuius interest, illius cōmoditas remanet tam diu, quam durat na-
19 turalis vita ipsius vsufructuarij † Vt expresso iure constitutum est in vsufructu per filiumfamilias ex testamēto, vel ex cōtractu acquisito; cuius vtilitas & commoditas ex iure patriæ potestatis in patrem transit, nec tamen etiam per maximā capitis diminutionem filij, quādiu naturaliter adhuc viuit, patri eripitur, sed apud eum manet [b].
20 † Quę etiam ratio est cur cum alterius non interest, pręterquā fisci, etiā ipse vsufructus stante vita naturali delinquētis, quoad cōmoditatem confiscetur, & apud fiscum manet, per tempus vitæ delinquentis; vt ex aperto responso Vlpiani [c], tradit Bartolus [d], & cōmuniter Doctores eū sequentes [e]; quo casu cum alterius tertij interest, fiscus illi respondere debet; & aduersus eundem fiscum quoad dotem; quibus casibus dos ex delicto vxoris confiscatur, maritus suas actiones saluas habet [f]. Quod ipsum satis agnouisse videtur prædictus D. Comes per impetrationem supratactæ liberationis seu acceptilationis pensionum seu arragiorum dicti doharij conuentionalis bis mille florenorum annuorum, quasi in fiscum Regiæ Maiestatis ex causa delicti delati; qua impetratione non indigebat, si hac morte ciuili hic vsusfructus, qui in dohario consistit omnino extingueretur, & ad proprietatem ipso iure plenissime reuerteretur, durante adhuc vita vsufructuarię. Frustra enim precibus postulatur quod iure permissum est [g]. Nihil enim aliud est ex vsu & moribus hodiernis doharium siue conuentionale, siue consuetudinarium, quam vsusfructus vel bonorum, vel redituum in bonis defuncti coniugis, pro lucro superstiti coniugi constitutus [h]. Est itaque in proposito præsertim ex iure connubij, quo passim nunc vtimur, ius maritale potentius, quam alterius cuiuscunque etiam fisci; qui succedendo per confiscationem in ius vxoris, eodem iure quo illa vti debet [i]; hoc est marito relinquere vtilitatem huius vsusfructus per contractum matrimonium acquisitam, quamdiu vxor confiscationem passa viuet; quia creditores fisco potiores sunt [k]. Proinde vt ab initio Dominus Princeps ritè & legittimè in integro statu suæ vxoris, iure mariti aduersus præfatum Illustrem Dominum Comitem vtiliter instituit hoc iudicium redin-

a l. corruptionem C. de vsufruct.
b l. vlt. C. de vsufruct.
c in l. si postulauerit §. iubet ff. ad leg. Iul. de adult.
d in d. §. iubet
e Quos refert Nicolaus Boerius decis. 7 & Anthonius Gomesius lib. 2. variar. resolutio, cap. 15. nu. 16. Gigas in tract. de cri. les. ma. lib. 2. quæst. 3
f l. & omnes ff de bon. damnat l. si proponis C de bonis proscrip.
g l. 1. C. de thesauris lib. 10.
h Chass. d. Rub. 4. des droicts & appert. à gens mar. §. 8. in princ.
i d. l. & omnes d. l. si vt proponis.
k l. Statius Florus §. Cornelio l. quod placuit l. in summa ff. de iur. fisc.

redintegrandæ possessionis dicti Dominij de Beauraine, propter vxori in eo competentem ex consuetudine vsumfructum, & ipsi Principi propter competentem in eo vsufructu dictam vtilitatem & commoditatem, vt nec à limine iudicij ex aliqua inidonea vel insufficiente qualitate ex capite vel suo vel vxoris repelli potuit, vt nec ex tali aliqua exceptione repulsus inuenitur: ita quoque nec ab institutæ etiam longius prouectæ eiusdem litis vlteriore progressu ac prosecutione vllo modo impediri debet per superuenientem vxoris suæ hanc capitis diminutionem, etiamsi præterea nihil esset aut extrinsecus incurreret ad auertendam hanc inhabilitatis seu non competentiæ, vel quæ semel competijt ex superueniente causa deficientis seu amissæ actionis exceptionem in medium pro validius sustinendo iure Domini Principis adduci posset. † Vt sanè non tantum probabiliter, 21
sed satis fixo iure adducitur ex plenissima illa suæ Excellentiæ à Regia Maiestate obtenta, repetita, & confirmata indulgentia; quę continet plenissimam omnium bonorum suorum restitutionem: inter quæ proculdubio annumerari quoque debet ius & vtilitas, quæ ex iure connubij ei competit ad omnia bona & actiones quæ dicta eius vxor in subsidium huius matrimonij contulit; in quibus non absurdè dici potest quoque contineri dicti consuetudinarij vsusfructus vtilitas & commoditas[a]. Simplex enim & absoluta per summum Principem concessa indulgentia, omnia omninò continet, quæ restitutus ante confiscationem habuit[b]; vt tantum ad restitutionem valeat indulgentia, quantum ad correctionem & penam confiscationis sententia[c]: vt scrupulosius hîc inquiri non debeat de generibus bonorum, siue illa sint mobilia seu se mouentia, siue immobilia, siue denique in iure consistentia propter expressam iuris dispositionem[d], quæ habet quod Princeps bona alicui concedendo, non tantum quæ in corporibus, sed etiam quæ in iure consistunt; hoc est actiones & obligationes concedere intelligatur. † Cũ 22
alioqui ius quod Dominus Princeps in hac causa persequitur ex capite suæ vxoris, non consistat in nuda obligatione aut actione, vt est cum pro vsufructu constituendo agitur[e]; sed magis in re & possessione quam & vsufructuarius habet in re, in qua ei vsusfructus constitutus est, ratione cuius vsufructuarius spoliatus seu expulsus rectè interdicto *unde vi*, & remedio redintegrandæ possessionis ipsius vsusfructus persequitur[a]; qui vsusfructus non in nudo iure actionis seu obligationis consistit, sed magis proprietatis pars est, & pro proprietate habetur[b]. † Nec satis probabile est quod pro restrictione dictæ indulgentiæ hæc verba, *de toutes ses rentes, actions, & biens*, hoc est, de omnibus suis reditibus, actionibus, & bonis, sic accipiantur quasi non contineant actiones & iura Domino Principi competentes ex capite & iure dictæ suæ vxoris: nam hanc scrupulosam interpretationem subuertit subsequens Ducis Parmensis interpretatio facta vigesima quinta Octobris Anno 1584 per quam in anxia solicitudine dicti Domini Principis quoad restitutionem bonorum dictæ suæ vxoris post enumerationem & specificationem illorum subijcit hanc generalem clausulam, *Qu'elle entend auoir donné au Sr. Prince de Chimay plaine mainleuee de tous ses biens*, &c. hoc est, quod intelligebat se dedisse D. Principi de Chimay plenam leuationem omnium suorum bonorum, quorum appellatione merito quoque illa continentur in quibus vsumfructum, seu vsusfructus commoditatem duntaxat habet[c]: ita vt quod in dicta indulgentia & sequuta illius declaratione pro obtentę restitutionis amplificatione & augmento adijcitur, ad diminutionem illius conuerti aut trahi non debeat[d]; cuius contrarium si fieret deteriore loco constitueretur dictus Dominus Princeps per hanc specialem suam reconciliationem & indulgentiam, quam futurus erat si omissa hac speciali, ad generalem indulgentiam ciuitati Brugensi, & omnibus in ea tunc repertis concessam sese dimisisset, per quam plenissimè restitutio concessa fuit, nec restrictionem aliquam admittit[e]. Sed his immorari non est necesse; quia de causa proprietatis nulla hic est quæstio, sed duntaxat possessionis propter spolium Rei, quod nullum fauorem meretur, nec exceptione deficientis interesse excusari, aut auerti potest, secundum ea quæ superius latè deducta sunt, quæ dicto Domino Principi in hoc altercationis articulo sufficere debent ad reiectionem obiectæ huiusmodi exceptionis.

a l. rem in bonis de acqui. rer. do. l. bonorum §. vlt. ff de verb. signif.
b l. 1. C de sen pass.
c l 1. § vlt. C. de sen pass.
d in l. Princeps de verb. signific.
e d. l. corruptionem.

a d. l. idem est §. unde vi d. l. si plus §. deiectum de vi armata.
b l. vsufructus 1. ff de vsufructu.
c l. recte dicimus & ibi Doct. de verb. sig.
d l. legato inutili de adi leg. & l. si cui de leg. 1. l. cũ certis de vino trit. & ole legat.
e d. l. 1. C. de sen pass. & restitut.

SVMMARIVM.

De quadriennij præſcriptione. De interruptione præſcriptionis, De Confiſcatione. De reſtitutione in integrum aduerſus ſententiam.

1. *Vindicatio duo habet extrema.*
2. *Confiſcari non poteſt, quod non eſt in bonis confiſcationem paſſi.*
3.21. *Confiſcari non debent quæ poſtea obueniunt.*
4. *Seceſſio deſcendentium naturalis & neceſſaria eſt*
5. *Voluntas etiam ex inutili actu declaratur.*
6. *Gerere pro hærede quis dicatur.*
7. *Succeſſio à lege vel aditione non à poſſeſſione initium facit.*
8. *Exceptio rei iudicatæ quas vires habeat.*
9. *Exceptio rei iudicatæ non naſcitur ex abſolutoria ab inſtantia iudicij.*
10. *Vindicans cenſetur omne ſuum ius deducere.*
11. *Reſtitutio aduerſus ſententiam eius qui vice Principis cognouit.*
12. *Reſtitutione in integrum petitâ nihil innouandum.*
13. *Præſcriptionis exceptio quando impediat litis ingreſſum.*
14. *Conſtitutio* l. Bene à Zenone C. de quadriemi præſcript. *inuida eſt.*
15. *Conſtitutio* l. Bene à Zenone *in Imperatore & Auguſta, non etiam in alijs Principibus locum habet.*
16. *Rex Romanorum agnoſcit ſuperiorem.*
17. l. Bene à Zenone *quando locum habeat.*
18. *Cauſa confiſcationis ceſſante, ceſſat confiſcatio.*
19. *Clauſula* de plenitudine poteſtatis *quid operetur.*
20. *Præſcriptio in feudis an locum habeat.*
21. l. bene à Zenone *an locum habeat in feudis.*
22. *Vſucapio & Præſcriptio à poſſeſſione, non à titulo facit initium.*
23. *Præſcriptio longiſſimi temporis citatione interrumpitur.*
24. *Poſſeſſionis interruptio poſſeſſori facta omnibus alijs nocet.*
25. *Minor ætas à præſcriptione eximenda eſt.*
26. *Præſcriptio ex æquitate Canonica interrumpitur quandocumque ſuperueniente mala fide*
27. *Euocatio cauſarum per Principem fieri poteſt.*
28. *Confiſcatio perperam & ex falſa cauſa facta non nocet.*
29. *Crimen Maieſtatis etiam poſt mortem punitur.*
30. *Feudum ob rebellionem vaſallo, non eius hæredi eripi poteſt.*
31. *Pactum de futura ſucceſſione an valeat.*
32. *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum an valeat.*
33. *Hæreditatis mentio in contractu facta improprie accipi debet.*
34. *Promiſſio facta fide boni viri pro iuramento eſt.*
35. *Confiſcatio non extenditur ad bona reſtitutioni obnoxia.*
36. *Delicto alterius nemo punitur.*
37. *Præiudicare nemo poteſt iuri alterius.*
38. *Inuerecundia petentium Principem à iuſto interdum abſtrahit.*
39. *Belli cauſa ad authores, non ad innocentes referenda eſt.*
40. *Pace facta ſingulis ſua reſtituenda.*
41. *Fideicommiſſo ſubiecta ſicut alienari non poſſunt, ita in confiſcationem non veniunt.*
42. *Statutum & conſuitudinem valere vt confiſcatio bonorum non irrogetur niſi ex nobilitatis indicio.*
43. *Hæres ratum habere debet factum defuncti.*
44. *Ceſſum non plus præſumitur, quam habeat cedens.*
45. *Ordine ſucceſſiuo accipiendum eſt, quod parentibus & liberis relinquitur.*
46. *Pacta antenuptialia ſpeciem vltimæ voluntatis habent.*
47. *Voluntas à poteſtate dependet.*

CONSI-

CONSILIVM LXXIV.

ARduum & difficile est quod aggredimur in demonstrando ac deducendo iure quod Illustris D. Hermannus Comes in Nieuvvenaer Moers &c. cum generosa Domina VValpurge sorore sua proponunt; aduersus Illustres Dominos Marchiones Badenses in & ad Dominia Rodemnach, Hesperinghen, Vnseldunghen &c. quæ sunt ditionis & iurisdictionis Ducatus Luxemburgensis. Difficultatem autem faciunt tria præcipuè. Primo causæ conditio, quæ & temporis diuturnitate, & incidentium articulorum mole & pondere partim obscurata, partim in varias disputationes distracta & diffusa est. Secundo amplissimi Cōcilij Mechliniensis inter has easdem personas in eodem, vti apparet, controuersiæ genere secundum Badenses lata sententia. Et tertio quod tam multorum & magnorum virorum extent elaborata responsa & instructiones ad hanc causam, vt vix videatur aliquid reliquum quod prius dictum non sit; aut si est, studio ab ijs prætermissum videri possit. Cæterum quando rei & causæ conditio tractationem non respuit, & difficultatum quæ in eam incidunt, discussio in difficili omnino non est; & satis multa occurrunt, quæ dictæ sententiæ præiudicium auertunt; ac denique voluntati Illustris Domini Comitis deesse nolumus, neque deest occasio ex multorum collatis studijs ac iudicijs, analyticam tandem omnium, quibus tota hæc causa comprehenditur, & sustinetur, proferendi sententiam; prętermissa facti narratione, rem aggrediemur, & ad vnum scopum collimantes, omniaque deducentes, ostendemus rectè, ac iuste per præfatum Dominum Comitem Hermannum, eiusque litis consortem Dominam VValburgim Rei vindicatione peti prætacta Dominia à Marchionibus Badensibus illorum possessoribus. † Et profecto 1
vt angustis finibus concluditur omnis rei vendicatio; ita quoque ad intentionem agentium fundandam breuis erit tractatio: longè maior, & difficilior in sustinenda aduersus exceptiones Marchionum Badensium; ita vt non tam de viribus actionis, quàm potestate exceptionum hîc sit quærendum. Cum itaque duo sint extrema quæ vindicationis iudicium sustinent, Dominium agentis [a], & possessio rei conuenti [b], efficitur vt in proposito propter concursum vtriusque requisiti, nihil ambigendum sit de vtilitate & validitate iudicij in primo saltem congressu. Nam de possessione rerum nulla est dubitatio; cui tam constanter insistunt Marchiones & quam tuentur multis nunc annis. Dominium quoque agentium ex hæreditaria causa deducitur hac ratione; quod non tantū ex prioris litis in Concilio Mechliniensi institutæ & peractæ, allegationibus vltro citroque adductis, verumetiam ex instrumentis vtriusque partis cōstet, Dominum Gerardum agentium ex linea materna abauum, bona hæc controuersa habuisse, & possedisse pleno iure; sine cuius defensione Marchiones Badenses titulum & causam exceptionis suæ, quam ex confiscatione bonorum Domini Gerardi prætendunt,
2 tueri non possent. † Quod enim non est in bonis eius, qui confiscationem patitur, confiscationi non subijcitur [a]; ne redundet in iniuriam tertij, qui in reatu vel delicto
3 non est [b]. † Vsque ad eo vt nec ea in fiscum
4 abripiantur, quę postea obueniunt [c]. † Dominio igitur in persona Gerardi radicato, procliue & facile est illud ad omnem eius posteritatem deriuare: quod successio descendentium in bona ascendentium naturalis ac ordinaria, & plerumque necessaria sit [d]. Ita vt mortuo Gerardo ad Elisabetham filiam, inde ad Dominam Annam Dominæ Elisabethæ proneptem tunc solam auiæ suæ superstitem, & proximam heredem; & nouissime ad ipsos agentes dictæ Dominæ Annę liberos, iure continuatæ successionis hæc bona gradatim trāsierunt: præsertim quod Dominus Gerardus pro coadiuuanda intestata successione velut per speciem testamenti [e], in contractu antenuptiali Dominæ Elisabethæ eiusque liberis; & post simili ratione in contractu matrimoniali Margaretæ eiusque liberis vlterius hæc bona conseruari voluerit;
5 eoque nomine se obstrinxerit. † Ita vt cū non constet de aliqua Dominæ Elisabethæ abstensione aut repudiatione, & ex aduerso constet ex inutili Dominæ Elisabethæ cessione (vnde alterum caput exceptionis Rei deducunt) Dominam Elisabethā se paternæ hæreditati immiscuisse & pro hærede gessisse: nam ex inutili etiam actu voluntas interdum declaratur [f]. Cōstat quoque Dominam Annam agentium matrem ipsosque agentes per diligentem horum Dominiorum persecutionem tam coram iudicio Nobilium Ducatus Lutzēburgensis, quàm in Concilio Mechliniensi
6 si pro hærede se gessisse. † Qui enim quid hæreditarium, quod ad extraneum etiam hæredem transire potest, in iudicio petit pro hærede se gessisse videtur: quia id citra ius & nomen hæredis facere nequit [g]. Atque ita constat ordine, & gradatim ius & dominium dictorū Dominiorum ad agentes peruenisse, etiamsi facto aduersariorum possessionem eorundem nacti non sint,

a l. in rem de rei vendic.
b l. Officium de rei vend.

a l quod autē de iure patro.
b l. 2 ne quid in loco publi. l idquod nostrum de reg. iur.
c l. si mandauero tibi § in cuius bona ff mandati. Decius cons. 445. nu. 65. Andr. de Iser. in c. 1. §. præterea nu. 8. quæ sit pri. caus. amitt. feud.
d l. 1. l. in suis de lib. & posthu.
e Gloss. & Doct. in l. licet, G. de pactis.
f l. pro hærede §. si quid tamē de acq. hæred.
g d. l pro hærede §. Papinianus in fi.

sint. † Dominium enim quod ex hæreditariâ causâ obuenit & acquiritur à possessione initium non ducit, sed vel ipso iure, legis ministerio in necessarijs hæredibus [a], vel aditione etiam verbali tantum acquiritur [b]. Consolidatis itaque his quæ ad dominij assertionem sufficiunt, cōferamus omnem laborem ad Reorum exceptiones, quæ in duplici sunt differentia. Nam vel co tendunt vt omnem disputationem dominij intercipiant; vel vt præscindant hæreditariam illam successionem, in qua agentes actionis, intentionisque suæ basim collocant. Prioris generis exceptiones duæ sunt. Rei iudicatæ, & præscriptionis; itemque duæ posterioris generis, confiscatio bonorum Domini Gerardi ac Bernardi filij; & cessio Dominæ Elisabethæ, quæ D. Christophoro auo Reorum dicitur facta: quæ si commode remouebuntur, nihil est, quod ad plenissimam victoriam Actorum desiderabitur: quamobrem in singula inquiramus. † Rei iudicatæ exceptio merito sibi primum locum vendicat in hac disquisitione; eas enim vires in suo genere habet vt de iure Actoris queri non patiatur, neque vllam quæstionem admittat, nisi an iudicatum sit, ideoque litis finitæ esse & litis ingressum impedire dicitur [c]. Cum igitur duplici iudicio, dupliciique sententia in amplissimo Concilio Mechliniensi superati sint Domini agentes, & inter easdem personas eademque de re nunc rursus resuscitetur iudicium; obstare & à lumine ac ingressu iudicij auertere videtur exceptio rei iudicatæ [d]. Verum quod ad priorem sententiam attinet, subsistendum non est: est enim illa tantum absolutoria ab instantia iudicij propter formulam actionis tunc non satis aptè propositam, ex eo quod annullata per Cæsaream Maiestatem sententiâ per Iudices Nobilitatis Ducatus Lutzenburgensis ex contumacia Badensium pro parentibus agentium latâ, cōcluserint; & non tam proposuerint actionem suam vt imperiali mandato & præscripto iussi erant, quàm executionem dictæ sententiæ Lutzenburgēsis postulauerit. † Iam verò manifestum est ex sententia absolutoria, ab instantia iudicij lata non oriri exceptionem rei iudicatæ [e]. Etsi enim instantiam perimat non perimit tamen actionē [f]. De quo hîc nihil dubitandum est, ob id quod eâdem sententiâ expressim data & reseruata fuerit agentibus potestas actionem suam super iure suo in dictis dominijs proponendi & prosequendi. Maior difficultas est in posteriore sententia, quæ huiusmodi reseruationem actionis nō continet, quæque præterea diffinitiua & absolutoria est: exprimitur enim id in eius

7

8

9

a l. in suis de lib. & posth.
b l. cum heredes & ibi gloss. 1. de acq. possess. l. heres quoque de acquir. hered. l. item videndum § fin. de petit. hered.
c c. 1. de litis contest. lib. 6. Socin. in c. 1. quæst. 7. de litis contest.
d l. cum quæritur cum duabus sequent. de except. rei iud.
e gloss. 2. in l. & an eadem de except. rei iud. Castrens. cons. 172. vt supra in a sententia vol. 1.
f Bald. in l. properandū §. sin autem Reus C. de iudicijs.

formula, seu breuiculo. Et sanè nusquam maior in hac causa occurrit difficultas. Cęterum non improbabiliter dici potest eodem loco esse hanc, qua est prior: quia adiudicationē non continet; cum tamen vtrimque de dominio allatæ sint probationes, & absolutio Reorum simplex non est, sed restricta ad qualitates, fines, & conclusiones quibus agentes vsi sunt: ita vt obscurum non videatur quin Domini Iudices aliquid in conclusione tunc capta conspexerint, quod victoriæ obstabat. Eoq; pertinere videtur primò Reorū de libelli ineptitudine & inadmissibiliter admissibilitate facta obiectio, deinde aperta Dominorum Iudicū reiectio protestationis agētium in hac causa subinde repetita, imo libello inserta; quod nollent quicquam derogatū iri sententiæ Nobilitatis Lutzenburgensium: cuius sententiæ persecutio in priore lite succūbendi occasionem dederat. Ita vt nihil sit quod propter absolutoriam sententiam ex male concepta petitione obstet nouæ & rectius conceptæ petitioni [a]. Quæ si non obtinemus, hoc est, si vere diffinitiua vt in breuiculo appellatur, non interlocutoria est; nihilo magis inde efficax ducetur rei iudicatæ exceptio, quæ propositam de nouo actionem in primo congressu repel-
10 lat. † Nam licet dissimulari nequeat quin cum vindicatione contenditur, censeatur Actor omne suum ius & dominium qualecumque, & vndecumque habuerit, in iudicium deduxisse; ideoque post absolutionē Rei non possit ex aliqua causa de preterito vindicationem iterum refricare [b]: retunditur tamen hîc, exceptionis ex re iudicata potestas & effectus, per impetrationem restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis agentium à Principe cum cognitione causæ amplissimo suo Concilio Mechli-
11 niensi mandatæ. † Nihil enim vetat etiam aduersus eius sententiam, qui vice Principis cognouit, à Principe restitutionem integri impetrari [c], etiamsi causa minorum per tutores seu curatores fuerit defensa [d].
12 † Restitutione autem integri postulatâ, vt nihil nouandum est [e]; ita quoque neque exceptio ex sententia, aduersus quam petitur restitutio obijciēda: quia viam ad executionem sternit. Restitutio enim integri non minus effectum sententiæ suspendit, quam appellatio: & ideo ne vires rei iudicatæ, quam diu pendet cognitio, obtineat, impedit. Vndè magnopere reformidari non debet ex posteriore amplissimi Concilij sententia exceptionis rei iudicatæ obiectio. Sed hoc solum adlaborandum est, vt meliore ductu, exactioribusque probationibus hæc rescissoria causa instituatur ac instruatur; & ab ijs caueatur quæ offendēdi occasio-

a Bald. in d. § fin autem Castrens. d. cons. 172. & cons. 65. viso quodam libello porrecto. vol. 1.
b l. si mater § eandem de except. rei iud.
c l. aduersus C. si aduers. rem iud.
d l. vlt. C. si aduers. rem iud.
e l. vnica C. in integ. restit. postul.

occaſionem in præcedenti iudicio præſti-
runt;quod futurum arbitramur ſi hoc ordi-
ne quo totam cauſam hîc conſpiciendam
propomimus,& deducimus in iudicio quo-
que deducatur. † Hoc impedimento exce- 13
ptionis ex re iudicata remoto,ad alteram
quæ ex præſcriptione temporis quo Rei
hæc bona poſſederunt trahitur; perueniamus.
Poſſet enim primo conſpectu idem
videri, quod de exceptione rei iudicatæ:
quod perinde ſit litis finitæ & impediat
litis ingreſſum,ex plurimorum ſententia,ſi
opponatur ad proceſſum, non ad iuſtitiam
cauſæ,impediatque ob id litiſconteſtationem [a].
Quamuis aliorum [b] ſententia ſit
nunquam impediri litiſconteſtationem;
quorundam [c] tunc tantum impediri, cum
per vſucapionem ſeu præſcriptionem dire-
ctum dominium acquiritur, & minime cũ
tantum exceptio; quod dicunt euenire in
præſcriptione 30.vel 40,annorum [d]. Cæ-
terum quia non tam de ingreſſu,quam exi-
tu iudicij ſolliciti ſumus,relictâ hac diſpu-
tatione, quando & ad quid oppoſita no-
ceat, inquiramus num valida aliqua
præſcriptione agentibus obijci poſ-
ſit. † Obijcitur autem bifariam;primum 14
quadriennalis ex Zenoniana [e] & Iuſtiniana [f]
conſtitutione;ſecundo communis lon-
giſſimi temporis 30 vel 40. annorum [g].
Sed neutra aduerſus agentes vim ſuam
exercere poteſt. Nam quod ad priorem at-
tinet inuida prorſus,& vt ait Baldus [h],pri-
uatis hominibus nimis acerba eſt,ideoque
tanquam rigoroſa & exiguo temporis ſpa-
cio vni tertio præiudicans, anguſtis fini-
bus coercenda [i]. † Et principio commu- 15
nius receptum eſt, hanc præſcriptionem
tantum accommodari alienationibus,quas
Imperator ſeu Auguſtus & Auguſta fa-
ciunt & non alijs; vſque adeo vt ex facto
conſultus reſponderit Panormitanus [k], ne
Regi quidem Franciæ id accommodari
poſſe, propter cauſas in dicta conſtitutione
expreſſas Secundum quam ſententiam et-
iam reſpondit,&per multas rationes de iu-
re veriorem eſſe fatetur Marianus Socinus
Nepos [l]. † Nunc autem quocumque ex ca- 16
pite à Diuo Maximiliano dicas factam
hanc cõfiſcatorum bonorum donationem,
ſemper ex defectu poteſtatis Principis do-
nantis, locum non obtinebit quadrienna-
lis præſcriptio;ſiue id fecit (vt ſonant lite-
ræ confiſcationis) tanquam Rex Romano-
rum,qui Imperatorem Auguſtum ſuperio-
rem agnoſcit; & vt Auguſto adæquetur in
bonis imperio ſuo non ſubiectis, iura &
priuilegia ſua non exercet [m]; ſiue vt Dux
Lutzenburgenſis (quod tamen non potuit
vt poſtea in tertia exceptione dicemus)qui
etſi ſuperiorem non agnoſcere dicatur:Im-

a Bart. in l. final ff pro ſuo l omnes & ibi doct. C. de preſcript. 30 ann. Angel in l. ſicut C. eod tit deciſ. Tholoſa. 67.
b Ioannes Andr. in d c 1. de litiſcon. lib 6.
c Bald. in Auth. niſi tricennale C. de bonis mater. Socy. c. 1. nu. 19 in fin de litiſconteſt. lib 6.
d gloſſ & Bart. in d. Authent niſi tricennale felyn: & alij in rubr. ex. de preſcript.
e in l. omnes C. de quadrien. preſcript.
f l. bene à Zenone C. de quad preſc.
g l. omnes l. ſicut C. de preſcript. 30. annorum.
h in l. 1. C. de liber. vel act. vend.
i Doct ad d. l. bene à Zenone.
k conſ. 3. nu 8. verſ ſecundo poteſt reſponderi vol 2.
l conſ. 69. nu 39. vol 1. & conſ. 19. nu 34 vol 1.
m c. per venerabilẽ qui filij ſint legit.

perialia tamen ac Auguſtalia priuilegia,
quæ ſibi ſpeciali conſtitutione non ſtatuit,
vſurpare non debet [a]. Ita vt nihil metuia
debeat accedens Ducis Philippi confir-
matio. Sed vt nihil ſit, quod ex defectu
poteſtatis Zenonianam conſtitutionem re-
moueat; aliud eſt quod potentius obſtat;
videlicet quod Diuus Maxemilianus hæc
bona donauerit, & abalienauerit non vt
ſua propria, ac indubitato & vetuſto iure
ad ſe pertinentia,ſed vt iam primum & re-
center ex noua cauſa,nimirum ex confiſca-
17 tione ad ſe deuoluta, † & ſic non ſimplici-
ter, ſed ex certa cauſa, quo caſu niſi cauſa
vera ſit, non poteſt obtinere dictæ conſti-
tutionis rigor [b]. Vt generaliter ijs caſibus,
quibus Princeps alicui ex cauſa rem aufer-
re poteſt, ceſſante ablationis cauſa, ceſſat
18 ipſa ablatio [c]. † Cum ergo cauſa,confiſca-
tio ſcilicet, ſit falſa; hoc eſt minime verum
ſit (vti poſtea latius dicetur) hæc bona in
fiſcum veniſſe; quia ſcilicet tempore confi-
ſcationis neque Domini Gerardi,quia iam
tunc triennio fere obierat, neque Bernardi
eius filij (ex cuius capite præcipue fundari
videtur confiſcatio) erant, ſed Dominæ
Eliſabetæ quæ patri ſucceſſerat, & Bernar-
dum filium adhuc ſuperſtes excludebat;
cum confiſcari nequeat, niſi quod eſt con-
fiſcationem paſſi [d]: conſequens eſt vt ex er-
ronea cauſa facta alienatio,priuilegio nouę
cõſtitutionis nõ ſubiaceat præſertim quod
in litteris alienationis non ſit addita clau-
19 ſula de plenitudine poteſtatis; † nam ea
clauſula omninò opus eſt, vt emptor aut
donatarius aduerſus Dominũ ſtatim tutus
reddatur [e]: abſolutâ enim non ordinariâ
poteſtate, virtute dictæ conſtitutionis in
emptorem transfertur ſtatim dominium,
cum excluſione totius iuris prioris; ſed ea
abſoluta poteſtate in dubio Princeps non
vtitur,nec vti velle præſumitur [f]. Quò et-
iam referenda eſt illa clauſula quæ ſub fi-
nem dictarum litterarum adijcitur; his
verbis. Quæ ipſi tempore malæ actionis
tenuerunt,poſſederunt,& vſi fuerunt: rela-
tiuum enim (*qui*) reſtringit & limitat [g].
Atque ita cum certum ſit eos non tenuiſſe
iure dominij,ſed ad Eliſabetham ſpectaſſe
Dominia de quibus eſt contentio: indubi-
tatum quoque eſt confiſcationi non eſſe
ſubiecta, nec vt vere confiſcata donari po-
20 tuiſſe. † Illud quoque tandem potiſſi-
mè & Zenonianæ, & Iuſtinianæ conſtitu-
tioni obſtat, quod hæc bona controuerſa
ſint feudalia vt ex omnibus inſtrumentis
vltrò citroque productis, & præcipuè ex
litteris aſſertæ confiſcationis apparet: in
feudalibus autem bonis nulla præſcriptio
Domino feudi,vel vaſallo obijci poteſt [h];
&vix eſt vt recipiatur ea quę eſt 30.vel 40.
anno-

a d l bene à Zenone.
b Salyc. in l. 1 C de her. vel act vendi Alexand cõſ. 12. nu. 7. vol 7.
c Tiraquell. in tract. Ceſſant cauſa. parte 1. nu. 20.
d l. res quæ de iur fiſc. l. Tutoris C. ad l. Iul. de vi pub eleganter Rodericus Suarez in allegat. ita is allegat 1 1 n 5
e Bald. in proœ. decret. verſ vnde. l. bene à Zenone. Franciſ. Ballus in tractã preſcrip. quinta partis principalis parte 2. q. 8. Felyn. in c. quæ in Eccleſiarum nu 39. de reſcript.
f Innocent. in c. Innotuit in fin. de Elect. Caſtr. in l. centurio nu. 4 de vulg & pupill
g l Stichum qui meus erit de leg. 1.
h c. 1. §. præterea de capit corradi.

annorum [a]. † Et quod quadriennalis non 21
obstet expressim respondit Carolus Ruinus. Sunt enim bona feudalia antiqua & gentilitia agnatis affecta, & sine eorum cōsensu alienari prohibentur [b]; ideoque etiam confiscatis bonis Vasalli ad agnatos reuertuntur [c]. † Nunc de communi & vul- 22
gari praescriptione triginta annorum vel longioris temporis dicamus. In qua non tam de iure, quàm facto, querendum est. Et principio quidem an tot annis Badenses sine interpellatione & interruptione possederint? non enim satis liquet de initio possessionis virtute dictæ confiscationis: neque à titulo seu causa, sed à possessione vsucapionis & praescriptionis ducitur initium [d]. Et verosimilimum est hostili & bellica calamitate euastatis omnibus his ditionibus, aliquo tempore vacasse primā possessionem; nisi forte ciuilem Dominæ Elisabetæ adhuc integram fuisse dicas. Inditio quoque est restitutio Maxemiliani, Dominæ Annæ facta annis octo, post donationem Badensibus factam. † Et vt inde 23
ab initio veram & realem possessionem animo & corpore acqui fierit Marchio Badensis anno scilicet 1447 quo primum homagium praestitit & inuestituram accepit: inde tamen certum est, non esse lapsos annos 30. sine interpellatione & interruptione: nam ex sententia Nobilitatis Lutzenburgensis, quæ lata est anno 1526. 24. Octobris constat anno 29 post inuestituram vt & verisimile est etiam ante per iudicialem cōuentionem ac citationem coram Nobilitate Lutzenburgensi interruptam esse Badensium [e] possessionem, ac inde in perpetua contentione iudiciali vtrimque partes fuisse, tam prosequendo executionem sententię Nobilitatis Lutzenburgensis secundum agentes lata licet ex contumacia, (vti Cæsarea Maiestas interpretata est) quam secundum mandata Cæsareæ Maiestatis causam de nouo instituendo in Concilio Mechliniensi. Nam etiam per solam citationem, non tantum per litis contestationem, interrumpuntur odiosæ praescriptiones 30. vel 40. annorum [f]; praesertim, vti hic euenit, vbi ob contumaciam citati non comparentis, litis contestatio fieri non potest: cum enim per eum stet quò minus fiat, perinde habetur atque si facta esset [g]. † Neque ad rem facit quod dicitur 24
solum Dominum Philippum Christophori primi donatarij filium citatum fuisse; cum tamen duos adhuc fratres haberet; nam satis est dictum Philippum in possessione dictorum bonorum fuisse repertum ad hoc, vt ei tanquam possessori ac alijs, quibus forte possidebat, praescriptio interrumperetur [h]; cum alioqui de possessione Bernardi & Ernesti fratrum Philippi nihil constet.

a c. 1. § si quis per 30. tit. si de feud. controuers. fuer. inter do. & agn. b c. 1. de alie. feud. pater.

c Bart. Alexand. & alij in l. si finita §. de vectigalibus de damn. infect.

d l. sine possessione de vsucap.

e l. cum notissimi C. de praescript. 30. vel 40. anno.

f l. sicut C. de praescrip. 30. vel 40. ann.

g l. iure ciuili de condit. & demonstr.

h argumento l. fin. C. de dolo. reis.

25 † Denique quia Domina Anna aliquot annis ante sententiam Lutzenburgensium in minore ætate fuit, id tempus praescriptioni eximendum est: quia durante ea ætate pręscriptio 30. annorum dormit [a], quo tempore, item tempore hostilitatis, (quo etiam solent dormire & quiescere captæ praescriptiones longissimi temporis [b],) pendente nihil verendum est, ne ex coniunctione tēporum plena, perfectaque praescriptio impleta dicatur, quæ Actoribus obstet, propter Reorum malam fidem tam eorum, quàm prædecessorum suorum personis se-
26 pius super inductam: † cum etiam ex canonica æquitate, quacumque temporis parte inducta rei alienæ conscientia, per quemcumque actum siue sit litis contestatio, siue simplex citatio, siue aliter facta certioratio, praescriptioni obstet [c]. Vndè etiam fit vt parum commoueamur si forte objiciatur sententiæ Lutzenburgensium per Cęsarem facta cassatio & annullatio; quasi scilicet ex nullitate actorum, nullitas quoque citationis & interruptionis consequatur; vt cessante impedimenti causa, cesset quod ob ipsum impedimentum constitutum est [d].
27 † Quamquam Cæsarea Maiestas ordinariâ potestate huiusmodi sententiam non sustulerit, sed absolutâ ex plenitudine potestatis, maioris motus & dissensionis, atque etiam fortè armorum euitandorum causa; non quod nulla fuerit citatio, aut ab incōpetente iudice facta, sed quod ex contumacia Badenses fuerint condemnati, & agentes quoque ad diuersum tribunal Cameræ Imperialis vocati fuerint proscripti, seu in banno Imperiali positi. Ita quod Cæsarea Maiestas duritiem vtriusque Iudicij mitigare volens, partes sine vlla prælatione alterutrius iudicij, cū aliqua inuidia ad suum auditorium euocauerit, vti quandocumque potest Princeps [e]. Ita vt constet ea annullatione vtrimque facta Principem neque stabilire neque imminuere voluisse ius alterutrius partis; sed tantum extrema illa ex contrarijs iudicijs tollere, & ad nouam cognitionem partes
28 prouocare. † Transgrediamur ad eas exceptiones quæ ex opinione aduersariorum impediunt, quo minus ad Dominam Annam, & inde ad agentes per quamcumque successionem hæc dominia peruenire potuerunt. Qualem diximus esse confiscationem, & Dominæ Elisabetæ cessionem. Et prius de confiscatione, quam Rei modo ex persona D. Gerardi, à quo iuris agētium principia & successiones trahimus; modo ex persona Bernardi constituunt. Et sanè principio multa adduci possunt, quæ ad vtriusque confiscationis subuersionem demon-

a d l. sicut.

b c. ex transmissa & ibi Panormit. in vlt. notab. de praescrip.

c c. fin. de praescrip. Bart. in l. naturaliter de vsucap. Bald. in l. 2. de seruit. & aqua.

d l. & si contra & ibi Bald. C. de nupt.

e l. non aliter de pal. sacra. largit. lib. 12. elegāter Guido Papa decis. 440. Didac. Couarr. pract. quæst. quæst. 9.

demonstrandam euidentissime faciunt. Ex defectu potestatis Diui Maximiliani confiscantis; ex defectu citationis eorum, qui cofiscationem dicuntur passi; ex modo & forma, quibus confiscatio facta dicitur; atque item ex falsa causa confiscationi inserta. Quæ tam certam & manifestam habent iuris rationem, & tam copiosè ab omnibus, & præsertim Philippo Decio [a] in similibus quæstionibus tractantur & traduntur [b]; vt nihil dubitandum sit quin ex huiusmodi causis facillime subuerti possint obiectæ confiscationes, si aliunde certiora non occurrerent quæ non ad perimendam, sed excludendam confiscationem faciunt. At ne tempus teramus, & minime necessariâ deductione chartas multiplicemus, satis est nobis præcedentibus aliorum consilijs has nullitatis causas latissime esse tractatas, & facillime ex Decij, Ruini, aliorumque tam veterum quam neotericorum responsis lōgè plura, quæ eiusdem farinæ sunt, transcribi posse. Sunt enim nunc post tam multorum labores, lectionis magis quam inuentionis; & amanuensis operam magis, quàm theorici aut practici studium aut ingeniū postulant. Sed nec inde excludendæ confiscationis ansam capiemus; quamuis deficiente certiore ratione & remedio certum præsidium continere videatur, quod hæc bona sint feudalia, vt superius diximus, quæ ob id cognatis sic eripi non debent [c]. Auertendæ itaque cōfiscationis periculum in eo potissimum cōstituimus; primò quod nulla extet ex persona D. Gerardi, aut propter ipsius delictum confiscatio. Nam quāuis in literis confiscationis ex persona Bernardi id indicari videatur; nullum tamen extat formale decretum aut instrumentum confiscationis ex persona D. Gerardi; quin imo ex instrumento concordiæ Treuerensis constare videtur, nunquam intercessisse confiscationem, sed tantum hostilem inuasionem ac direptionem; quæ tandem fœdere, pace, & concordia sit remissa decem annis ante donationem Badensium. Neq; ad rem facit, quod in confiscatione Bernardi refricetur subsequēs concordiam dicti Domini Gerardi, noua rebellio: nam quamuis enunciatiue id recenseatur, in dispositiua tamen parte nulla fit confiscatio ex persona D. Gerardi; neque etiam bonorum D. Gerardi, sed tantum Vincentij & Bernardi; quorum alter Dominæ Elysabethæ erat socer, alter filius; quique ob id facto & delicto suo Dominæ Elysabethæ obesse non poterant; vti mox dicemus. Sed etsi ex persona D. Gerardi facta esset confiscatio, ex quâ Badenses suam donationem sustinent, nihilo potentior esset eorum causa: † nam vt donemus propter crimen per- 29

a Cons. 601.

b Carolus Ruinus cons. 48. vol. 3. cons. 31. vol. 5. Socinus Nepos cons. 49. nu. 28. & cons. 78. nu. 14. vol. 1.

c Decius cōs. 351. nu. 7.

duellionis, memoriam eius etiam post mortem damnari, & bona successori eripi potuisse [a]; non tamen potuerunt hæc eri-
30 pi. † Hoc enim in bonis feudalibus singulare est, vt propter rebellionē vasalli Dominus possit auferre feudum viuenti vasallo, non autem eo mortuo hæredibus eripere [b]. Rursus si eadem esset conditio feudorum & allodialium; & perinde crimen læsæ Maiestatis committi posset in Ducem Lutzenburgensem, vt in Imperatorem Augustum, (de quo tamen non parua est dubitatio [c]) nihilo tamen deteriore loco futura esset Elysabetha & hi qui
31 causam ab ea habent. † Ob id quod in contractu antenuptiali hæc bona, de quibus controuersia est, velut per speciem donationis sub conditione fuerunt Elisabetæ & liberis eius ordine successiuo affecta & acquisita, solâ executione à morte Gerardi suspensa, si (quod euenit) D. Gerardo nulli liberi masculi nascerentur. Cuius generis contractus quamuis secundum terminos iuris communis per omnia vix sustineri posse videatur, quod pactis non detur hæreditas [d], vsque adeò vt Baldus [e] ratiocinando crediderit, consuetudine id induci non posse: tamen verius est nihil impedimento esse, quo minus per stipulationem, aut per pactum fiat, vt quis alteri ad bonorum suorum vel pro parte, vel in solidum traditionem, ex contractu protinus obligetur [f], vtque statim effectum consequatur & radicetur obligatio; licet quoad executionem & exactionem tantisper differatur, donec & quousque dies incertus in quem collata est obligatio, qui est dies mortis eius qui donauit, exstiterit [g]. Et sanè nunc ferè passim moribus vtentium longius à seuera illa iuris ciuilis obseruatione recessum est, vt generalis prope sit vbique consuetudo huiusmodi pacta antenuptialia recipi & obligari, præsertim inter nobiles. Quemadmodum etiam ex instructionibus generoso Domino Comiti transmissis intelligimus eam consuetudinem certā & indubitatam esse inter Nobiles Ducatus Lutzenburgensis. Et quamuis Baldi traditio multis placeat; communi tamen opinione receptum est, & comprobatum, consuetudine induci posse validitatem huiusmodi pactorum, & eorum virtute etiam hæreditatem deuolui & deferri [h]. † Nec verendum est ne hoc casu Gerardus libera facultate testandi se defraudasse videatur; cum ad testandi facultatem satis sit, si non vniuersorum bonorum præsentium & futurorum sit donatio; & aliquid sit vel præsens vel futurum de quo testari possit. Iam vero hæc donatio D. Gerardi de certis & nuncupatim expressis bonis
32

a l. vlt. & penult. C. ad l. g. Iul. Maiest. l. vlt. ff. eod. tit.

b Io. And. in addit. ad Specul. tit. de feud. § fin. Francis. Curtius in tract. de feud. parte 4. nu. 137. Raphael Cuma cons. 164.

c Cynus & Salycet. in l. quisquis C. ad leg. Iul. Maiest. Bald. in l. data C. qui accus. pos. Alex. cons. 103. nu. 18. vol. 1 Socinus cons. 275. vol. 2. & cōs. 121. vol. 4.

d l. pactum quod dotali C. de pact.

e In l. 2. C. quæ sit longa consuet.

f Glos. l. vlt. in verb. accommodauerit. & ibi Bart. Bald. & alij C. de pact.

g l. mulier § vlt. ad Trebell. Boerius decis. 353. nu. 11.

h Bart. in l. pactum C. de collat. per c. 1. de filiis natis ex ma. ad morgan. contract. Io. Fab. in l. 1. C. si mancip. ita venie. Benedic. in repe. c. Raynutius in verb. duas filias nu. 197. late Boerius decis. 155. nu. 8. & 10.

bonis est, non de omnibus; veluti mobilibus, nominibus, actionibus, item obuenturis † Sed nec illud admittendum est re- 33
spectu Dominæ Elisabetæ, hæreditatem relictam, & quodammodo testamentum conditum esse; quod vt reuocabile est[a]; ita quoque bona testatori Domino non eripit, nec potestatem alienandi aufert, & confiscationi non substrahit; ita vt propter memoriam post mortem condemnatam quatenus testamentum est, irritum factum sit[b], & bona fisco addici potuerint: nam conditio pacti & actus inter viuos factus hanc inspectionem remouet[c]. Et quamuis in dicto contractu aliquoties sit facta mentio de hæreditate legittima, item de legittimis hæredibus; debent tamen ea verba pro subiectâ materiâ accipi[d], & *hæreditatis* verbum in contractu donationis simpliciter appositum ad donatarium pro materiæ subiectę qualitate, referendum est[e]. Ita vt Gerardus huiusmodi mentione & restrictione magis causam donandi, quam modum donationis exprimere voluerit; hoc est, quod ideo donationem hanc Dominæ Elisabetæ & eius liberis fecerit, quod ea alioqui obuentura erant iisdem ex legittima successione[f]. † Quod autem donationẽ exer- 34
cere, non successorem eligere voluerit D. Gerardus ex pluribus causis in dicto instrumento relucentibus colligitur. Primo quod religione iurisiurandi se obstrinxerit ad contractus obseruationem; promittendo scilicet in fide probi viri, quod pro iuramento est[g]. Quo adminiculo etiam iure communi huiusmodi pacta ex Canonica æquitate sustineri videtur[h]. Rursus quod stricte promisit futurum vt contractus effectum consequatur; quod ab vltima voluntate, quæ semper reuocabilis est, recedit[i], & negotium ad donationem inter viuos non mortis causa, quæ & ipsa reuocabilis est[k] facit deflectere. Quo etiã illud pertinet, quod & ipsum quod tunc dotis nomine Dominæ Elisabethæ assignat, & tradit; dominium scilicet de Bolchen, dicat se dare & tradere in veram seu legitimam dotem, & hæreditatem: vt verissimum sit non de testamento, sed obligatione & acquisitione eum cogitasse. Eodem tandem etiam pertinent exceptiones, quas D. Gerardus facit, dum excipit & reseruat sibi potestatem hypothecandi, si forte pecuniâ egeret, aut dotes filiarum conficiendæ essent quod taxauit ad 8000. aureorũ: ita vt propter exceptionem retento tantum sibi vsufructu, abalienationem seu realem obligationem in residuo fecisse dici debeat.
† Quandoquidẽ ergo hęc bona virtute di- 35
cti contractus in casum qui certus erat, licet dies incertus fuerit, Elisabethæ erant acquisita seu saltem affecta; non potuit aliqua D. Gerardi subsequens confiscatio ea bona ad se trahere; nam quemadmodum ille propter obligationem & contractum ante mortem alienare illa non potuit[b]; ita nec eius delicto in fisci potestatem recide-
36 re potuerunt. † Secundo similis prope etiã explicata est ratio ac conditio confiscationis ex persona Vincentij & Bernardi: nam vti diximus ea Elisabetham contingere non potest. Vt enim ob mariti delictum nihil patitur vxor[c], ita quoque ob delictũ soceri aliquid de suo decedere pati nõ debet nurus. Et vt ex delicto patris aut matris nunquam tenetur filius; ita nec ex delicto filij tenetur pater aut mater[d]. Cum itaque hæc bona fuerint Dominæ Elisabethæ, vti iam diximus, neque eâ superstite ad Bernardum filium deferri potuerint[e], & minime cõstat matrẽ viuam ea in ipsum transtulisse; nihil est cur ob confiscationem bonorum Bernardi quicquam patiatur Elisabetha, quæ ipsa si quid deliquisset, posteritati suæ præiudicare non poterat, ob vlteriorem donationem in dicto contra-
37 ctu adiectam; vti mox dicemus. † Quibus nihil impedimento est subsequens quædam transportatio per D. Gerardum Bernardo nepoti facta; nam ea viribus non subsistit propter contractum antenuptialem præcedentem Dominæ Elisabethæ, cuius absentis & in huiusmodi transportationem minime consentientis iuri per patrem dictâ obligatione sic contracto, & prætactis bonis ei sic affectis, præiudicari non po-
38 tuit[f]. † Hoc sanè adijciendum est in huiusmodi confiscatione, plus valuisse improbitatem & inclinationem Impetrantium, quàm Principis concedentis iudicium aut consilium; vti sæpe euenit vt inuerecundâ petentium inhiatione Principes constringantur, vt etiam non concedenda tribuant[g]. Id quod ex eo aduertere licet, quod inter alia dominia confiscata connumeretur dominium de Bolchen, quod liquido constat Dominæ Elisabetæ in dotem datum & traditum esse: ita vt si quæ ratio ex iure communi aduersaretur pacto quoad alia bona, vt scilicet dici non possint exisse dominium & arbitrium D. Gerardi, nulla tamen sit quæ efficiat quominus plenissimo iure dictum dominium de Bolchen fuerit & permanserit Dominæ Elisabethæ, etiamsi liberis eius matrimonij si ei superstites essent, illud seruare debuisset; ita vt quia illa in perduellione, reatu, vel delicto non fuit, non debuerit saltem illius dominij confiscationem, vel ob soceri, vel mariti, vel ob filij delictum, pati[h]. Quare mirum non est, quod Diuus Maximilianus postea rectius instructus,

Domi-

a l. 4. de adimend. leg.
b l. si quis filio §. sed nec eorum de iniust. rupt.
c l. verba gesserit de verb. signif.
d Præses in loco à subiecto ad mater.
e l. quæsitum § pen. & ibi Bart. de leg. 1 Alciat. in l. vlt. C. de pactis in verbo neque donationes.
f l. in suis de liber. & posth.
g gl. ff. c. Præterea de Spõs. c. peruenit de fideiussorib.
h c. quamuis de pactis in 6
i l. 4. de adi. leg. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.
k l. Seia in fin. de don. mor. caus. l. vlt. C. eod. tit.

a Præses cõsilio 102 Chass. ad cõsuetud Burg. § 3 ad verb. & s'il aduient n. 4.
b l. maritus. § vlt. de pect. dotal. Paul. in l. qua doris nu. 3. Solu. ma.
c l. ob maritorum. C. ne vx. pro ma.
d Tit. C. Ne filius pro pat.
e l. 1 ff pro her.
f l. distrahit l. nemo C. de rebalien. non alie. l. mater tua C. de rei vend.
g l. 1. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10
h d. l. ob maritorum.

Dominam Annam aduersus huiusmodi cōfiscationem (quâ tamen omninò non egebat) restituerit plena restitutione; hoc est tam aduersus delictum & pœnam, quam ad ipsa bona [a]. † Quæ restitutio & subse- 39
quutæ illius confirmationes ad plenissimā securitatem agentibus prodesse deberent, etiamsi hæc bona Bernardi, verè & pleno iure fuissent; etiam eo casu quo sustineri posset in potestatem Diui Maximilani aut Philippi filij eius venisse hæc dominia manu militari & hostili expugnatione; vt solent quæ ab hostibus occupantur [b], sic quod aliquâ sententiâ confiscationis opus non sit [c]. Nam causa hostilitatis ad authores referenda est [d], & quibus bellum indictum est; non etiam ad eos qui belli causam non prestiterunt, & præcipue ad innocentes fœminas. † Et vt 40
iusta dici possit occupatio quod ex illis locis hostilia exercita fortè fuerint; tamen pace composita velut postliminio quisque ad sua restituitur [e]. Quod in proposito procliuius dicendum esset, quod non tam bellum, quàm seditio fuerit illa Lutzenburgensis subditorum aduersus nouum Principem, & inter se commotio, & excitata arma, in quibus hostilis occupatio perinde locum non habet, sed rebus compositis singulis sua restituuntur; vt superuacuum sit restitutionem petere [f]; sed tantum in authores animaduertitur, & innocentibus parcitur. † Et profectò si aliqua 41
ratione hæc bona Bernardi fuissent, aut Elisabeta perinde in crimine perduellionis fuisset; nihilo maior esset occasio sub commento confiscationis ex alterutrius personâ hæc bona Annæ subtrahere; propter fideicommissum tam Elisabetę in contractu antenuptiali, quam Bernardo in prætensa illa supportatione iniunctum; quo illa iubetur seruare & restituere liberis suis, & sic suæ sorori Margaretæ, si (quod accidit) sine liberis decederet. Nam bona subiecta fideicommisso (de cuius viribus in præsenti causa paulo post dicetur) alienari non possunt [g]; & per consequens nec in fiscum rapi: quia in confiscatione bonorum non veniunt prohibita alienari; sic vt confiscatio fideicommisso non præiudicet [h], saltem non vltra vitam eius, qui fideicommisso grauatus est [i]. Atque ita quoquo res vertatur euidentissime demonstratur hæc bona in fisci potestatem non venire, nec peruenire potuisse. † Qui- 42
bus hoc postremo velut pro Alexipharmaco & omnium remediorum extremo adijcimus, vltra eas causas nullitatis, quas ad subuertendum omnes confiscationes ex iure communi, propter varios defectus adferri posse, & ab alijs consultoribus eleganter & accurate in medium adductas esse dicimus; hoc adhuc superesse, quod ex iure & antiqua consuetudine Ducatus Lutzenburgensis, nulla confiscatio bonorum alicuius ex Nobilitate per Ducē Lutzenburgensem fieri possit; nisi quæ primum in cognitionem Iudicum Nobilitatis eiusdem Ducatus deducta, & sententiâ seu decreto eorum crimen seu delictum, ob quod petitur confiscatio, declaratum sit. Quæ obseruatio cum Principem teneat, omissa, actum quoq; confiscationis impedire, & vitio nullitatis inficere debet. Neque enim vlla est ratio cur huiusmodi consuetudo reprobetur, cum summam rationē habeat [a], & Principis facilitatem, postulātiumq; & inhiantium aliorum fortunis & bonis, improbitatem coerceat, atque etiam innocentię pa-
43 trocinium contineat. † Restat nunc postrema Reorum exceptio, excessione Dominę Elisabetæ, quâ prætendunt D. Elisabetam cessisse & transtulisse in D. Christophorum auum omne ius & actionem quod & quam habebat ad hæc contentiosa dominia anno 1503. Ita vt cum agentes cōtendant se successores D. Elisabethæ, ratam habere debeant huiusmodi cessionem [b]. Cæterum in proposito ex facti circumstātijs est alia iuris ratio. Et sanè vt hoc primum dicamus hæc cessio euidenter demōstrat verum esse quod diximus, D. Elisabetam verè fuisse horum dominiorum Dominā, quî enim cedere potuisset, quod non habebat [c]? Demōstrat & redarguit quoq; confiscationis fragilitatem & debilitatem: si enim firmo, irreuocabilique iure ex cōfiscatione plenum perfectumque dominium acquisitum erat, quorsum tam sollicite extrinsecus adminiculum huius cessionis quæsitum fuit? vt autem hanc cessionē subuertamus, non ab inficiatione initiū faciemus, quasi scilicet facta non sit neq. vllum exstet illius fide dignū documentū; inartificialis enim & facti tantum est ea auersio; sed præsupponentes extare legitimum idoneumq; documentū dicimus eā cessione neq; præiudicatū Dominæ Annæ siue ius D. Elisabetæ à D. Gerardo, siue à Bernardo (nā vtrumq; in ces-
44 sione constituitur) deducas. † Non præiudicasse ex eo cōstat, quod non ipsa bona cedendo alienet, sed tantum ius, & actionem, quod cum nō latius pateat, quàm ad vsumfructū propter fideicōmissum in donatione D. Gerardi iniunctū, nihilo etiam amplius cessisse, videbitur [d], quàm vt D. Christophorus, qui iam bona occupabat & eius hęredes ab ea nullā molestiam paterētur; ita vt moriente D. Elisabeta, quia tunc cōditio & dies aduenerat, quo omne illius ius & actio exstingueretur & resolueretur, exstingueretur quoq; ius cessionarij. Cessio itaq; nihil

a l. 1. C de sent. pass. l. 2. ff eod tit.
b l. Si captiuus §. 1 de cap. & postlim. re. & Bart. in l. Si quid in bello. eod tit
c Carol. Ruinus cons. 31. nu. 11 vol. 5.
d Panorm. in c. sicut 3 de iureiurand.
e l in bello de capt & postlim. red.
f l. si quis ingenuum § in insulibus ff de capt. & postl. reuers.
g l. vlt. & Auth. resque C communia de leg. & fideicom.
h Socinus nepos cons. 174 nu. 11. vol 2. Carol. Ruinus cōs. 124. vol. 2.
i l. Statius florus §. Cornelio. De iure fisc. Castrens. in l. filius fa. §. diui. de leg 1.

a l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuet.
b l. Cum à matre C de rei vindic.
c l. decem de verb. oblig.
d l. Modestinus de solutio.

V efficit.

efficit. Et si non actionis, sed rei fuisset,
non erat hæc bona translatura nisi cum sua
causa; hoc est, cum onere fideicommissi [a]:
& sic quidem vt nisi à die mortis dominæ
Elysabetæ, Domino Christophoro vsu-
capio seu præscriptio aliqua decurre-
re potuerit [b]. † fideicommissum autem in 45
eo constituo, quod in dictis pactis dotali-
bus bona fuerint donata Elysabetæ & eius
liberis; quod ordine successiuo intelligen-
dum est, non coniunctim [c]: ita vt non sit
obscurum respectu liberorum fideicõmis-
sum esse, † quod etiam in contractu inter 46
viuos declinante ad speciem vltimæ vo-
luntatis, vt sunt pacta antenuptialia [d], qua-
tenus continent dispositionem in tempus
mortis, fieri & constitui potest. Imò etiam
sic extra speciem matrimonialis contractus
conueniri potest, vt à donatario alij vlte-
riori res restituatur [e]. Atque ita responde-
runt Oldradus [f], Angelus [g], Alexander [h],
& Decius [i]. De quo hîc dubitandum non
est propter prędictam consuetudinem Lut-
zenburgensem, quæ huiusmodi pacta susti-
net, & bona afficit. Cum igitur conditio fi-
deicommissi præstandi Dominæ Elisabetę
non defecerit; quia scilicet Domina Anna
neptis ei superstes fuerit, quæ liberorũ ap-
pellatione continetur [k]; fit quoq; vt liberè
& pleno iure alienare nõ potuerit; & in prę-
senti propter verba cessionis (quæ hãc inter-

a d. l. vlt. §. Sin autem
b d. § Sin autem.
c l Gallus §. quidam & ibi Bart. de liber. & posth.
d DD. in l. licet C. de pact. Chass. ad consu t. Burg. Rub. 11. des censes §. 3 ad v. rb & s'il advient.
e l. Quoties. C. de donat. quæ sub mo.
f cons. 139.
g cons. 179.
h cons. 84. 2. vol
i cons. 83.
k l liberorum de verb. sig.

47 pretationem patiuntur) noluerit. † Id enim
præsumitur quisq; voluisse, quod potest, &
minime id quod non potest [a]. Sane Ber-
nardi commemoratio in dicta cessione fu-
tilis omnino est: quia ab eo nihil obtinere
vel acquirere potuit Elisabeta. Nam si ve-
ra & vtilis esset in Bernardum per D. Ge-
rardum post dictum antenuptialem Domi-
næ Elisabetæ contractum facta transporta-
tio; fateri oporteret virtute eiusdem eadem
dominia ad Margaretam D. Bernardi so-
rorem delata esse: quia in euentum defi-
cientium liberorum (quod euenit) per
eandem transportationem erant donata
Margaretæ; ex cuius morte non Domina
Elisabeta mater, sed Anna filia admitti
debuisset [b]. Omnibus itaque in vnum coa-
ctis, in eo nobis subscriptis V. I. Doctori-
bus tota hęc causa residere videtur, vt con-
currentibus hic extremis, quæ ad vindica-
tionem requiruntur, nulla quoque occur-
rente exceptione, quæ penetret, & quæ vel
disputationem de dominio præripiat vel
successionem Dominorum agentium ab
Gerardo, Domina Elisabeta, ac Domina
Anna interscindat; tuto fieri possit progres-
sus in iudicio iam olim in Concilio Mech-
liniensi cæpto: exhibito scilicet libello,
qui vestigijs huius nostræ deductionis
insistat; cuius faciendi potestas est propter
integri restitutionem impetratam.

a l Lucius §. Imperator ad municip. l. si tibi § venius de ope. Lega. c. Cum à nobis de sentent. ex com.
b l. si mater. Auth. in successione. C de suis & legit.

SVMMARIVM.

Præscriptio in communi hæreditate.

1. *Liberi ipso iure censentur hæredes.*
2. *Præscriptio an sit inter suos hæredes.*
3. *Præscriptio in communi hæreditate quomodo inducatur.*
4. *Præscriptio aduersus minores difficilius procedit.*

CONSILIVM LXXV.

EXceptio præscriptionis longissimi tẽ-
poris non recte obijcitur prolibus
Ioannæ de Viuario; ex eo quod D. Gode-
fridus de Viuario dictę Ioannæ frater tri-
ginta quatuor aut triginta quinque annis
omnia Leonardi de Viuario, & Helvvigis
Titelmans bona solus possederit, & fructus
inde perceperit, nulla illorum portione, Io-
annæ, aut eius prolibus data, vel assignata.
† Nam cum æquo iure ad filios & filias pa- 1
rentum hæreditas pertineat [a], & ijs de-
functis ad nepotes, qui in locum præmor-
tuorum parentum subintrant [b]; effician-
turque hi ipso iure hæredes suorum paren-
tum, etiam sine aditione vel immixtio-

a l inter filios C. famil. herc.
b l. ut intestato Auth. in successio C De suis & legit.

ne [a]: non potest dici D. Godefridus lon-
gissimo tempore possidendo solus acquisi-
uisse, quod ipso iure sororis suæ liberis
2 quoque pro parte acquisitum fuit. † Atque
hinc est quod Iason [b] elegantibus ratio-
nibus deducat iuri immiscendi (quod suis
hæredibus competit) longissimo tempore
non præscribi, etiam si iuri adeundi tri-
ginta annis aduersus extraneum recte præ-
scribatur [c], ita vt Dominus Godefridus
initium possessionis à morte paren-
tum, suo & nepotum suorum nomini-
bus fecisse præsumatur, eandemque et-
3 iam ea cogitatione continuasse [d]. † Ne-
que enim præsumi debet dictos nepo-
tes repudiasse auitam hæreditatem; ad
hoc enim vt ex longissimi temporis cursu
fra-

a l in suis de liber. & posth. l. si matri C. De suis & legit.
b In l. licet. C. de iur. deliberandi.
c d. l. licet, & ibi DD.
d Bart in l. qui iure de acquir. poss.

fratrem relinquendo hæreditatem cõmunem apud fratrem censeatur ei renuntiasse, necesse est actum aliquẽ interuenire, vnde significatio vel repudiationis ipsius fratris non possidentis, vel in possidente voluntatis sibi soli habendi, & alium fratrem, seu sororem vel eius liberos excludendi desumi possit[a]. Alioqui sane constituendũ esset D. Godefridũ cum mala fide hãc præscriptionem inchoasse, & continuasse; quod canonica æquitas nõ permittit, præsertim in Ecclesiastico[b]. † Cum etiã patrocinium ad- 4
uersus hanc præscriptionẽ desumi possit ex pupillari & minore ætate dictarum proliũ Ioannæ, inquam non dubito incidisse delationem successionis prædictorum parentũ: sic vt aduersus eos nec inchoari, nec decurrere potuerit vlla præscriptio ante iustã illorũ ętatẽ[a]. Quo tẽpore exẽpto, existimo triginta annos ad præscriptionem idoneos ex parte hęredum testamentariorũ dicti D. Godefridi proferri non posse. Quibus etiã obstabit illud, quod D. Godefridus dictarum prolium legitimus tutor & curator (vt puto) fuerit; atq; ita contra eosdem rem cõmunem cum illis possidendo, præscribere non potuisse; ita quod dictis prolibus quæ spe, & cogitatione restitutionis perceptorum fructuum pro portione materna, aut cõpensationis suũ auunculũ non inquietarunt, contrarius euentus, & prædicti tẽporis taciturnitas fraudi esse non debeat.

a Ange. in l. recusari. De acquir. her. & Bald. c. 1. nu. 3. De benef. frat.

b c. possessor. male fid. 1. De reg. iur. lib. 6.

a l. sicut in fin. C. De præscrip. 30. anno.

SVMMARIVM.

Sententiæ nullæ executio nulla. Nullitas sententiæ vnde contrahatur.

1. *Sententia contra debitorem lata potest rectâ viâ in fideiussorem indicatum solui executioni mandari.*
2. *Appellationi futuræ renunciari potest.*
3. *Conditionale debitum ante euentum conditionis ad creditorem non pertinet.*
4. *Missio ob conditionale debitum fieri non debet.*
5. *Condemnatio quæ nullitate laborat, nullius est momenti.*
6. *Executioni sententiæ quæ nulla est resisti potest.*
7. *Nullitas ex defectu naturalis iustitiæ proueniens, etiam Principis sententiæ obijci potest.*
8. *Renunciatio exceptionum generalis, non continet exceptionem nullitatis.*
9. *Instrumentis Guarentigiatis obijci potest exceptio nullitatis.*
10. *Principali annullato annullatum quoque censetur accessorium.*
11. *Sententia appellatione non continetur quæ nulla est.*
12. *Appellatione pendente nihil nouandum.*
13. *Nullitate pendente nihil nouandum.*
14. *Appellatio & nullitas differunt.*
15. *Contradictionis appellatione non continetur nullitatis obiectio.*
16. *Pactum Rei posterius fideiussori non nocet.*
17. *Relatio nihilo plus operatur quam relatum.*
18. *Relationis nulla est vis non apparente de relato.*
19. *Sententia contra solitum Iudiciorum ordinem lata est nulla.*
20. *Notoria iniquitas quæ dicatur.*
21. *Sociorum quilibet pro parte tantum tenetur, non insolidum.*
22. *Rei debendi non fiunt nisi cum hoc aperte agitur.*
23. *Rei debendi plures quomodo simul conueniendi sint.*
24. *Solutionis modus arguit modum obligationis.*
25. *Reo vno conuento pro parte alius postea pro altera conueniri potest.*
26. *Officium suum Iudex nõ impertitur non petenti.*
27. *Reus absoluendus Actore litem deserente.*
28. *Eremodicium quando contrahatur.*
29. *Iudicia sunt absolutoria.*
30. *Sententia libello non conformis est nulla.*
31. *Sententia potest egredi fines petitionis in his quæ veniunt in consequentiam.*
32. *Societatis rationes quo tendant.*
33. *Præambula contractus repetita censentur.*
34. *Satisdatio maior quam oportet non nocet in excessu.*
35. *Subsidiarius promissor à fideiussore distat.*

CONSILIVM LXXVI.

TAmetsi longa prolixaque sit lectio
actorum inter creditores Zachariæ
Cornachini & Ioannis Vaitz Actores;
contra prędicti Ioannis fideiussores Reos,
tam in prima actione seu instantia, coram
Spectatissimus viris Constantino van Lys-
kercken ac Godefrido van Hittoren præ-
clarissimæ Ciuitatis Coloniensis Con-
sulibus; quàm in secunda coram amplissi-
mo Senatu dictæ Ciuitatis Coloniensis,
vbi nunc causa indecisa ex prouocatione
pendet: de multis tamen rebus suscepta di-
sputatio, paucos habet articulos, in quibus
causæ status & decisio consistit. Nam etsi
summa rei in eo tantum posita sit, num viâ
executiua propter sententiam Traiecti la-
tam inter Zachariam & Ioannem procedi
possit contra dictos fideiussores; deducitur
tamen in duo capita; primum an nullitatis
vitio laboret sententia Traiecti lata; se-
cundum an fideiussoria obligatio tam late
pateat, quam creditores contendunt. Qui-
bus duobus capitibus discussis, vltrò sese
offeret totius causæ decisio. Et sanè omni-
bus perpensis in ea sumus sententia, credi-
torum intentionem, præsertim modo ac
forma quibus proposita est, sustineri non
posse; ideoque minus rite ac rectè per sen-
tẽtiam dictorum Dominorum Consulum,
permissam esse creditoribus executionem
sententiæ Traiecti latæ. Officium proinde
dicti Amplissimi Senatus esse, vt reuocatâ
priore Dominorum Consulum sententiâ,
fideiussores absoluant à proposita conclu-
sione, aut saltem ab instantia. † Videntur 1
quidem principio, quædam creditorum in-
tentioni suffragari; veluti quod sententia
contra R eum principalem lata, rectâ viâ si-
ne alio iudicio aut processu, implorato tan-
tum iudicis officio, executioni mandari
possit contra fideiussorem, qui pro iudicato
seu iudicando cauit [a]: ita vt cum ex instru-
mento fideiussionis constet dictos fideius-
sores promisisse solutionem illius, quod per
sententiam aut concordiam declaratum e-
rit, Ioannem Vaitz debere, & præterea cõ-
sensisse quod in euentum condemnationis,
consules Colonienses executionem huius-
modi promissionis, ac condemnationis fa-
cerent, accedente Iudicum Traiectensium
requisitione, de exequendo nihil videatur
obstare, quo minus eadẽ executio fieri de-
debeat, † præsertim attenta Ioannis Vaitz 2
promissione Traiecti facta, in quâ contine-
ter quod promittat creditoribus satisfacere
id in quo per primi Iudicis sententiam con-
demnatus erit, sine appellatione aut con-
tradictione. Ea enim clausula remouere
videtur suspensionem executionis ob ap-
pellationem à Ioanne interpositam & ad-
huc pendentem: renunciari namque potest
3 futuræ appellationi [a]. † Cæterum nihil his
obstantibus, in alia conditione nobis vi-
detur esse dictorum fideiussorum causa; id-
eoque promptam, paratamque executio-
nem aduersus eos nondum vrgendam, sed
differendam in tempus seu euentum con-
ditionis, quæ fideiussioni inserta est; hoc
est, cum per sentententiam vel transactio-
nem declaratum erit, quid quantumque
Ioannes soluere debeat; quæ enim à condi-
tione suspenduntur, ea pendente pro eo
sunt ac si non sint [b]; & quod sub conditio-
ne, aut incertum tempus (quod pro condi-
tione est [c]) promittitur non ante ad nos
pertinet, quam conditio exstet [d]; nec prius
promissor conueniri potest, quia debitor
4 nondum est [e]: † vsque adeò vt nec missio in
bona, latitante conditionali debitore con-
cedi possit ante conditionis euentum [f].
Quod autem neutra dictarum conditio-
num euenerit ita deducitur, quod de con-
cordia, seu de transactione, nihil proposi-
tum sit; vti etiam reuera inter Zachariam
& Ioannem nulla intercessit: at nec sen-
tentia quæ conditionem à qua suspensa fuit
promissio, purificat. Nam etsi ex certifi-
catione à Iudicibus Traiectensibus in-
den Vroenhoeue obtenta, & in prima in-
stantia hic exhibita, videatur constare
de sententia quâ Ioannes condemnatus
sit soluere omnibus creditoribus, idque
etiam reuera contineat breuiculum eius-
dem sententiæ: tamen quia ea sententia
nullitatis vitio affecta est (vt paulo post
aperte deducetur) vim, potestatem, aut
formam sententiæ obtinere non potest.
5 † Condemnatum namque accipere debe-
mus eum, qui ritè condemnatus est, vt sen-
tentia valeat; alioqui si aliqua ratione sen-
tentia nullius momenti sit, dicendum
est condemnationis verbum non tene-
re [i]: sic quod sententia nulla, nomen sen-
tentiæ non mereatur, nec iuris aut rei iu-
dicatæ effectum aut authoritatem ha-
6 beat [h]; † executioni quoque mandanda
non sit [i], imo si temere & de facto lata
7 est retractari debet [k]. † Sic vt possit hu-
iusmodi nullitatis exceptio etiam sen-
tentiæ Principis, seu sacri eius auditorij
objici, quoties nullitas non ex solemni-
tatis alicuius omissione committitur,
aut in iure commentitio seu naturali con-
sistit, sed cum in iure naturali pecca-
tur [l]; veluti ob omissam citationem, aut
condemnationem eius quod petitum non
existit, aut cum alius defectus admit-
titur, quo causæ cognitio & naturalis
8 iustitia eradicatur [m]. † Et quod omnium
maximum est, qui generaliter nullas ex-
ceptio-

a Bart in l. 1. nu. 2. ff Iudic sol.

a l 1. § Si quis ff. Quibus appell. nõ licet. l. vlt §. vlt. C. de temp. appel.

b l is demnum §. vlt. de reg. iur.

c l. 1. de condit. & demonstrat.

d l si ita scriptum sit §. 1. de leg 2.

e l Fulcinius § si in diem Quib. ex caus. in poss. ea l. si quis fundum in fine de contrah empt.

f d § si in diem.

g l. 4. §. condemnatum de re iud.

h clem. pastoralis de re iud.

i Ias in d §. Condemnatu in princ. & nu 4.

k l. si cum nulla. de re iud. l. vlt. C. si ex fal instru. Ias. d. nu. 4.

l Mathæus de afflictis decis. 283. nu. 7. Paulus Parisius cõs. 118. Dominus Luchinus nu. 1. vol 1.

m Imola in c. quæ in Ecclesiarum de constitut.

ceptiones vel objicere promisit, seu generaliter quibuscumque exceptionibus renunciauit, potest nihilominus opponere exceptionem nullitatis [a]. † Et quod 9
rei propositæ proximum est in instrumentis paratam executionem habentibus, quæ vulgo Italica voce *Guarentiziata* vocantur, in quibus plerumque sunt longe pregnantiores magisque constringentes ac promptissimam executionem inducentes clausulæ, quamuis in illis contineantur generalissimæ omnium exceptionum renunciationes, tamen exceptio nullitatis nunquam censetur exclusa, nisi etiam illa specifice in renunciatione expressa sit [b]. Et non tantum proponi potest de nullitate ipsius contractus seu promissionis, in quâ generales illæ renunciationes continentur; verum etiam de nullitate illius, ad quod velut accessorium venit, & adiungitur huiusmodi præcisa promissio, hoc est, in casu proposito, de nullitate sententiæ ad quam se refert dictorum fideiussorum promissio, & à cuius euentu velut à conditione suspenditur dictæ promissionis effectus. † Annullato namque 10
vel rescisso principali contractu, seu actu, annullata & rescissa censetur quælibet clausula habens se per modum accessorij ad ipsum principale [c]. Quinimo etiamsi in dicta promissione hoc expresse cautum esset, quod aduersus huiusmodi promissionem non posset opponi exceptio nullitatis, non posset tamen videri exclusa obiectio nullitatis; quæ resultat ex facie, & tenore ipsius contractus [d]. † Et sic quia hæc promissio facta 11
est in casum sententiæ condemnatoriæ, tenor & facies contractus requirit sententiam; cuius appellatione & pronunciatione intelligitur valida, non ea quæ nulla est [e]. Ita vt exceptio nullitatis hîc obiecta, non tam tandat, contra promissionem fideiussorum, quam ipsam sententiam quæ in conditione promissionis posita est; eâque consideratione respectu promissionis præfati Rei tuti sunt exceptione intentionis & facti; quasi scilicet Actores ex nondum nata actione agant; hoc est, ex conditionali promissione, conditione nondum purificata [f], & ex quâ si temere & per errorem facta fuisset solutio soluenti daretur indebiti condictio [g] multo magis igitur retentio [h]. Atque ita cum vis & effectus dictæ promissionis dependeat à validitate sententiæ, fit vt propter eiusdem sententiæ nullitatem euidentem, atque ex prima lectione actorum apparentem, nulla adhuc vis constitui possit, nec potestas agendi. Sic quod Actoribus quo-

a Doct. in l. 1. §. & parum Quod vi aut clam. Anto. de Cana in tract. de execut. instr. quæst. 4 & 11. Late Ludo. Rom. cons. 42. vis. 1 qua egregie.

b Anto de Cana d. quæ 4. & 11.

c Ludo Romanus d. cõs. 42.

d Ludo. Romanus d. cõs. 42. nu. 5.

e l. 2. § quod ait prætor. Qui satis. cogan. l. nõ putaras §. nõ quæ ius. de bon. poss. contr. tab. & 9. condemnatum

f d. l. Iulianus §. si inde m l. cedere diem de verb. signif.

g l sub conditione, de cond. ll inde b. si.

h l. Iannitus 9. 1. de re iud.

que obijci possit attentati & innouati exceptio seu vitium, ob id quod pro parte, Ioannis Vaitz dictum ac propositum sit de nullitate dictæ sententiæ, atque etiam ab eadem quatenus necesse erit ap-
12 pellatum. † Quemadmodum autem appellatione interpositâ, & pendente nihil innouandum & attendandum est [a]; ita nec pendente nullitatis iudicio [b], idque tam aduersus fideiussorem iudicatum solui, quàm Reum principalem [c]. Nec in contrarium facit quod Ioannes Vaitz in sua promissione adiecerit **Son der Appellatie oft Contradictie**, hoc est, absque appellatione aut contradictione.
13 † Nam in primis huiusmodi renunciatione non continetur exceptio aut propositio nullitatis; quia strictè accipienda est, vt nihilo plus comprehendat quam expri-
14 mit [d]. † Appellatio enim & nullitas diuersa iuris remedia sunt, ideoque vno remoto manet impedimentum ex altero [e];
15 † Et sub verbo contradictionis contineri non potest specialis hæc nullitatis obiectio; non magis quam sub generali quarumcumque exceptionum renunciatione, vti
16 superius diximus. † Deinde diligenter aduertendum est, quod ea Ioannis renunciatio facta est post promissionem fideiussorum, videlicet decima nona Ianuarij cum fideiussio iudicatum solui antecesserit septem diebus videlicet 13. Ianuarij, ante quam Ioannes talem renunciationem nondum fecerat. Iam vero constat posteriorem principalis rei pactionem, fideiussori non obesse [f]. Neque ad rem facit, quod instrumentum fideiussionis in hac causa exhibitũ dictâ renunciatione Ioannis sit posterius, videlicet de 26. Ianuarij: nam quamuis illa posterior sit, non est tamen relatoria ad prædictam Ioannis subsequentem promissionem, sed ad priorem ipsorum fideiussionem factam 13. Ianuarij, sub qua nulla ratione comprehendi potest, prędicta Ioannis subsequẽs renunciatio; quia de illa
17 tunc nõdum cogitatum erat [g]. † Et sic cum dicta secunda fideiussio tantum sit confirmatoria, & relatoria ad præcedentem, nihil amplius continere, quàm illa potest; nec maiores effectus operari, quia relatum inest referenti cum omnibus suis qualitati-
18 bus & conditionibus [h]. † Quæ quidem relationis cõsideratio aliud præterea (quod non leue mom̃etum in proposito habet) ad impediendã ex eadem promissione promptã executionem operatur, quod videlicet instrumentum posterioris fideiussionis, & promissionis sese referat ad prędictã pręcedentem fideiussionẽ; de qua tamen in actis nusquam constat: sic vt ob defectum relati, instrumentum referens plenum effectum

a l. 1. nil. noua appellat. pendent.

b Bart. in l. 1. C. Quand. pro non est necess.

c l. cum apud ff. Iudic. solui.

d Bald. in l. 1. de edict. diui ad. toll. Decius cons. 379. Requisitus nu 3.

e l. Si non lex & ibi Ioannes de Imola de hered. instit. Guid. Pap. quæst. 38. Salyces in l. fi. C. de appell.

f l. vlt. de pactis.

g l. sed & si quis §. quæsitum & ibi doct. ff. si quis cautio.

h l. asse toto de hered. instit. l. si ita scripsero de condit. & demonstra. & vtrobiq. Bart. & alij.

operari nequeat [a]; neque possit procedi ad
executionem eius, quod per omnia liqui-
dum non est. Proinde relinquitur quod ob-
stante hoc duplici impedimento inefficaci-
ciæ scilicet promissionis ob non purifica-
tam conditionem, & nullitatis sententiæ
quæ in conditione promissionis seu fide-
iussionis est posita, nulla ratione procedi
possit contra fideiussores via executiua.
Restat igitur vt prædictam sententiæ
Traiecti latæ nullitatē deducamus. Eam
autem duplicem constituimus videlicet
primo ex euidente & intima iniustitia; se-
cundo ex cognitione seu actis; vtraque e-
nim parem vim habet. † Nam vt sententia 19
contra solitum iudiciorum ordinem lata
ipso iure nulla est [b]; ita quoque si euiden-
ter iniqua sit, ideoque mera nullitas, & no-
toria iniquitas seu iniustitia parem effe-
ctum ad annullandam sententiam habent [c].
† Notaria autem habetur illa iniquitas seu 20
iniustitia, quæ ex eorundem actorum, ex
quibus lata est sententia inspectione sine
scrupulosiore aut altiore indagine statim
velut manibus & pedibus deprehendi-
tur [d]. † Iam vero cum ex actis Traiecti ha- 21
bitis constet Ioannem & Zachariam socios
vnius negotiationis monetariæ, communi
lucro & periculo, omnia egisse & contra-
xisse, & sic se creditoribus obligasse, non
potest non dici iniqua illa sententia, quæ
velut exonerato Zacharia, onus soluendi
totius æris alieni in Ioannem reiecit; cum
cessante etiam hac speciali pactione inter
eos imposita, ex natura societatis diuiden-
dum sit inter eos onus debiti, & pro parte
sua quisque conueniendus [e]; præsertim
quod respectu societatis & sub mentione
societatis contracta sunt omnia prædicto-
rum creditorum nomina: ita vt cum dua-
bus personis contrahere eos voluisse liqui-
dissimum sit, † & quia expresse actum non 22
fuit, vt essent duo rei in solidum obligati,
singuli tantum pro parte, non singuli in so-
lidum obligari aut conueniri potuerunt [f],
multo minus condemnari. † Quæ quidem 23
obligationis pro parte & virili vtriusque
diuisio fuit omnino ex mente & intentio-
ne ipsorum creditorum; qui orta conten-
tione inter Zachariam & Ioannem ex oc-
casione, iniuriarum, & vtroque per credi-
tores recommendato nullam fecerunt ij-
dem creditores petitionem solidi ab vno,
neque à duobus coniunctim, sic quod vno
soluente alter liberaretur, vti debet agi
aduersus duos Reos debendi [g], sed petie-
runt cautionem seu satisdationem à singu-
lis non pro solido debito, sed pro dimidia
parte debiti his verbis, **Dat yegelijck
van hen borghen stellen soude voor die
helft vander Schult der crediteuren**, hoc

a Auth. si quis in aliquo C. de edendo.
b l. Prolatam C. de sentent.
c c. inter ceteras & ibi Felyn. & alij de sent. & re iud. Curt. in l. sub prætextu. C. de trāsact. Hieronymus Gratus consi. 80. & si prima facie num. 11. vol. 2.
d Nota in l. 1 de no. oper. nuncia. & in c. Significauerunt de testibus.
e l. omne æs alienum pro socio. Petrus de Vbaldis in tractat. de duobus fra. part. 9 nu. 1. & 4.
f l. Reos 6. cū in tabulis, de duobus reis.
g Bart. in auth. hoc ita nu. 21. C. de duobus reis.

est, quod singuli illorum fideiussorē cōsti-
tuerēt pro medietate obligationum credi-
24 torum. † Vt enim ex solutionis receptio-
ne, ita quoque colligitur expetitione quæ
in ambiguo & obscuro fuerit creditoris in
contrahendo volūtas, atque intentio. Quæ
quidem petitionis formula hoc quoque ef-
ficit, vt quamuis ab initio in vtroque soli-
da obligatio radicata fuisset, vti ex Bar-
toli sententia [a] facile fieri potest, cum per
vnum exercetur negotiatio, aut socij sepa-
ratim negotiantur; tamen per hanc formu-
lam petitionis, diuisa ademit Iudicibus
Traiectensibus potestatem vnum in soli-
dum condemnandi, & creditoribus solidū
25 postea ab vno exigendi. † Quamuis enim
cum ab vno ex duobus Reis pars tantum
petita est, licet postea etiam post condem-
nationem alteram partem ab eo petere [b]:
proposita tamen & diuisa petitione contra
vtrumque simul, (vti hic accidisse videtur)
non licet postea solidi petitionem in vnum
conijcere [c]; quasi per diuisionem petitio-
nis pactione quadam, solidi exactio ab v-
noquoque remissa sit [d], vt manifestissimum
sit notorie læsum, & nimis euidente iniu-
stitiâ, nescio an gratiâ quoque, oppressum
fuisse præfatum Ioannē, dum per sentētiam
eius humeris onus imponitur, ad quod ne-
que obligatus erat; quod à creditoribus nō
petebatur; & ad quod eum condemnari Za-
charias nūquam contenderat; vti iam mox
dicemus. Altera nullitas ex actorum con-
ditione quæ tamen à notoria iniustititia
non bene separari potest, (vt ex infradicē-
dis constabit) est quod sententia prædicta
Iudicum Traiectensium sit lata extra litem
& conclusionem propositam. Et primo
quidem si ad creditores referenda est hæc
sententia, quasi illis condemnatus sit Ioan-
nes solida debita soluere, ex eo erit nulla,
quod in ea lite nullæ fuerunt creditorum
partes, eorum nomine nullū fuerit iudiciū
institutum, nulla proposita petitio aut con-
clusio, præter prædictam cautionis seu fi-
deiussionis exactionem; qua obtenta credi-
tores lite abstinuerunt, & nullum omnino
actum iudicialem fecerunt. Ita vt plusquā
nulliter condemnatus dici debeat Ioannes
ijs quorum nomine nihil petitum fuit, aut
si quid petitum fuit, id non ad integra & so-
lida debita, sed ad partem virilem, hoc est
26 dimidiam, referendum est. † Nulla enim
est occasio cur Iudex non petenti officium
suum in cōdemnando vel absoluendo im-
pertiri debeat, aut possit [e]. Et sic respectu
creditorum qui in iudicio non fuerunt to-
ta causa atque subsequuta sententia claudi-
caret; quia sine Actore nullum iudicium
27 intelligitur, nec vlla sententia [f]. † Imo
Actore semel comparente, & petitionem
suam

a in l. eandē nu. 9. de duobus reis.
b l. Reos C. de fideiuss.
c l. liberum fuit C. de fideiuss.
d l. si creditores C. de pactis gl. ff. in d. l. liberū fuit.
e l. 4 §. hoc autem de damno infecto. & ibi Bart. No. in l. vnica C. vt quæ desunt aduocat. part.
f c. Forus de verb. signif.

ſuam proponente, ſi litem deſerat abſoluendus, non condemnandus eſt Reus [a]. 28 † Neque ad rem facit quod ſatis videatur conſtare de iure & credito dictorum creditorum quo caſu etiam pro Actore Eremodicium contrahente, ſeu ſe abſentante, ferri poteſt aduerſus Reum condemnatoria ſententia [b]. Nam requiritur ſaltem formalis, quæ deſertionem antecedat, petitio quam diximus pro parte creditorum nunquam propoſitam fuiſſe; ſed tantum petitionem fideiuſſionis quæ ſatiſdatione facta omnino reſoluta fuit. 29 † Abſolutoria enim ſunt iudicia ſatisfacto aut præſtito eo quod petebatur [c]. Deinde quamuis propoſita fuiſſet, tamen pro parte creditorum liquidatum non fuit quis omnia ſolueret. Sin autem ad Zachariam referatur, perinde eſt nulla; ob id quod concluſioni per Zachariam propoſitæ & controuerſiæ ac cauſæ quam coram dictis Dominis Iudicibus Traiectenſibus Zacharias & Ioannes introduxerāt, nulla ratione quadret. Nam in omnibus concluſionibus quas Zacharias omnibus ſcripturis (quę vt minimum quatuor ſunt) in ea cauſa ſubiecit, ad aliud non concludit, quam vt Ioannes rationes reddat, & exhibitæ rationes velut imperfectæ reijciantur; conſtanter ſemper in eadem petitione perſeuerando, nullo verbo propoſito, de toto onere debitorum in ſolum Ioannem ſimpliciter vel prouiſionaliter reijciendo. Quibus concluſionibus conformes quoque ſunt contrariæ concluſiones pro parte Ioannis propoſitæ; in quibus nullum verbum de hoc onere, in Zachariam reijciendo; præterquam quod in nouiſſima ſcriptura id petere videatur: ſed quia illa ſcriptura per Iudices reiecta eſt, nulla eſt illius habenda ratio; & eo ceſſante quia tota contentio cæpta eſt à petitione faciendarum vtrimque rationum, ut liquidatis ijs conſtaret vter reliquator eſſet, & pro modo reliquationis plus vel minus quiſque ſoluere teneretur, non potuit ad cōdemnationem totius debiti in vna perſona perueniri niſi ijs rationibus liquidatis. 30 † Iam vero certiſſimum eſt quod ea ſententia, quę libello & petitioni cōformis non eſt, & quæ propoſitæ controuerſiæ materiam & limites egreditur, prorſus & ipſo iure ſit nulla [d]; vſque adeo vt ſtultitiæ ac fatuitatis arguatur, qui extra petita condemnat [e], & perinde ineptè, vt qui ad non interrogata reſpondet [f]. Et rectè: nam ea in parte non videtur adhibita cognitio, nec parti condemnatæ data ſua defenſio; ex quibus cauſis naſcitur, velut ex naturalis iuſtitiæ defectu omnimoda nullitas. Quid enim intereſt, non vocetur quis ad iudicium aut abſens, & inauditus condemnetur, an vocatus atque alterius rei ſeu cauſæ defenſione ſuſcepta, alterius fiat cōdemnatio? 31 † Nec ad rem facit quod condemnatio de ſoluendo omnibus creditoribus videatur venire in conſequentiam prædictarum rationum; quo caſu permiſſum eſt iudici egredi limites petitionis [a]: 32 † nam id proprie dici non poteſt, cum rationes ſociales eo tendant, non vt vnus ſolus omnia debita ſoluat, ſed vt alter alteri præſtet quanto plus ex ſocietate percepit, & vt debita communiter ſoluantur [b]. Et quamuis eo interdū perueniatur, quod reliquator debita in ſe ſuſcipiat; id tamen fieri non poteſt niſi rationibus conſolidatis & concluſis: quod hic factum non eſt. Nam contrarię viæ inſiſtentes prędicti Iudices, prius condemnarunt Ioannem ad ſolidi debiti ſolutionem, rationum liquidatione & reſeruatione in poſterum reſeruata, effectum cauſæ præponentes. Quamuis igitur reiectio ſoluendi totius debiti in vnum fieri poſſit; non poteſt tamen niſi cauſa reiectionis comperta; hoc eſt cum ex concluſione ac conſolidatione rationum liquido conſtat, tantundem illum debere, quantum de portione ſocij in eum reijcitur. Sanè prouiſionalis ſententiæ, quaſi ſcilicet per modum prouiſionis, ne creditorū exactiones differentur, ratio hic nulla eſt; tum quia nemo prouiſionalem, & velut fiduciariam hanc ſolutionem petijt [c]; tum quia nulla eſt ratio cur vnus totum hoc onus prouiſionaliter ſuſtinere debeat, quod quatenus creditores concernit conſtat vtrumque æquis & virilibus portionibus debere: ſic quod vtrumque non alterum ad hoc condemnare debuiſſent, ſi ante ſententiam diffinitiuam per modum prouiſionis creditoribus conſulere voluiſſent. Supereſt alterum ſpeciale propoſitæ rei caput; num ſcilicet ceſſante ſententiæ nullitate, tam latè pateat, dicta promiſſio, quod illius virtute, ſtatim perueniri potuerit ad dictæ ſententiæ executionem? Et paucis dicimus quod non: 33 † nam quæ ab initio à dictis fideiuſſoribus facta eſt promiſſio (ad quam ſeſe refert, & ex qua reſtingitur poſterior in hac cauſa exhibita) accipienda eſt ſecundum petitionem creditorum, qui à Ioanne & Zacharia petierunt tantum ſatiſdationem pro cuiuſque dimidia parte, qua ſimplex & indeterminata ſubſequens ad ſtipulationem reſponſio ac promiſſio ſecundum ipſam ſtipulationem accipienda eſt [d]; vti etiam repetita contractus præambula cenſentur [e]: præſertim quod Ioannes ipſo iure (vti ſuperius deductum eſt) amplius quam pro dimidia parte non obligabatur; nam alioqui fideiuſſoria obligatio plus contineret quàm principalis; quod

a *Auth. qui ſemel in fine C. quomodo & quando iud.*

b *l. properandum §. & ſi quidem C. de iudic.*

c *§. fi. inſtit. de perpet. & tempor. except.*

d *l. vt fundus. communi diuidundo c. licet hely de Symo & ibi late Fely.*

e *l. vlt. C. de fideicom. liber.*

f *l. 1. §. Si quis ſimpliciter de verb. oblig. l. de ætate §. quod autem ff. de interrog. act.*

a *Bald. in d. l. vlt C. de fideicom. liber. Fely. in d. c. licet hely nu. 20.*

b *l. omne as cum l. ſequenti ff pro ſocio.*

c *l. 4. §. hoc autem de damno infect.*

d *§. præterea inſtit. de inutil. ſtipul.*

e *l. Titia §. idem reſpondit de verb. oblig.*

a l. Gratis §. illud de fideiuss.

b l. Sed & si quis § fin. in fin. si quis cauto.

permittendum non est[a]. Sic quod hac ratione propter litem vltra semestre perdurantem, nisi dimidium debitorum ad summum peti possit: † etsi enim per ignorantiam pluris satisdatum esset, quam oporteret, in excessu nihil noceret[b]. † Deinde vt aliquo modo donemus conditionem promissionis euenisse, dictamque sententiam tenuisse, & nullitatis scabie non laborare: nihilo tamē magis, hactenus vrgendi fuerunt fideiussores, nec adhuc vrgeri poterunt, antequam per distractionem eorum, quæ in officina monetaria in argento infecto, semento, alijsque instrumentis inuenta sunt constet, quantum debitorum reliquum sit: quia scilicet ea distractio per sententiam Traiectensium ordinata est, ac per speciale decretum præfatorum Dominorum Consulum sic interpretata & confirmata. Ita vt ex virtute sententiæ, ac dictæ interpretationis seu confirmationis constet dictorum fideiussorum obligationem velut subsidiariam esse; ideoque quemadmodum subsidiarius fideiussor, qui promisit soluere, quanto minus creditor à debitore consequetur, conueniri non potest, nisi primum debitore excusso[a], sic vt ante hāc excussionem agendo, malè agat, atque in expensis condemnari debeat[b]; in quo distat subsidiarius fideiussor, ab alio simpliciter accepto, qui recta via potest conueniri non excusso principali, quamuis exceptione ordinis adiuuari possit[c]: ita quoque in proposito male, & præmaturè vrgetur executio ante dictarum rerum distractionem. Finem itaque facientes in eo consistimus per Amplissimi Magistratus Coloniensis sententiam retractādam esse præfatorum Consulum sententiam, præmaturam executionem aduersus fideiussores, permittentem; & declarandum creditores in sua potitione non esse fundatos cum condemnatione expensarum.

34 35 (margin numbers beside "ignorantiam" and "Deinde vt")

a l. vlt. si certum petat l. si decem de solut.

b Castr. Alciatus & alij in d. l. vlt.

c l. 3. cum authen. seq. C. de fid. iuss.

SVMMARIVM.

Sententiæ executio.

1. *Cessiones quarumcumque actionum fieri possunt.*
2. *Iudicati actio cedi potest.*
3. *Paupertas effectum iudicati non tollit.*
4. *Cessionario obyci possunt, quæ cedenti obyci poterant.*
5. *Facti quæstio ad Iureconsultum non pertinet.*
6. *Testibus extra articulata deponentibus non creditur.*
7. *Testes rogatos esse oportet in actu liberatorio.*
8. *Falliti fide carent.*
9. *Probationes quomodo sint arbitrariæ.*
10. *Obligatio conditionalis actionem non dat.*
11. *Obligatio sub modo exactionem non dat, nisi modo impleto.*
12. *Pactum de non petendo non tollit actionem.*
13. *Cauere non debet qui sententiam exequitur.*

CONSILIVM LXXVII.

EXaminatâ diligenter causâ, quæ primum per Magistratum Antverpiensem definita, & nunc per reformationis viam in amplissimo Concilio Brabantiæ introducta est, inter Adamum van Cleermont, & Henricum Vlen Actores reformātes; ac Ludolphum Mechelman Reum opponentem, deprehendimus dictum Magistratum neque æquam, neque rationi cōsentaneam sententiam pronunciasse: pronunciando scilicet Actores malè, & præmaturè petijsse executionem sententiæ per quam 24. Decembris anno 1555. Ludolphus Emondo Dopgieter in summa 1300. librarum Flandriæ atque in expensis & interesse condemnatus fuit. Quæ condemnationis formula cōtradictionem aliquam implicare videtur: nam cum hæc coniunguntur, in illa malè ac præmaturè actum esse, ancipitem faciunt sententiam, vt non satis percipi possit, plane absolutoria, an vero dilatoria tantum sit sententia. Ad illud facit dictio qualijck, hoc est, malè & præterea delatio iuramenti (sub cuius conditione hæc sententia lata est) super eo facto quod probatum argueret Emondi plenariam absolutionem, liberationem, seu remissionem, & pactum de non petendo. Ad hoc tamen apertius tendit dictio *præmaturè* quæ non deficientis iuris, sed celerius propositi significationem facit. Cum igitur existemus neque ius ex parte Actorum deficere, neque tempore, vel alia ratione plus petitum aut præmaturius actum fuisse, breui deductione id aperiemus. † Ius
1 Actorum in proxima causa metimur ex cessio-

cessione Emondi Dopgieter, quæ octauo
prope anno post latam sententiam 6. Iulij
1563. facta est per dictum Emondum; pro-
ut etiam iure permittente fieri potuit.
Omnium enim ferè actionum, tam perso-
nalium quam realium cessiones permissæ
sunt [a]; non tantum vt exerceantur, & in
iudicium deducantur, sed etiam exercitæ
ad executionem perducantur. † Vnde a- 2
ctio in factum ex re iudicata, vtique cedi
potest à victore [b]: imò generaliter omne
ius executiuum [c]; & cessâ quacumque a-
ctione, quæ habet ius paratæ executionis,
cessionarius illud exercere poterit [d]. Et
ne ex defectu iuris cedentis collabatur ius
cessionarij, constat de iure Emondi ex cla-
ra & liquida sententia, quæ nulla appella-
tione suspensa 24. Decembris anno 1555.
lata est. Nec quicquam ius Emondi immi-
nuit plurium annorum ex die latæ sen-
tentiæ decursus: nam tempus non est
modus tollendæ obligationis [e], nisi sit
longissimum 30. vel 40 annorum [f] † Ne- 3
que obscurum est quod ob paupertatem
Ludolphi, executionis dilatio facta fuerit;
quæ paupertas inanem quidem respectu ef-
fectus facit actionem [g]: sed tamen non tol-
lit, nequidem flebili cessionis bonorum
remedio interposito [h]. Cur igitur præma-
turè ac malè egisse declarati sunt Actores
ex allegationibus Rei, quibus coram di-
cto Magistratu ad effugiendam paratam
executionem vsus est, nihil occurrit, quam
quod Reus dictis cessionarijs obiecerit in
effectu pactum de non petendo, quod vno
anno fere ante cessionem sibi per Emon-
dum factum esse prætendit; quod non mi-
nus cessionarijs, quam cedenti si ipse egis-
set obstare ac nocere debet. † Nam gene- 4
raliter verum est, quod exceptiones quæ
cedenti obijci possunt, cessionario quoque
rectè obijciantur [i]; præsertim quæ ipsa ces-
sione antiquiorem originem habent. In al-
legationibus autem quas maiore molimi-
ne in hac instantia congessit Reus, quæ-
dam occurrunt quæ dilatoriam exceptio-
nem præbere, & quorum respectu Actores
prematurè egisse videntur: veluti quod
pro executione iudicati cautum non sit,
quod Emondus ex sua parte sententiæ pro-
uisionali non paruerit; hoc est, syngraphas
neque pelles Zebellinas iure pignoris tra-
ditas, secundum tenorem sententiæ non
restituerit. Ita quod cum vtrimque tam ex
parte Actoris, quam Rei aliquid facien-
dum sit, impediatur exercitium actionis,
quamdiu ex parte sua non impleuit [k]. Et
denique quod Emondo in solutum dede-
rit aureos & argenteos pannos. Sed hæc
diligenter excussa, neque perimendi neque
differendi potestatem habere deprehen-

a l. per diuersas C. mandati ff & C. de hared. vel act. vend.
b l. si heres l. in hoc iudicio ff famil. h.r. cisc.
c l. 2. C. de contract. iudic. Francisc. Ariti in l. 1. si certum peta. Laurēt. Calca cons. 18. pro parte hospitalis.
d d. l. in hoc iudicio & ibi Odofred. Baldus in sua Margarita in dictio cedere vers. cessio potest fieri.
e l. obligationum fere §. placet. de act. & oblig.
f l. sicut l. omnes C. de præs. 30. vel 40. annorū.
g l. nam is. de dolo.
h l. 2. C. qui bo. ced. poss.
i l. qui in alterius & ibi Decius. & alij de reg. iur.
k l. Iulianus § offerri de act. empt.

5 duntur. † Nam quod attinet ad pactum il-
lud liberatorium duplex incidit disputa-
tio facti & iuris, & in vtraque improbabi-
lis est Rei conuenti causa. Et facti quidem
quæstio in probatione hæret, cuius defini-
tio quamuis ad Iurisconsultum non perti-
neat, eâque incidente soleat Aquilius Gal-
lus Consultores suos ad Ciceronem; hoc
est, oratores, & aduocatos remittere; labo-
rabimus tamen vt demonstremus Reum vt
iure, ita quoque probatione destitui. Ad
quod primum assumimus comparationem
allegationis seu formulæ, quâ huiusmodi
exceptio proposita & obiecta est, & depo-
sitionis, testimoniorumque testium, qui ad
eam probandam inducti sunt: ita vt si hæc
non consonent, si inter hęc non sit sympho-
nia, primus constituatur gradus imperfe-
ctæ probationis & suspicionis tam ex parte
allegantis, quam testimonium dicentium.
Proposuit Reus quod Edmondus propo-
suerit eum ratione rei iudicatæ non mole-
stare, neque executione premere, nec pre-
mi facere, sed illum exoneratum relinque-
re; sed quod ex aduerso teneretur Reus di-
ligentiam suam facere in prosequendis qui-
busdam obligationibus, quarum in dicta
sententia fit mentio; quæ confectæ sunt
sub nomine Antonij de Zelandre, & per
Nicolaum Nicolai subscriptæ. Quod Reus
acceptauit, promittendo facere, prout et-
iam illud insequendo fecit; diligentiam
offerens adhuc illam facere. Testes duo qui
ad hoc probandum inducti sunt, pluri-
mum ab hac formula recedunt. In primis
enim Rudolphus initium huius pacti libe-
ratorij constituit in illis verbis, quæ
Mechliniæ his testibus audientibus Ed-
mondus protulisse dicitur. At hi duo te-
stes aperte dicunt Ludolphum initium ser-
monis ad Emondum fecisse à commemo-
ratione ac refricatione præcedentis alte-
rius alicuius conuentionis, per quam super
executione dictæ sententiæ, & assistentia
facienda in prosecutione quinque obliga-
tionum inter ipsos prius conuenisset, de
qua præcedente conuentione Reus nul-
lum verbum obijcit. Secundo Reus pro-
ponit de simplici absolutaque promissione
de non molestãdo nec exequendo nec exe-
qui faciendo, sed exoneratum relinquendo
Reum: testes aliter de promissione de non
molestando in iudicio. Tertio Reus velut
pro modo constituit promissionem suam
de facienda diligentia in prosecutione di-
ctarum obligationum: at prior testis velut
pro exceptione promissionis per Edmon-
dum factæ, & reciproca sequente promis-
sione Ludolphi, constituit hæc verba, quæ
secundus testis pro initio totius huius con-
uentionis constituit; quod prius scilicet
dictum

dictum fuerit de facienda diligentia, quod
ex obligationibus prætactis pecunia con-
ficiatur, & quod eam ob causam Ed-
mondus dixerit ac promiserit, quod
per iudicium ei amplius molestus non es-
set. Ita vt non tantum inter assertionem ac
allegationem Rei, & inter testimonia sit
magna discordia, sed etiam testimoniorũ
inter se: quæ discordia fidem testimonijs
detrahit † Quatenus enim dissi dent ab al- 6
legatione, fines allegatorum & articulato-
rum excedunt; at testibus extra articulata
deponentibus, fides adhiberi non debet[a]:
Quatenus à se dissident, & inter se discor-
dant, seu variant, sibi inuicem fidem detra-
hunt[b]; præsertim in re quæ tanti momen-
ti est, & in qua pro nuda opera persequen-
darum aliarum obligationum, nemo præ-
sumeretur velle remittere paratã exactio-
nem & executionem 1300 librarum gros-
sorum[c]. Ita enim probabilis efficitur præ-
sumptio si cum veritate concurrat, hoc est,
si verisimilis est[d]. Deinde qua ratione in
animum inducere quisque posset præsum-
ptionem veritatis huiusmodi testimonio-
rum super actu ad quem neque adhibiti ne-
que rogati sunt hi testes. † Quamuis enim 7
regulariter verum sit ad fidem rei gestæ fa-
ciendam, testes etiam non rogatos proba-
re[e], in liberatorio tamen actu, veluti in
solutione, in confessione creditoris de de-
bito soluto, cui proxime accedit pactum
de non petendo, propter rei grauitatem, &
maius præiudicium, oportet testes rogari
& adhiberi; ita vt sine rogatu præsentes,
aut pertranseuntes non probent[f]: præser-
tim cum agitur de debito quod in scriptis
redactum est[g], vt est in proposito; & o-
mnium maximè cum rei iudicatæ autho-
ritas, & promptæ executionis facultas ac-
cessit; quod subitò & ita per transcursum
Edmondo vt testes deponunt in area stan-
ti, & equum iam iam conscensuro, remitti
nulla præsumptio est. Falsitatis imaginem
habere vulgo dicitur, quod nulla verisimi-
litudine fulcitur, & à verisimilitudine re-
motum est[h]. Qui enim præsumi potest
Edmondus subito remisisse, cuius nomine
à die latæ sententiæ contra Ludolphum
multas molestias subierat; Ludolphum ar-
restari, & in carcerem conijci curauerat, id-
que semper irrito conatu Ludolpho inue-
niente semper extricandi aliquas vias?
Et sanè Magistratui Antuerpiensi suspecta
fuerunt hæc testimonia; quibus ob id adhi-
bere plenam fidem noluerunt, nisi Ludol-
phi iuramento in supplementum probatio-
nis accedente: cum alioqui duorum te-
stium conformis depositio plenam proba-
tionem facere soleat[i]. Et merito in suspi-
cionem illam venit Magistratus, tum pro-

a *Bart. in l. si duo § idem Iulianus de iureiur. Panorm in c. de testibus de testib.*
b *l. qui falsò de test.*
c *argumento l. Cum de in d. lito. de probat.*
d *l. cum quidem 9. quod dicitur. De acquir poss.*
e *l. ad fidem. de testibus.*
f *§ Et Bart. in Auth. de testib. Auth. rogati. C. de test.*
g *gloss. d. l. ad fidem.*
h *Bald in l. 2. C. de fr. seq. Alexand. cons. 27. in causa & lite in fin. vol. 2. Iason in l. Si extraneus de condict. ob caus.*
i *l. vbi numerus de testib.*

pter horum testium aliquam in ordine ver-
borũ difformitatem; tum propter nimiam
in ipsis verbis conformitatem; vt non sit
dubium quin ex conspiratione, vnum eun-
demque præmeditatum sermonem attule-
rint in re haud quaquam verisimili. Ex quâ
cõsideratione solet testium fides minui[a].
Sed non satis considerate quæ eorum iudi-
cio imperfecta visa fuit, testium fortuito-
rum & minime rogatorum probatio dela-
tione & accessione iuramenti ipsius Ludol-
phi adiuta est; tum propter prædictam im-
probabilitatem ac deficientem verisimili-
tudinem; tum propter Ludolphi notorijs-
sam conditionem, ac qualitatem ad iu-
randum minime idoneam, quia decoxit,
fallitus, & non soluendo factus est. Quæ
etiam causa est cur Edmondus ad huius
sententiæ executionẽ prius peruenire non
8 potuerit. † Iam verò qui in ea conditione
sunt, nullam fidem merentur, sic vt nec iu-
rantibus credendum sit; quia falliti, vt ele-
ganter & acerbè scribit Baldus[b]) faciles
sunt ad mentiendum, infames sunt & insa-
missimi, qui more antiquissimæ legis de-
berent tradi creditoribus laniandi[c]; adeo
quòd propter dolum suum non videatur
habere cessionis beneficium; quia est subsi-
dium miserorum non dolosorum[d]. Ita
quod in dubia & imperfecta probatione,
quam idem Magistratus aperte præsuppo-
nit, in deficiente rei verisimilitudine, in
maiore probabilitate stante ex parte Acto-
rum, vel simpliciter vel delato prius Ed-
mondo cedenti iuramento, Reum con-
demnare debuerit. Neque enim in dubia
probatione Rei, cum de Actoris intentio-
ne liquido constat, vt est in proposito, Reo
semper deferendum est iuramentum, sed
sæpe vel nulli (vt clara probatio præualeat
imperfectæ) vel potius Actori deferendũ
est, si verisimilitudo rei de quâ agitur con-
tra Reum pro Actore, iuramento suo faci-
le commiti non debeat[e] in re tam suspecta,
& de qua fortuiti testes deponunt, quos et-
iam proprij auditus iudicium fallere po-
tuit in sermone, qui coram eis; hoc est ipsis,
nec pro testimonio adhibitis, nec rogatis
præsentibus, prolatus non est. Ex quibus
omnibus Amplissimi Domini, animi sui
motum merito secundum Actores infor-
mare, & componere habent, vt Actoribus
potius, seu Edmondo eorum cedenti, hu-
iusmodique casualibus testibus credant.
9 † Et si enim probationes arbitrariæ sint[f];
eo tamen debet inclinare animi motus quo
trahit rei probabilitas ac verosimilitudo,
quæ nulla est ex his testimonijs tam ex ipsa
re, quam ex ipsis testibus, qui ex composito
in vnum præmeditatum sermonem conue-
niunt de sermone, qui non recens erat, &
sic

a *l. 3. §. 1. de testib.*
b *cons. 400. in libris thesaurariæ vol. 5.*
c *Not. in l. 1. C. qui bonis ced. poss.*
d *l. vlt §. vlt ff quæ in fraud. cred. argumento l. penult. de iure dotium.*
e *Doct. in l. admonendi de iureiur.*
f *l. 3. §. 2. de testib. Bart. in l. Lucius de his qui not. inf.*

ſic tenacius memoriæ eorũ inhærere poterat: ſed iam, vt communiter accidit in re aliena, & ad nos minime pertinente, totius ferè anni lapſu vel oblitteratus eſſe debebat, vel non niſi inconſtante ac vacillante memoria retineri poterat. Sic quod ex hac Actorum probatione aſſertioni & allegationi Rei nulla vis perimendi tribui debeat.
10 † Præſertim quod præſuppoſita (non tamen conceſſa veritate huiuſmodi teſtimoniorum) in prædictorum teſtium depoſitionibus abſoluta aliqua liberatio conſtitui non poſſit; ſed vel conditionalis ſeu ſub modo (vt prior teſtis deponere videtur) vel ob cauſam quod alter teſtium aſſerere videtur. Et priore quidem caſu vt actionis ex obligatione conditionali nullum permittitur exercitium [a]; ita quoque ex illa quæ ſub modo contracta eſt: quia in effectu exactionis modus & conditio comparantur [b].
11 † Et vt creditor ſub modo ob non impletum modum rectè exceptione repellitur; ita quoque recte retunditur replicatione exceptio, quæ ex conuentione ſeu pacto ſub modo proponitur: quia Reus in exceptionibus Actoris partes ſuſtinet [c]. Poſteriore vero quia cauſa ob quam facta dicitur remiſſio, ſequuta non eſt, condicendæ obligationis ex capite pœnitentiæ libera eſt poteſtas; non aliter quàm ſi res data ob cauſam ſecuturam, quæ ſequuta non eſt, repeti poteſt [d]. Quemadmodum is cui creditor accepto tulit ſub modo; ſeu ea lege vt alium expromiſſorem daret, ſi non dat, à creditore iterum conueniri poteſt, & obligatio acceptilatione remiſſa, iterum condici [e]. Cuius quidem condictionis libera eſt poteſtas, ſimulatque qui ſub modo vel rem vel liberationem accepit, in mora eſt; ita ex pœnitentia ſemel condicente eo, qui ſic donauit, vel remiſit, moram purgare non poſſit is qui accepit, efferendo implere id quod ex ſua parte promiſit [f]. De qua quidem condictione, proponimus ad confirmandum ius dictæ replicationis, nõ quod neceſſaria fuerit formalis aliqua condictio aut actio reſtitutoria, ad reſtituendam reponendamque ipſam obligationem ſemel extinctam: nam illa tantum neceſſaria eſt ex quorundam ſententia [g], cum acceptilatione penitus extincta eſt obligatio ob cauſam aliquam ſequuturam, non etiam cum nudo pacto ob cauſam remiſſa eſt: quia generaliter verum eſt, quod nudum pactum de non petendo non impediat exercitium præſtinæ actionis.
12 † Pacto enim conuento obligationes non omnino diſſoluuntur [h], ſed obiecta exceptione Reus defenditur, ſi replicationis auxilio Actor nõ adiuuatur [i]. Quamuis interim communior ſententia ſit, vt tunc cum acceptilatione ob cauſam obligatio pura ſublata eſt, non ipſa liberatio, aut obligatio condici debeat, ſed ipſa pecunia prius debita [a]. Sic quòd Actores rectâ viâ exceſſione Edmõdi potuerint coram Magiſtratu Antuerpienſi petere pecuniam, non facta prius cõdictione, & repoſitione priſtinæ obligationis, quæ nunquam extincta fuit, etiamſi indubitata extaret probatio huius pacti de non petendo. Quæ in propoſito ob id minus dubitationis habere videntur, quod non appareat de aliqua Rei diligentia, de qua ſaltem allegare & docere debebat, ſi per illius medium, obligationis & ſolutionis neceſſitatem ex ſua ſyngrapha & re iudicata effugere volebat: præſertim quod integrum ferè annum à tempore aſſerti huiuſmodi pacti interceſſiſſe Reus proponat. Vndè Actoribus obſtare non debet huiuſmodi pactum quaſi præmaturè agatur, non conſtito de Rei negligentia Non enim tenentur Actores probare negligentiam quę abnutiuum quid continet, & ex curſu temporis vltrò detegitur; ſed Reus probare debuit diligentiam, quæ aſſertiuam allegationem continet [b]. Nec debuit Edmondus, aut ex eius ceſſo iure Actores expectare, donec Reo libuerit diligentiam adhibere. Sed nec in eo acceleratæ, aut præcipitatę ante tempus exactionis conſideratio poni debet, quod pro hac ſententia prouiſionali cautum non fuerit: nam ab initio cautum fuit, nullâ contradictione aut inſufficientia cautionis ex aduerſo obiecta. Et quamuis ius obligationis in ipſum huius cautionis fideiuſſorem Henricum Vlen ex hac ceſſione deriuatum ſit, atque ita fideiuſſoria obligatio reſoluta, ac perempta videatur, regulariter cum fideiuſſor debitori ſeu promiſſori ſuccedit [c]: id tamen non obtinet cum potentior eſt obligatio alterutra [d]; veluti cum fideiuſſor in vniuerſum non ſuccedit ei, pro quo fideiuſſit, ſed cohæredem vel conſortem habet. Hinc enim fit, vt propter partem obligationis adhuc conſiſtentis, in perſona fideiuſſoris, tota ſatiſdatio firma & efficax perſeueret.
13 † Deinde cautionis ac ſatiſdationis conſideratio hîc inepta eſt; ob id quod effectus huius ſententæ, reſoluta temporaria prouiſione, ſit factus perpetuus, ex eo quod Reus poſt latam hanc ſententiam prouiſionalem de iure ſuo amplius quæſtus non eſt, ſed ſententiæ acquieſcendo debitum agnouerit [e]; & ſic prouiſionalis ſententia effectum condemnatoriæ pleniſſimum acceperit. Iam vero pro executione ſententię ſimpliciter condemnatorię Actor exequendo ſatiſdare non debet; quia nullo caſu ad reſtitutionem tenetur, cum res iudicata pro veritate habeatur [f], & ex ea ſolutum repeti non

a l. cum centum de adim. lega. l. Fulcinius §. Si in diem ex quib. cau. in poſſ. eatur l. ſi ita ſcriptum ſit §. 1 de l. g. 2.
b l. 1. C de his quæ ſub mod.
c l. in exceptionibus de probat.
d l. Si vt proponis C. de condic. ob cauſ dat.
e l. ſi quis accepto tulerit. & ibi gloſſ. de condic. cauſ dat.
f l. Si pecuniã & ibi gloſſ & Doct. de Cõdict. ob cauſ. dat.
g gloſſ. d. l. ſi quis accepto.
h §. præterea inſt. de excep.
i § 1. inſtit. de replic.

a l. ſi mulier. de Condict. cauſ. dat. Doct. in d. l. ſi quis accepto.
b l. actor. C. de probat.
c l. generaliter de fideiuſſor.
d Caſtr & alij in d. l. generaliter.
e Reluſſin tract. de ſentent executio. art. 1 gloſſ. 13. nu. 12.
f l ingenuum de ſtatu hominum.

non possit[a]. Illud quoque repellendi potestatem non habet quod objicitur, de defectu implementi ex parte agentium, ob non restitutas obligationes, & pignora; neque illud quod Emondo in solutum datæ fuerint alię merces; nam posterius hoc probatione destituitur; prius improbiliter proponitur, cum constet Emondum decima Iannuarij 1565. stylo Brabantiæ, ad manus iustitiæ deposuisse illa, & depositione facta id insinuasse Reo, atque sic processisse ad summationem & executionis petitionem. Quæ depositio sufficit in his vbi vtrimque implendum est, & alter de altero non confidit, seu alterum suspectum habet[a]; quod manifestius est, quam vt longiore deductione egeat. Existimamus itaque amplissimorum Dominorum officium esse, vt retractatâ sententiâ Magistratus Antuerpiensis Reformantibus conclusionem suam adiudicent.

a l. elegantem §. 1. l. Iuliano de cōdict. indebit. l. 1. C. eod. tit.

a gloss. d. §. offerri & ibi Castr. & alij de actio empti.

SVMMARIVM.

Sententiæ arbitralis nullitas.

1. *Soluens ex pluribus causis imputare potest cui vult.*
2. *Arbitralis sententia quando potestatem rei iudicatæ habeat.*
3. 5. *Arbitrium in dissensu arbitrorum an valeat.*
4. *Compromissum quo datur arbitris assumendi tertij potestas nullum est.*
6. *Arbitrium absente litigatore an sit nullum.*
7. *Iudici asserenti aliquid per ipsum actum esse non creditur.*
8. *Notario Actorum non creditur in alio actu, qui de actu non est.*

CONSILIVM LXXVIII.

De exiguâ pecuniæ summulâ contenditur in hac causa inter Dominum Paulum Roelsium Actorem, ac pauperem hominem Hubertum Hermans Reum: ita vt causa non mereatur magnum laborem. Sed quoniam paruula hæc summa ascēsione expensarum huius litis cresceret, si secundum Actorem sententia ferretur, precibus pauperis hominis victus, pauca in medium adferā, ex quibus liquebit Reum in neutrius periculo esse. Et principio quidem quod attinet ad nouem florenos, de quibus prius lis fuit, & quos Reus confessus est obtento termino soluendi, plane securus esse debet Reus ab illorum solutione factâ per distractionem prędioli seu syluæ pro duodecim florenis; vt constat per propriam scripturam Actoris; ita quod nouem floreni ex illis cedere debuerint in solutionem huius debiti antiquioris, quod erat pro solutione anni sexagesimi tertij, & non in solutionem pensionis posterioris seu sequentis anni sexagesimi quarti, quæ tempore venditionis dictæ syluæ nondum cesserat; ita quod non potuerit imputari in debitum, quod nondum natum erat, & si natum fuisset nihilomagis ei imputari deberet. Primum eo quod confessati hi nouem floreni debeātur ex antiquiore causa, pensionis scilicet anni 1563. † Iam vero 1
cum ex pluribus causis debetur, semper censetur solutum in antiquiorem, nisi tempore solutionis aliter apertè dictum fuerit[a]: præsertim quod lōge grauior sit causa confessati huius debiti: tum quod fuerit liquidissimum, & velut in causam rei iudicatæ propter cōfessionem Rei deductum[b]; tum quod fuerit debitum sub pœna excōmunicationis quæ grauissima est: generaliter enim constitutum est in concursu plurium debitorem, id potius censeri solutum quod sub infamiâ, aut pœnâ debetur[c]. Et quamuis Actor dicat Reum soluentem ita dixisse, & inter eos conuenisse vt nouem ex dictis duodecim florenis imputarentur pēsioni anni 1564. tamen id post negationē Rei, nullo teste aut instrumento probatū est; prolato tantum libro rationum suarum in qno ita descriptum inuenitur. Sed quoniam Actor neque mercator est, neque argentarius, publicam fidem mereri non possunt eius libri; qui pro priuatis scripturis tantum accipi debent, quibus nulla fides adhiberi solet. Exemplo enim id perniciosum est annotationi manus proprię ad proprium scribentis emolumentum credere in præiudicium tertij[d]; hîc præsertim concurrentibus pluribus pręsumptionibus cōtra scribentem; primum ex eo, quod Actor dicat hanc imputationem factam esse in posterius debitum in computu facto 19. Martij, anno 1565. cum ex actis constet Reum ante diem huiusmodi asserti computus etiam in hac lite declarasse, quod soluerit & imputauerit pretium dictæ syluæ primum in debitum prætactorum nouem flore-

a l. in ijs l. cū ex pluribus de solu.

b l. 1. de confess.

c d. l. cum ex pluribus.

d l. exemplo. C. de probati.

florenorum in hac causa ante confessatorum; ita vt eâ declaratione semel factâ statim in momento ipsius declarationis debitum illud anterius nouem florenorum extinctum fuerit naturali solutione : ita vt posteriore aliquâ declaratione iterum resuscitari aut reuiuiscere non potuerit ; quia semel in perpetuum [a] sublata fuit , potestate declarandi ipsi debitori per ius & iuris authoritatem reseruatâ [b]. Secundo quod nouem floreni confessati sint debiti pro anno 1563. & quod ante cedentem terminum anni 1564. Actor emerit dictam syluam , & sic sibi illud confessatum debitum tunc imputare debuerit , & minime Reum in periculo excommunicationis propter idem confessatum debitum retinere. Tertio quod affectatio Actoris parum integra fide elucescat ex dicto extracto, in quo vno die vna manu omnia descripta sunt , quæ plurium annorum sunt , & quædam per ὕστερον πρότερον , pleraque anni sequentis ante præcedentem; ita nimirum ex composito agens hac lite pendente pro commodo ac fælici exitu causæ. Quartò quod Actore deferente Reus acceptauerit , & præstare obtulerit iuramentum , quod pretium syluæ prius imputari voluerit in hoc prætactum confessatum debitum. Quintò denique quod si vera esset allegatio Actoris , quod scilicet pretium syluæ fuisset duodecim florenorum , & ex ijs nouem imputari in pensionem anni 1564. superfuissent adhuc tres , qui coniuncti florenis duobus , quos Actor fatetur vxorem Rei soluisse super prædicta pensione anni 1563. ex quo prætacto confessato debito non superessent nisi quatuor floreni : cum tamen Actor in eo persistat , quod adhuc septem debeantur ; sic quòd ex hac magna inconstantia Actoris liquidò appareat , quod homini rustico & simplici sophisticando (ne quid dicam durius) imponere velit. Certum itaque est Actorem in petitione horum nouem seu septem florenorum , ac petitione literarum excommunicatorialium , aut vlteriorum propter confessatum debitum nullâ ratione esse fundatum. Altera pars huius processus est , in qua velut nouo instituto iudicio , ac nouis literis citatorijs impetratis Actor petit Reum condemnari vt submissionem decima Martij anno 1564. factam adimpleat & dictamini seu laudo assumptorum ac electorum arbitrorum , seu amicabilium pacis compositorum in omnibus & per omnia pareat ac obediat; vti constat ex tenore citatorij secundum quod citatorium Actor summariam suam petitionem in hac no-

a l. qui res § aream ff. de solut.

b l. cum ex pluribus l. 2. & 3. de solut.

2 ua causa fecit. † Nouum sane genus petitionis, quo prius de executione , quam de debito Actor sollicitus est; nihil certi, sed id quod iudicabitur petens ex laudo seu arbitrio futuro ; cum ex re iudicata nemo agat , nisi re iudicatâ , & ex arbitrio seu laudo non nascatur iudicati actio , nisi sententia arbitralis vel per subscriptionem partium vel silentio decem dierum emologata seu approbata fuerit [a]. Inde etiam est , quod futuræ vsuræ peti non possint ; quia scilicet ad Iudicis officium non pertinet futuri temporis tractus [b] : ita quod Actor debitum, quod ex futuro laudo debitum iri sperat petendo , plus re, tempore , & causa petat ; ideoque causa cadere & damno expensarum litis affici debeat, quod de futuri laudi pronuntiatione & condemnatione , non de laudo, seu arbitrio lato , citatio , & secundum citationem petitio proposita fuerit. Constat Actorem aliud laudum in hac causa non proferre , quàm quod dicitur latum secunda Septembris anno 1564. cum dictæ literæ citatoriæ sint de data 23. Maij anno 1564. Et licet literæ Antonij Geleys vnius ex prætensis arbitris magna inconstantia dicant id contigisse 27. Aprilis anno 1564 adhuc tamen est id post datam prætactarum literarum & petitionis. Sed vt quod est , paucis dicam , nullum in hac causa est arbitrium , nullum compromissum , nullum laudum. Nam in primis de formali aliquo compromisso per partes facto non constat ; quod etiam Reus vbique negauit , etiamsi ingenue confessus sit, quod contentus fuerit , quod quatuor personæ hanc differentiam amicabiliter sopirent sua pronunciatione , sed de recepto seu suscepto hoc arbitrio per eosdem arbitros non satis constat ; quâ receptione
3 tamen omnino opus est [c]. † Deinde constat quod quatuor nominati arbitri inter se dissenserint æquali numero , & sic ob dissensum , laudum aliquod pronunciare non potuerint [d]. Nec ad rem facit quod Actor dicat , quod conuenerit , vt prædicti arbitri in casum discordiæ vnum quintum assumerent , & quod Ioachimus Pinnock cum quinto assumptus cum duobus sententiam dixerit : quia de tali conuentione nusquam constat , præterquam ex allegationibus & scripturis Actoris: ita vt neque per arbitros , neque per testes aut instrumentum aliquod probatum sit Reum in hoc consensisse de quinto adhibendo.
4 † Cum alioqui huiusmodi compromissum sit ipso iure vitiosum & nullum , quo nominatis arbitris datur eis potestas assumendi tertij innominati in casum discordiæ : vt tam iure canonico [e], quam ciuili decisum

a. l. vlt. C. de recept. arbit.

b l. 1. §. 1. de vsu.

c l. 3. § 1. de recep. arbit.

d l. item si vnus § principaliter de recept. arbit.

e in c. innotuit. de arbit.

decisum est a; hac ratione, quod dissentire possint recepti arbitri in delectu & assumptione tertij: quæ ratio cessat cum tertius suo nomine nominatur, & certus designatur b. Quemadmodum etiam in casu subiecto Actor dicit Ioachimum Pinnok assumptum fuisse per Ioannem Loetz & Antonium Geleys, qui sunt arbitri ex parte Actoris nominati; qui soli hoc facere non poterant: requirit enim lex omnium arbitrorum consensum, & propter quorundam dissensum declarat inutilem esse formam compromittendi, permissâ eis potestate assumendi tertium aliquem. Si igitur omnes quatuor hi arbitri coniunctim assumpserint Ioachimum Pinnok; tamen posset dubitari, num vtilis esset eius pronuntiatio facta cum duobus ex nominatis arbitris. Et hoc est quod Reus coram Domino assessore apertè declarauit, quod nunquam consenserit quod arbitri per Actorem assumpti, cum vno tertio seu superaddito, eorum laudum pronunciare possent. Ita vt Dominus Iudex facile hîc aduertat quâ astutiâ Actor suas literas conscripserit & Reo homini simplici deferendas tradiderit. Præterea conuincit Actor se suis proprijs literis, quas 29. Martij ad Antonium Geleys scripsit, in quibus extra contextum Epistolæ (non dubito quin hac lite pendente) addit hæc verba **ende oft ghy vier niet en conne veraccorderen / soe neempt eenen vijfden man nae v believe**, hoc est, si vos quatuor non potestis conuenire assumatur vnus quintus iuxta vestrum placitũ. Hæc enim verba non soli Antonio, nec cum eo Ioanni Loetz potestatem assumendi dant, sed omnibus quatuor: ita vt luce meridiana clarius sit assumptionem per Antonium & Ioannem Loetz tantum factam, (vt constat ex teutonicali scedula exhibita 13. Februarij 1566. in clausula incipiente, **desen voorschreven brieff**/ hoc est, has prętactas literas) plane esse nullam, vel etiam ex eo solo, quod eis solis non sit data hæc potestas. Rursus allegati laudi falsitas redargui potest, quod ex Epistola Antonij scripta ad Actorem constet, Ioachimum Pinnok non fuisse præsentem, sed tantum Antonium, Ioannem Loetz, & Ioannem de Keysere, quem noluisse consentire apertè testantur dicti Ioachimus & Ioannes Loetz à Domino Assessore interrogati; ita vt turpe sit Actori quod post apertam negationem Rei de præsentiâ, & pronuntiatione Ioachimi nihil probauerit.
5 † Nouissimè absentia Ioannis de Keysere, de qua testantur dicti duo arbitri à Domino Assessore interrogati, facit inutile hoc assertum Laudum: quia vt maioris partis arbitrorum pronuntiatio valeat, necesse

a d. l. item si vnus §. si in duos.
b d. § si in duos.
c d. § si in duos.

est omnes etiam dissentientes esse præsentes a; cum etiam non valeat arbitrium seu laudum pronuntiatum in absentia vnius ex
6 arbitris etiam consentientis b. † Cui absentiæ vnius ex arbitris accedens absentia Rei tempore lati huius laudi, maiorem & ineluibilem nullitatem facit; quia vtraque parte præsente ferri debet laudum, sicuti sententia Iudicis ordinarij vel delegati c: & multò magis laudum quam sententia, quod altero etiam Litigatorum vocato, & per contumaciam absente, non possint ex compromisso arbitri recepti sententiam dicere d. Nec obstat quod Antonius Geleys in epistola sua ad Actorem scripta inseruerit hæc verba, **ende oock in teggenwoordicheyt van uwe partien**: hoc est, & in præsentia partium. Nam eius priuatæ scripturæ credi non debet, quia priuata est & in priuati hominis qualitate scripta. Et suspicor rursus illam, instante Actore hac lite pendente, fabricatam esse pro commodo causæ; cum de hac præsentia Rei in scriptura, quā pro instrumen-
7 to dicti laudi Actor profert, nullum sit verbum. † Ita quod vni arbitrorum sua priuata scriptura de his, quæ corā ipso acta sunt, vel ipse fecit, attestanti credi non debeat e; cum nec Iudici ordinario ea in parte credatur, si adhibito notario, seu publica persona acta, & prĕsertim sententiam scribi non curauerit f. Nec suffragatur Actori quod di-
8 cat & Reus confiteatur Antonium Geleys esse Secretarium loci de Limbeke. † Nam quamuis Secretario alicuius loci particularis, vel magistratus, qui non est notarius authoritate Papali, aut Imperiali creatus, credatur in his quæ scripsit ratione huiusmodi sui officij, & de actis eiusdē loci, vel Magistratus: non creditur tamen scribenti acta vel instrumenta extra locum vel causam sui officij g, & sic in proposito cũ Antonius scripserit motu proprio nō rogatus à partibus, de actu qui non fuit celebratus in Iustitia loci de Limbeke; non debet eius instrumento fides aliqua adhiberi. In summa tam multa hic concurrunt pro Reo contra machinationes Actoris, vt longius in illas inquirere tædeat. Hoc nouissimè adijcimus quod Actor à Reo malè peteret illos octo florenos, etiam si verum fuisset compromissum, & emologatum laudum: cum enim verborum, quibus laudum pronunciatum dicitur, tenor indicet non solũ Reum, sed cum illo Hericum van Ophem in huiusmodi octo florenis condemnatum esse; non potuit Actor à Reo totum hoc condemnatum debitum octo florenorum petere: quia cum plures vnâ sententiâ condemnātur in certa quantitate, si in sententia expressè adiectum non est *& singulos in solidum*

a l. si in tres de recept. arbit.
b c. cum ab vno De sent. & re iudic. lib. 6.
c l. diem proferre § si quis litigatorum de recep. arbit.
d d. § si quis litigatorum.
e l. ne in arbitris in fin. C. de recep. arbit.
f Quoniam cōtra de prob.
g Bald. in l. repetita C. de Epis. & Cleric. Bart. in l. cunctos populos nu. 35. C. de sum. Tri. & fid. cathol. Fely. in c. cum P. Tabellio De fid. instrum.

solidum", effectus sententiæ diuiditur pro virilibus portionibus' inter condemnatos ᵃ: ita quod in hoc casu Actor non esset fundatus ad solidum à Reo petendum, etiam si omnia essent vera, plena, & efficacia.

ᵃ l. 1. C. si plures vna sentent.

Proinde concludimus Reum ab vtraque impetitione Actoris absoluendum, & Actorem in omnibus expensis huius litis condemnandum.

SVMMARIVM.

De sententia non lecta, sed tantum publicata. De iure prælationis in dote, & probatione numeratæ dotis.

1. *Monitorium comparente aduersario resoluitur in simplicem citationem.*
2. *Appellationi pacto etiam in futurum renunciare licet.*
3. *Appellandi potestas per Iudicem tolli non potest.*
4. *Nullitas semper proponi potest.*
5. *Nullitas sententiæ coram eodem vel superiore Iudice proponi potest.*
6. *Sententia ex breuiculo recitari debet.*
7. *Sententia etiam ex consilij requisitione lata recitari debet.*
8. *Consilium sapientis pro ferenda sententia quid sit.*
9. *Iudex à consilio sapientis recedere potest.*
10. *Iniquitas manifesta operatur nullitatem sententiæ.*
11. *Iniquitas manifesta quæ sit.*
12. *Sētētia posterior priori cōtraria annualeat.*
13. *Prælationem & hypothecæ ius habet dos quæ verè numerata probatur.*
14. *Prælationis priuilegium differt à tacita hypotheca in dote.*
15. *Exceptio non numeratæ dotis perpetua quando sit.*
16. *Debitū alienum quis in se suscipere potest.*
17. *Feuda an obligentur pro dote & dotalitio lucro.*

CONSILIVM LXXIX.

QVamuis speremus expectationi Reuerēdissimi ac Illustrissimi D. Archiepiscopi Magdeburgēsis primatis in Germania, &c. abundè nos satisfacturos, si ad exēplum eorum, qui in hac ardua causa ac lite inter nobilem Leuinum van Halle Actorē; & D. Gertrudem vanden Bussche viduam Gasparis Crachs Reā, varijs dissidētibusq; inter se sententijs nunc aliquoties determinata de consilio requisiti sententiam suam scripto transmiserūt, sentētiæ nostræ quoq; simplicem nudamq, pronunciationē, nullis rationibus & iuris demonstrationibus instructā transmittamus: vt tamē integritatis & diligentiæ fidē faciamus, & cur iudiciū Scabinorū Hallensium magis, quam Curiæ Saxonicæ in VVittenberga & iuridicæ facultatis in alma Vniuersitate Lypsiensi sequamur, demonstremus, voluimus nostræ sententiæ rationes breui, sed tamen quantū fieri potest dilucida deductione in vnum conijcere: non quidē vt hac deductione instruatur processus, aut partibus illius exēplum vel lectio permittatur, sed vt extra acta pro iudicantium memoria retineatur. Principio itaq; priusquam ad iustificationē sententiæ nostræ perueniamus', remouēda sunt quædam, quæ impedimentū facere videbantur quo minus ad priorū retractationem seu refricationem, & huius nouissimæ sententiæ pronunciationē perueniri possit. Et primum quidē est, quod Actori intētionis suæ obtinendæ, & retinendæ materiam subministrare, & vlterioris cognitionis occasionem auertere videtur; quod in primo totius huius processus termino & recessu decretū fuerit, Actorē post terminū quinque mensium mittēdum esse in possessionē tertiæ partis domus seu castri de Attēsleuē; data tamē Reæ interea potestate docendi de potiore iure; intra quem terminū ex actis videtur Rea defensiones suas nondum peregisse. Sed nihil mouet ea consideratio; neq; eam refricassemus nisi in scripturis Actoris inuenissemus Actorem in ea allegatione perstitisse, & spem magnā collocare. Non mouet autē ob id, quod nō tā Actoris, quā Reæ gratia is terminus sit præscriptus; vt interea de iure suo docere posset, & taciturnitatis ac silētij pœnam, nisi lapso hoc termino, pateretur. Cū itaq; Rea ante lapsum duorū priorū mensiū ius suum proposuerit, ac instrumenta exhibuerit: interrupta ac præscissa fuit missionis concessio. Neq; ad rem pertinet quod intra quintum mensem cognitio absoluta non fuerit: euenit enim id magis culpa Actoris quam Reæ, quia multiplicatione scripturarum,

iudicij conflictum, longius produxerit,& Reæ ad singula scribendi ansam dederit. Quamuis etiam nulla culpa Actoris interueniente ex prima propositione & defensionis allegatione pro parte Reæ facta, effectus dicti decreti missionis fuerit sublatus aut saltem impeditus. †Habet enim di- 1
ctum decretum vim& potestatē monitorij, quod comparente & defensiones proponēte monito,resoluitur in simplicem citationem [a]. De quo hic nihil dubitandum est quod in eodem recessus decreto apertè declaratū sit,quod Reo defensiones suas proponente Illustrissimus D. Archiepiscopus pronunciaturus sit de iure paritum;atq; ita vim & exceptionem rei iudicatæ nō potest Actor cōstituere in eo monitorio decreto. Secundum impedimentum verso velo cōstituit Rea in consilio reddito perCōsiliarios Curiæ Saxonicæ in VVittenberga; idque duplex;primo quod in dicto recessu declaratū sit,quod partes bona fide & sine fraude acquiescent pronūciationi Illustrissimi D.Archiepiscopi. † Est enim indubi- 2
tati iuris valere pactionem vtriusq;,vel alterutrius litigantium,quod sentētiæ stabitur,seu quod ab ea nō prouocabitur [b]. Secundo quod Actor intra decendium ab ea non prouocauerit,& sic sententia transierit in rem iudicatam,aduersus quam posterior sentētia sine vitio nullitatis nulla ferri potuerit [c]. Sed nec hæ duæ causæ cognitioni posteriori viam præcludunt:nā nulla extat vel vtriusq; vel alterutrius harum partium litigantium futuræ appellationis renūciatio,aut formalis promissio de stando & acquiescendo sententiæ. †Et quatenus ea de- 3
claratio ab Illustrissimo D. Archiepiscopo seu eius Cōcilio facta est,iuris adminiculo destituitur;cum per Iudicem qui superiorē recognoscit fieri nequeat,quo minus ab eius sententia prouocetur [d]; & ne rescripto quidem Principis tolli possit prouocandi potestas [e]; hic præsertim vbi nominatim& expressim exclusa non est prouocandi potestas,sed tantum declaratum quod partes acquiescent : quod intelligimus cum ea moderatione, si non ab ea prouocetur; vt scilicet ijs verbis magis prospectū videatur aduersus ea quæ de facto attentari vtrimque possent, quàm vt iuris communis remedium sublatum censeatur. Et sanè si tam rigida & prēcisa esset eorum verborum significatio,vt ijs appellandi potestas præripiatur, nihilo magis inde impedimētum posteriori cognitioni fieri debuisset; habent enim adiunctam expressam conditionem, si Illustrissimus D. Archiepiscopus pronunciaret,quod iuris erit. Iam vero ex actis nō apparet Illustrissimum D.Archiepiscopum,aut eius Consilium aliquam sen-

a Angel Aret.in § Curare in Instit.de act. Doct in l filiusfa. §. Diui de leg. 1

b l. 1. §. si quis ante ff a quibus appell non licet. l. vlt. §. fin. C.de tempor. appell. l. solo pactum.ff de pac.is.

c l. 1.C.quādo prouo. non est neceß.

d l.&in mi noribus cum l seq. l Iudicibus. C. de appel

e l. 2. C.de appel.

tentiā inter has partes pronūciasse;sed productam & apertam tantum esse opinionem Consiliariorū Curiæ Saxonicæ in VVittenberga, de qua in prætacto recessū nulla
4 est mentio. † Posterior quoq; causa de non interposita prouocatione seu appellatione intra decendium pro parte dicti Leuini, vti de iure oportet [a] locum hic non habet: non enim per viam appellationis, sed nullitatis,ad nouam & reiteratam cognitionē causam corā eodem Iudice ordinario deduxit Leuinus quod iure permissum est,nō tantum intra decendium, sed perpetuo vs-
5 que ad 30. annos [b]. † Nam nullitas non habet aliquod tempus à iure præfixum, nisi quod omnibus personalibus actionibus prēscriptum est [c] :& perinde proponi potest coram eodem Iudice,atq, coram superiore ad quem alioqui appellatio,vel nullitatis propositio deuolueretur [d]. Potest namque ordinarius reformare sententiam suam definitiuam nulliter prolatā, ex quo per pronunciationem sententię,quæ nulla est,eius officium & iurisdictio non exspirent [e]. Quare autem nulla dici debeat sententia VVittenbergēsium post dicemus ad iustificationis capita. Tertio impedimentum facere videtur postrema Doctorū Lypsensium sentētia,quę etiam nulla prouocatione suspēsa,effectum rei iudicatæ obtinuisse videtur, & sic quidem vt posteriore aliqua sententia contraria reuocari aut mutari nequeat ; quod Iudici postquam officio suo functus est permittitur [f]. Sed eadem consideratio quæ secūdum impedimentum tollit, propositio scilicet nullitatis, remouebit quoque hoc tertium: ob id quod & hæc Lypsensium sentētia vitio nullitatis laboret, vt iam mox dicemus. Progredientes itaq; ad sententiæ & opinionis nostræ iustificationem, & singula capita illius obiter perstringentes rectè in primis arbitramur sententiam Consiliariorum Curiæ Saxonicæ in VVittenberga,nullitatis vitio subijci duabus ex causis:altera quæ manifesta est,& vltrò se offert quod ea sententia nūquam publicata,pronunciata, seu lecta fuerit per Illustrissimum D. Archiepiscopum,aut aliquem ex Consiliarijs;sed opinionis dictorum Consiliariorum exemplum seu documentum tantum in iudicio
6 fuerit apertum. † Est autem iuris manifesti,quod sententia definitiua ex breuiculo, seu scripti recitatione per Iudicem pro tribunali sedentem viua voce pronunciari debeat , nec satis sit ad nullitatis vitium effugiendum , eam vel scriptam tantum esse , si non pronuncietur , nec pronunciatam si ante scripta non sit [g]. Sic vt à Iudice , qui hanc formam omisit ex inte-
7 gro iudicandum sit [h]. † Quod non tantum obti-

a in authent. de Appel. & infra quæ tēpora.coll. 4.

b gloss l querelam C de falsis Specul. in tit. de sentent. §. quoniam versic. in summa Bald. in l. Iure oportet. §. fin. de excusa tutor.

c Salycetus in l Preses versic.vlterius quos etiam C. quomodo & quando Alexand. consil. 55.Viso titulo nu. 15.vol. 4.

d Io.Imol.in l. si Iudex de re iudica. Felyn.in c. per tuas de sentent excommunicatio& in c.in litteris de offic. deleg.

e l si vt proponis & ibi gloss & Bald. C.quomodo & quando iud.

f l. Iudex posteaquam ff de re iudic.

g l.1.2 & 3. C de sentent. ex breuic. recitat.

h l.1.C.de sentent. ex breuic.recitan.

obtinet in sententia, quam suo iudicio &
prudentia Iudex conscripsit; verum, etiam in Consilij requisitione, vbi consultis peritioribus sententia profertur:
oportet enim eo etiam casu non tantum
aperiri consilium à Iudice; sed etiam viua voce pronunciari & legi[a], aut saltem aliquod verbum qui per iudicem consuluit proferri, per quod constet quod
secundum consilium ius dixerit; hoc est,
absoluerit vel condemnauerit[b]. Ita vt
quamuis non sit necesse legere totum consilium; relatio tamen fieri debeat aliquibus verbis ad consilium, ex quibus constet Iudicem sententiam voluisse pronunciare[c]. Et hoc est, quod eleganter respondit Angelus[d], quod si consilium aperiatur tantum nec recitetur formaliter vel implicitè per relationem, quod
non mereatur nomen sententiæ, sed ab
eâ, nomine, substantia, & natura differat. † Est enim consilium non aliud quàm 8
concepta, & in scriptis tantum redacta
sententia velut rudis, inanimata, & informis materia, cui pronunciatione iudicis velut spiritus & anima inspiratur.
† Quod ex eo quoque perspici potest quod 9
liberum sit iudici recedere à consilio, &
aliter quam in eo continetur iudicare[e]:
quod cum fieri nequeat nisi aperto & saltem extra formulam iudicij & sententiæ
lecto consilio, sequitur aperturam consilij non habere authoritatem & vim sententiæ; sed vsque ad pronunciationem esse consulentis opinionem & sententiam,
qui causæ Iudex competens non est[f]. Vnde etiam factum quod hoc errore animaduerso sequentes sententiæ non sola
apertura consilij, sed illius apertura, &
publicatione latæ sint. Quod tantò potentius hîc dici debet, quod opinio
VVittenbergensium in formam sententiæ, vt alia sequentia consilia redacta non
sit, sed tantum per eos suggestum quid pronunciari deberet, quod factum non est.
† Altera huius nullitatis causa est, huiusmodi sententię nimia & euidens iniquitas; 10
quæ perinde nullitatem vt defectus formæ
vel error iuris parere solet, etiamsi non tam
sit contra ius constitutionis, quàm partis,
& manifesta iniquitas seu iniustitia reddit
sententiam nullam[g]; & obstat quo minus
sententia transeat in rem iudicatam[h].
† Euidens autem & manifesta iniquitas est, 11
quæ elucescit & apparet ex actorum inspectione[i]. Cum igitur ex collatione
duorum instrumentorum, hoc est, contractus antenuptialis, quem Rea exhibuit, &
numeratione quinque millium fiorenorum, quo Actor vtitur, constet euidenter
iniquum esse Actorem declarari minoris

a Bald. in l. 1 nu. 17. C. de sentent. ex br. uec recitat. Specul. in tit. de consilij requisit. in fin.
b Alexand consil. 181. viso tit. 2 n. 28. vol. 2.
c Bald. d. nu. 17. late Iason. & Zasius in l. nec quidquam § vbi decretū de officio procons. Felyn. in c. Cum venerabilis de except. & in c. si pro debilitate de offic. de leg.
d consil. 250 Domina Liberina nu. 3 in fin.
e Bald. in l. 1. ff nil noua Alexand & Iason in l. si conuenerit de re iudic.
f l. 1. C. si nō à compet. iudic.
g Nota in c. inter cæteras de re iud. in l. si pars & ibi Angel. de inoffic. testam. Baldus in l. 1 in fin. C. sent. rescind. nō posse Decius consil. 8. viso puncto nu. 5.
h Curtius iunior consil. 124 Sacratissime n. 14. parte secunda.
i Angel. in d. l. si pars Curtius Iunior. consil. 170. Sacratissime nu. 8. part. 2.

summæ debitorem, quam continet instrumentum; & præterea ratio non patiatur, vt
mox dicemus, ius prælationis ei simpliciter adiudicari, quæ non ex numeratione
seu cōfessione, sed promissione dotis in futurum numerandæ tantum agit; existimamus bonâ ratione, per posteriorem cognitionem exactius adhibitam, tantam nullitatem ex notoria iniquitate exurgentem,
merito & iure per eundem etiam Iudicem
12 emendari posse. † In pari causa duplicis
nullitatis constituimus sententiam Doctorum Lypsensium: nam etsi non sit simplex
illius facta apertura vt in sententia VVittenbergensium, sed formæ exactior obseruatio: eadem tamen euidentis & manifestæ
iniquitatis vitio laborat, qua consilium
VVittenbergense: quia ijsdem finibus &
medijs consistit, & præterea exurgit alterū
nullitatis vitium, quod præcedenti sentētiæ & consilio Scabinorum Hallensium latæ, & à qua ad superiorem aliquem prouocatum non reperitur, ex diametro repugnat; cum vt diximus sententia posterior
contraria priori, quæ in rem transiuit iudicatam, sit ipso iure nulla[a]; & non sit permissum Iudici sententiā propriam, quę ipso
Iure nulla non est mutare vel emendare[b].
13 † Alterum membrum sententię nostrę quę
principalis negotij definitionem continet,
manifestam iustitiæ habet rationem. Nam
inprimis quod ad probationem constringendam esse Ream consulimus, & nos impellit ea consideratio, quod priuilegium
prælationis mereatur vera dotis numeratio, non promissio[c]; ita vt pleriq; dubitēt[d],
an confessioni de dote recepta, hoc priuilegium competat, & an secuta etiam vera
numeratione priuilegium tacitæ hypothecæ & prælationis incipiat, ex die promis-
14 sionis[e]. † Nam quamuis lapsis temporibus
exceptionis de non numerata dote, mulier
certum & irreuocabile priuilegium hypothecę habeat in bonis mariti; & eo respectu
etiam creditoribus posterioribus præiudicetur[f]: non preiudicatur tamen quoad ius
prælationis, si constante matrimonio confessio mariti de recepta dote emanauit[g].
Quantò minus dubitandum est quin nullum huiusmodi priuilegium competat mulieri, quę tantum dotem cauit, & promisit?
de implemento enim prius ipsa docere debet, quam propter implementum agere[h]:
cū petitio donationis propter nuptias, seu
sponsalitia largitas à receptione dotis de-
15 pēdeat; † sic vt hac cōsideratione exceptio
non numeratæ dotis sit perpetua aduersus
agentē, propter promissionē dotis, de cuius implemento non constat. Neq; vlla in actis exstat scriptura aut documentum vnde præsumptio solutæ dotis duci possit:

a l. 1. C. quæ sentent. sine appell. rescind.
b l. Iudex posteaquam de re iudic.
c l. Assiduis. C. qui pot. in pign.
d Imola in l. ita stipulatus § Chrysogonus. de verbor. obligat. Ludo. Romanus cons. 445.
e gloss. d. l. Assiduis.
f l. si cui C. de non numerat. pecun. gloss. d. l. Assiduis.
g Late Did. Couarru. variar. resol. lib. 1. cap. 7.
h l. Iulianus § offerri de act. empt.

quinimo instrumentum transactionis, inter Ream & fratrem sui prioris mariti, nō tantum nullā præsumptionem solutæ dotis facit, sed potius contrarium. Nam præterquam quod contineat promissionem de futuro, illius quoque apertam significationē facit patrem D. Gertrudis eo tempore nondum soluisse totam dotem, quam priori eius marito addixerat. Et ideo perinde, ac forte magis procliue sit inde præsumere, non esse solutam dotem, quàm solutam esse: quid enim vetat easdem moras, & in hoc matrimonio nexuisse patrem? Quod porrò sortem Leuini ad quinque millia constituimus, manifestam rationem habet; tum propter publicum instrumentum, cui standum est, contrario non probato [a] tum quod obiectio de mille & centum florenis Leuino non numeratis facta, nihil efficiat
cur tanto minoris sit debitor. † Nihil e- 16
nim vetat alienum nomen in se suscipere, & se eo nomine debitorem facere [b], illudque sine vlla vsurariæ prauitatis suspicione, vel in mutuum vel in precij causam cōuertere [c]. Sed nec eo confugere est necesse, cum ipse Gaspar illius obligationis chirographariæ sit asscriptus fideiussor; ita vt ab initio & semper fuerit verum debitum Gasparis, quod sibi pro venditi reditus precio imputare & compensare debuit, & compensando se ab ea fideiussoria obliga-
tione liberare. † Illud sane admonemus in 17
actis præsupponi consuetudinem, quod in Germania etiam bona feudalia inter Nobiles pro dotalitio lucro & tacitè, & expresse obligari possint. Eeque etiam factum putamus quod communi calculo tam Hallēses Scabini, quàm Conciliarij Saxonici, ac Doctores Lypsienses, D. Gertrudis ius hypothecæ in tertia parte domus de Attensleuen tribuant, & omnes cum priuilegio prælationis; licet hi simpliciter; illi cum numeratio probata erit. De quo Illustrissimus Dominus Archiepiscopus, & Clarissimi Domini Consiliarij religionem suam instruent. Alioqui sane ne ius quidem hypothecæ, & multo minus cum iure prælationis dictæ D. Gertrudi tribuendum esse putaremus. Communi enim opinione aduersus Bartolum [a] receptum est, neque expressè neque tacitè pro dotis restitutione, & sic multò minus pro dotalitio lucro, bona mariti feudalia esse obligata [b]; quia feuda vt alienari, ita quoque obligari, & pignori dari prohibentur [c]. Postremo hoc à Clarissimis Dominis expendi cupimus, non sine euidenti ratione in formula sententiæ nostræ nos consuluisse per sententiam seu decretum curiæ, declarandum ac pronunciandum esse, *quod persistendum sit in sententia ex Consilio Scabinorum in iustitia Hallensis lata*. Ita enim accipimus illa Germanica verba scripta in corio sententia Hallensis eroffnet vnd publicirt &c. hoc est, apertum & publicatum, quasi vna voce in curia Dominorum partibus, seu eorum procuratoribus præsentibus illa sententia sit pronunciata formaliter, aut saltem paucis verbis relatione ad eam scripturam factâ. Potest enim Iudex post sententiam latam, à partibus sententiam latam obturbantibus interpellatus decernere, sententiæ latæ acquiescendum, & in ea persistendum esse; non autem frequenter eadem de re etiam conformiter sententiam formaliter pronunciare. Et proinde si in intellectu eorum verborum aberramus, hoc est, si non nisi aperta sit sententia Hallensis, & sic partibus sine vlla pronunciatione exhibita, arbitramur pro his verbis, *quod persistendum sit in sententia ex Consilio Scabinorum iustitia Hallensis*, substituenda esse hæc verba. *Quemadmodum Domini Scabini instituia Hallensis etiam pronunciandum esse censuerunt:* Consulimus eo casu vt secundum consilium nostrum Domini Consiliarij formalem sententiam concipiant in scriptis, & eam vel Illustrissimus D. Archiepiscopus, vel aliquis ex consilio de eius mandato ex scripti recitatione pronunciet; Verendum alioqui est ne perpetuo subministretur materia & occasio dicendi de nullitate sententiarum. Et hæc quidem omnia sub correctione Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Archiepiscopi, & eius amplissimi Concilij.

a l. cum precibus C. de probat.

b vt ff de cōstitut pecunia & ff de noua & delegat.

c l. Singularia si certum petat.

a in l. si constante ff solut. matrim. in 3 quæst.

b Ioan. de Imol. in d l. constante & ibi Ludo. Romana & Ioannes Crottus nu. 136. Baldus Nouellus nu 71. Ias in l. fin. nu 84. C. de iure emphyt Anton. Negusantius. in tract. de pigner secunda parte princ. secundo mēbro nu. 43.

c c. 1. imperialem de prohibit. feudi alie per Fredericum.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Sententiæ reuocatio.

1. *Iudex sententiam ne eodem quidem die reuocare potest.*
2. *Appellatio à definitiua deuoluit causam ad superiorem.*
3. *Appellatio ab interlocutoria non obstat quo minus Iudex procedat.*
4. *Interlocutoria an sit præceptum de soluendo.*
5. *Summaria causa non requirit terminorum substantialium obseruationem.*
6. *Summarie procedi potest ex partium consensu.*
7. *Sententia non lecta nulla est.*
8. *Sententia sine causæ cognitione lata nulla est.*
9. *Sententia an sit nulla si exceptio dilatoria ordinis non obijciatur.*
10. *Exceptio ordinis dilatoria est.*
11. *Compensatio neglecta non facit sententiam nullam.*
12. *Ordinis beneficium non habet qui alienam obligationem in se transfert.*
13. *Nouatio non fit nisi quando hoc agitur.*
14. *Expromissor quis sit.*
15. *Expromissor beneficium ordinis non habet.*
16. *Promissio sine causa inefficax est.*
17. *Conditio intrinseca quæ sit.*
18. *Iudex ordinarius appellantem reponere potest.*
19. *Restitutio in integrum ex quibus causis concedatur.*
20. *Repositio aduersus sententiam pro integri restitutione non est.*
21. *Citatione opus est ad reuocationem interlocutoriæ.*

CONSILIVM LXXX.

VNicus est iuris articulus in quo consistit status causæ appellationis Lamberti Damidde, contra Hubertū Rocrich appellatum; & is quidem sine difficultate: vt mirum sit cur tam Officialis Leodiensis primæ instantiæ iudex, quam Decanus S. Pauli Leodiensis in eo vel hallucinati sint, vel aduersus scriptam iuris dispositionem [a], æquitate forte quadam imaginaria sua authoritate sententiam dixerint. 1 † Est enim indubitati iuris quod Iudex latam sententiam reuocare aut rescindere non possit, nec emendare; siue benè, siue malè eandem dixerit: non tantum ex longiore interuallo, sed nec eodem die [b]. Imò nec eadem hora, etiamsi à tribunali nondum recessit, si modo sententiam pro absoluta & perfecta habeat [c]. Condemnando enim vel absoluendo semel functus est suo officio, & Iudex esse desinit [d]: exceptâ solâ executione sententiæ, quæ officio Iudicis Nobili expeditur [e]. Cum ergo D. Officialis Leodiensis in summario iudicio inter dictas partes inchoato, cognitione interposita post summariè propositā à Lamberto petitionem, & Rei responsionem partim negatiuam, partim dilatoriam de excutiendo prius Reo principali, depositionibus testium receptis, exceptionibus Rei aduersus testes propositis, detulerit Actori iuramentum veritatis, & eo præstito Reū in solutionē debiti petiti condemnauerit, nulla fuit potestas eandem sententiam per eundem D. Officialem retractandi vel resumendi pro parte vel toto; siue amplius de causa cognoscendi, aut alias probationes exigendi parte victrice inuita; licet ea cōsentiente hoc admitti possit: quia iuramentum non patitur [a]. Nec mirum, cum ne interlocutoriam quidem si vim sentētiæ diffinitiuæ habeat, reuocare possit Iudex [b]: præsertim si nulla alia sententia diffinitiua sit ferenda [c]; cum alioqui si simplex est interlocutoria eius reuocandæ libera sit potestas [d]. Diffinitiuam autem esse hanc sententiam, quam priore loco pro Lamberto dixit D. Officialis, & non tantum vim diffinitiuæ sententiæ continentem, ex eo manifestissimum fit, quod contineat non solū iuramenti delationem; sed prætterea condemnationē tam principalis debiti, quàm expensarum [e], & quod secundum petitionem, quæ ex citatorio colligitur sit lata [f].

2 † Aduersus quæ nihil facit appellatio pro parte Huberti ab ea sententia D. Officialis interposita: nam appellatio à definitiua deuoluit causam ad superiorem [g], & Iudicis à quo prouocatur manus ligat; denegata Iudici facultate, sententiam iam dictam rescindendi, retractandi, vel in parte vel in toto mutandi: officio enim suo omnino functus est [h], & sic suspenditur omnis illius iurisdictio [i]; 3 † quamuis à merà interlocutoria interposita appellatione, si non est delatum appellationi, aut Iudex petitos Apostolos intra tēpus legitimum

a contra l. 1. C. de legib. b l. Iudex posteaquam l. Paulus ff. de re iudic. l. 2. C. de sentent. ex breuic. recitand. l. post sententiam C. de sentēt. c Io. Imola in d. l. Iudex post a quam & Zasius in l. Acerrēm n. 3. de re iudic. d d. l. Iudex c. in litteris & ibi Imola de offic. de leg. e l. a diuo Pio in princ. de re iudic. Alexan. in d. l. Iudex nu. 5 & ibide Zasius nu. 13. Alexand. cōsil. 9. fere omnino nu. 3. vol. 2.

a Imol in c. cum dilecti de rescript. Zasius in d. l. Iudex n. 9. in gloss. c. fin. de electiõ. lib. 6. Alexand. & Iason. in l. Quod iussit. de re iudic. c Io. Imola. in c. cum cessante de appellat. Alexand. in d. c. quod iussit. d d. l quod iussit. e l. vm Iudex l. 1 rasis C. de sent. & interlocut. omnium iud. f l. fin. C. de sid itcm Zasius in l. Paulus nu. 7. de re iudic. g l. appellatione C. de appell. c. non solum de appell. lib. 6. h d. l Iudex. i l. appellatione C. de appellat. d. c. non solum de appell. lib. 6.

non dederit, aut per Iudicem superiorem,
Iudici à quo inhibitum non sit, reuocari
vel mutari possit per Iudicem à quo[a]: quia
scilicet Iudex interloquendo officio suo
functus omnino nondum sit[b]; & per ap-
pellationem quamdiu ei non inhibetur,
non cogatur in causa supersedere[c]. † Nihil 4
etiam mouet, quod hic tantum videatur
esse præceptum de soluendo, quod ex quo-
rundam sententia[d] pro simplici interlocu-
tione tantum accipitur, & per Iudicem re-
uocari permittitur. Nam licet plerique du-
bitent de præcepto soluendi quod fit Reo
ad simplicem Actoris petitionem confi-
tenti, an sit interlocutoria, an definitiua;
& nemo dubitet quin sit mere interlocu-
toria, si præceptum fiat vel in citatione vel
officio Iudicis, petitione non præceden-
te[e]: verius tamen est omne præceptum Iu-
dicis de soluendo, quod lite instituta Iu-
dex facit, esse definitiuam, si formalis li-
bellus præcessit; vel habere vim diffiniti-
uæ si libellus non præcessit, sed voce vel
ore Reus est conuentus, & Iudex cogni-
tionem adhibuerit; & neutro casu liberum
erit Iudici huiusmodi præceptum reuoca-
re[f]. Vndè ait Felynus[g] quod hoc præce-
ptum regulabitur tanquam diffinitiua,
quoad appellationem, & inter alia quod
non possit reuocari; licet interim hic non
versemur in præcepto quod solet fieri in
confitentem: in quem nullæ sunt partes
Iudicis iudicantis, sed exequentis[h]; sed in
sententia condemnatoria post Actoris pro-
bationes cognitionaliter lata; vt patet ex
verbo *Condemnamus* in sententia D. Offi-
cialis inserto. † Proinde nihil etiam obstat 5
quod non constet de exhibitione libelli
coram Officiali, quodque cætera Iudicio-
rum solemnia nō sunt in eo iudicio obser-
uata: nam formalis libellus, itemque alij
termini substātiales & formales in summa-
rijs causis, & in quibus sine figura Iudicij
proceditur, non requiruntur, sed tantum in
illis in quibus ordinariè proceditur[i]. Sū-
marie autem in hac causa processum fuisse,
ex ipsis actis constat; prout etiam procedi
potuit, attento quod de modica summa
quinque modiorū tritici lis fuerit[k], & co-
ram Officiali Leodiensi ex notorio curiæ
stylo in huiusmodi tenuibus & leuioribus
causis summarie procedatur. † Et denique 6
quod hic procedendi modus sine vlla par-
tis aduersæ contradictione sit delectus &
obseruatus: non enim vbique tam rigide
præscripta est ordinaria procedendi via, vt
non possit partium consensu ea relicta, cau-
sa summarie agi; quod tamē à Speculatore[l]

a c. cum cessante de appellat.

b Zasius & alij in d. l. quod iussit.

c d. c. non solum.

d Bald in addit. ad Specul. tit. de sentent. in princ. addition. Angel. in §. illud in authent. de hered. & falcid. Lanfranc. in c. quoniam cōtra in verbo interlocutiones vers. vlterius adijcitur de probat. Angel. in l. si debitori de iudicijs.

e Philipp. Franc. in d. c. cum cessante.

f Bald consil. 201 punctus petita vol. 5 Alexand. cōsil. 30. vol. 2. Philipp Frāc in d. c. cum cessante Alexand. in d. §. illud. d. l. si debitori.

g In ca. querenti nu 9. in fin. de offic. & pot. iud. delegat.

h l. 1. de confessi. l. proinde 1. §. final. ad leg. Aquiliam.

i gloss. in clem. sæpe. in verb. nō exigat. de verb. signif. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo & figura.

k Bart. & Bald in auth. nisi breuiores C. de sent. ex breui recitand. gloss. in §. necessitatem in vers. ex non scripto in authent. vt Iudices sine quoquo suffraga. §. sit tibi quoque in auth. de mandat princip. & ibi gloss. in verb. breuiores.

l In tit. de libelli conceptione §. nunc descendit vers. 9.

simpliciter admissum, alij sine distinctione
7 non admittunt[a]. † Quamobrem etiam ni-
hil est quod ad nullitatem sententiæ dicti
D. Officialis obijciatur, quod eius senten-
tia ex breuiculo seu scripto nō sit lata: nam
etsi generaliter sententia sit nulla, nec no-
men sententiæ mereatur, quæ dicta est,
cum scripta non fuerit[b]: id tamen non ob-
tinet in causis quæ breuiter & summarie
expediuntur; inter quas diximus esse causas
viles, hoc est modici valoris[c]. Vnde etiā
factum est quod pro parte Huberti à sen-
tentia D. Officialis ex capite iniustitiæ &
iniquitatis appellatum, & minime de nul-
8 litate dictum extiterit[d]. † Et quamuis ad
nullitatem sententiæ referri possit si Iudex
non visis actis præcipitanter sententiam di-
cat; cum sine causæ cognitione sentētia lata
sit ipso Iure nulla[e]: non potest tamen id
huic sententiæ obijci, in qua ferenda plena
cognitio, qualem summaria causa desiderat
adhibitam fuisse ex singulis D. Officialis
decretis successiue latis, & ipsius sententiæ
tenore constat; & si qua D. Officialis festi-
natio hic argui possit, prout non potest: ea
tamen ad nullitatem & multo minus ad fa-
cultatem retractandi sententiam latam, ni-
hil omnino faceret. Vnde eleganter ait D.
Zasius[f], si Iudex latā sententiā variaret id-
eo, quod parum (non dicit nihil) cognoue-
rit de causa, sicut ait aliquādo facere Cour-
tizanos, & variando quem prius condem-
nauerat absolueret, vel è diuerso absolutū
condemnaret, permissum esse parti, quæ
hac mutatione seu variatione læditur aut
grauatur appellare: quibus verbis vel-
ut in indiuiduo hæc tota causa deciditur.
9 † Sed nec hoc ad nullitatis caput referri po-
test, quod D. Officialis non habuerit ratio-
nem obiectæ per Reum exceptionis Ordi-
nis seu excussionis; quasi ex fideiussionis
causa obligatus fuerit: nam principio dici-
mus non ideo sententiam esse nullam si Iu-
dex exceptionem dilatoriam[g] ordinis non
admiserit; non enim ipso iure obligatus nō
est fideiussor, non excusso Reo principali;
neque male agit creditor si fideiussorem
ante debitorem principalem conueniat; e-
ligendi enim habet arbitrium[h], sed datur
fideiussori ante Reum conuento exceptio
ordinis[i] quā omissa iudicium rite proce-
10 dit. † Vnde etiam communiore opinione
inter dilatorias communeratur[k], & ante
litem contestatam opponenda est; sic vt fi-
deiussor litem contestando exceptioni re-
nunciasse videatur, & vt voluit Alexan-
der[l] in appellationis causa opponi non pos-
11 sit. † Quare quemadmodum si Iudex ob-
iecta compensatione non habeat rationem
compensationis, sententia tenet[m] si non sit
appellatum; cum tamen compensatio ipso
iure

a Card. in clem. sæpe de verb. signif. in princ. quæ.

b l. statutis in pri. C. de sentent. ex breui recit.

c Auth. nisi breues. C. de sentent. ex breui. recit.

d constat ex actis causæ.

e Bart. in l. prolatam versic. fin. C. de sentent. c. Deus omnipotens 2. q. 1.

f in d. l. Actorem n. 3. in fin. de re iudic.

g Guido Pape decis. 170. nu. 6.

h Liure nostro. l. Rem l. non rectè C. de fideiussor.

i Auth. præsente C. de fideiusso.

k Guido Pape. d. decis. 170.

l consil. 83. in 6. vol.

m l. quod in diem §. fin. de compens.

iure debitum minuat si obijciatur; ita quo-
que ex eo capite tantum dici posset iniusta
hæc sententia, non nulla; quia cum expres-
sum iuris errorem non contineat, contra
ius constitutionis, lata esset, & sic ei stan-
dum erit si appellatum non sit a, & si ap-
pellatum est, per superiorem, non per eun-
dem qui illam dixit, corrigenda est. † Cæ- 12
terum huius iniustitiæ nulla est considera-
tio; non enim condemnauit Reum vt fi-
deiussorem, sed vt principalem seu expro-
missorem; quòd animo nouandi pro libe-
ratione Andreæ Borlet promiserit Actori
præsenti & acceptanti quinque modios tri-
tici; prout domicellus Conradus de Hen-
nessia alter testium deposuit: secundum cu-
ius depositionem in supplementum proba-
tionis Dominus Officialis Actori iura-
mentum detulit. Is autem qui alienę obli-
gationi accedit vt principalis, eamque in
se transfert animo nouandi, vt prior libe-
retur, beneficio excussionis seu ordinis nō
gaudet b. † Nam quamuis accessione alte-
rius personæ non præsumatur nouatio, cum 13
tamen hoc agitur, & dicitur, dubium non
est nouationem veram & effectualem esse c;
prout hîc id actum & dictum est; vt constat
ex depositione dicti Andreæ verbis istis
dixit in præsentia Actoris, quod daret A-
ctori ibidem præsenti & acceptandi quin-
que modios albi frumenti deacquitando
præfatum Boerlet. † Ita vt Reus hac via, 14
non fideiussorem se constituerit, aut con-
stitutæ pecuniæ Reum, sed expromisso-
rem; hoc est, alienæ obligationis vicarium
& susceptorem; siue alius ille efficaciter ob-
ligatus non fuerit, quo sensu vulgo expro-
missor accipitur d; siue etiam efficaciter
obligatus fuerit e. † In quo ex promissore 15
certò constat nouæ constitutionis benefi-
cium de excussione Rei principalis vel in-
efficaciter obligatus est secundum vulga-
rem opinionem, vel efficaciter antea obli-
gatus, nouatione nunc liberatus est f. † Per- 16
inde quoque ad nullitatem sententiæ non
facit quod Reus in appellatione sua pro-
posuit, promissionem suam esse sine causa,
nec constitisse de debito Rei principalis;
nam id etiam tantum respicit iniquitatem
& iniustitiam. Promissio enim sine causa,
nulla non est, sed ipso iure tenet, quamuis
proposita doli exceptione eneruari & eli-
di possit g. Indè cū Reus huiusmodi exce-
ptionem non obiecerit, sed tantum exce-
ptionem ordinis, merito illius nulla erat
habenda ratio; neque iniusta, multò minus
nulla dici poterat sententia D. Officialis.
Et cum exceptio Rei satis implicite con-
tineat confessionem debiti principalis, de
veritate debiti principalis, nulla proposita
de illius falsitate exceptione, suscipienda

a l. cum prolatis. l. Præses de re iud.

b gloss. in Auth. de fid. iussor. in princ. in verbo fideiussorē fu'go; in d. auth. præsente.

c l fin. C. de nouation.

d gloss. in d. verbo fideiussorem.

e l. si quis acceptio tulerit. de condict. caus. dat. l. mortis ff de mort. caus. donat. l quā uis § si conuenerit. ad Vellean. l. eleganter §. seruus pa ctionis de dol. mal.

f d. gloss. in verb fideius sorem circa med.

g l. 2 § cura. de dol & met. except.

non fuit cognitio, multo minus de causa
fideiussionis seu potius expromissionis est
dubitandum; quia pro causa est ipsa fide-
iussio. Cessat itaque in hac causa omnis oc-
casio retractandi hanc sententiam ex ca-
pite nullitatis; ex quo alioqui fatemur re-
lictam esse Iudici potestatem retractandi,
& contrarium quandoque etiam ex ijsdem
actis reddendi, cum pronunciatum ipso iu-
17 re non tenuerit a. † Porro nec hoc laxio-
rem potestatem retractandi seu reformandi
dictam sententiam tribuit, quod in figurâ
conditionis in eadem sententia dictum sit
verbis absolute positis, *Præstito per Acto-
rem iuramento*, quasi scilicet non perfecte
absoluta fuerit sententia, nec ex ea Actori
ius quæsitum: quo casu superius diximus
Iudici permissum esse sententiam in conti-
nenti mutare b: nam verè absoluta fuit.
Neque ex horum verborū adiectione con-
ditionalis quoad substantiam efficitur li-
cet quoad executionem ab implemento
iurisiurandi in conditione positi pendere
videatur. Vnde Baldus c vocat hanc con-
ditionem intrinsecam; cum alioqui senten-
tiæ, conditiones extrinsecas respuant d, di-
cens nihilominus esse sententiam definiti-
uam, & absolutam; cum contineat non tan-
tum iuramenti delationem, eamque puram
vt hic constat ex verbis quod ei in supple-
mentum probationis deferimus, sed etiam
condemnationem: ita vt in casu subiecto
satis sit Actorem non recusasse iuramenti
præstationem, sed Rei oppositionibus &
18 appellationibus impeditū fuisse. † Postre-
mo quod dici posset hîc sententiam defi-
nitiuè latam non tam esse mutatam, quàm
Reum aduersus illam in integrum restitu-
tum vti sonare videntur verba decreti à
quo prouocatum extitit hæc scilicet, *Ap-
pellantem in pristinum statum reponimus*; id-
que iudici ordinario permissum esse e; in
19 casu præsenti locum habere nequit. † Re-
stitutio enim in integrū officio Iudicis no-
bili expeditur, & petenti tantum concedi-
tur; idque duntaxat minoribus, vel quan-
doque etiam maioribus ex causis à iure cō-
probatis, & singularem rationem habenti-
bus f. Quare cum hîc nusquam petita sit
restitutio in integrum, & ordinaria via ap-
pellationis Reo consultum fuerit, prout
eâdem tantum vsus est; extraordinariæ re-
stitutionis in integrum locus esse non po-
test g: cum ex omnibus actis non constet
de aliqua iusta causa cum Reus restitui de-
buerit. Nam sola iniustitia sententiæ per se
sufficiens causa non est; cum de illa cogno-
scere prohibeatur is, qui eam dixit; sed co-
20 gnoscenda ad superiorem remittatur: † ita
vt simplex repositio aduersus sententiam
pro restitutione integri accipi non debeat,
sed

a Doct. in d. l. Iudex & d. l. cum quærebatur.

b Doct. in d. l. Iudex & d. l. Paulus.

c in l. cum Iudex. C. de senten. & ibi Castrens.

d l. 1 § biduum quando appell. sit.

e Doct. in d. l. Iudex.

f Eleganter Zasius & alij in d. l. Iudex.

g l. in causæ 2. de minor.

sed pro mera & nuda mutatione seu variatione, quæ permissa non est[a]. † Quamobrem minus etiam curandum est, de repositione quæ facta est 19. Iulij: nam illa quatenus mutationem sententiæ continet, nulla est; facta scilicet parte non vocatâ; cum etiam ad reuocationem vel mutationem interlocutoriæ, quæ alicuius momenti est, opus sit partis citatione[b]. Et licet Officialis iusserit illam intimari Actori, tamen per eam intimationem semel contracta nullitas, dilui nequit. Adde quod illa repositio non fuerit nisi temporanea ad effectum, ne Actor delatum iuramentum præstaret, & D. Officialis de natura obligationis seu promissionis vberius informaretur; nam postea sequuta est simplex & absoluta, scilicet 4 Septembris, à qua hæc appellatio nunc in secundo iudicio agitata interposita est; quâ iussus est Actor vberius intentionem suam probare; vt scilicet illa repositio Iudicem, hæc partem concernat. Omnibus igitur rectè perpensis, in ea sumus sententia, vt putemus per venerabilem Dominum Iudicem huius tertiæ instantiæ, vtramque sententiam scilicet Domini Officialis repositoriam, seu prioris sententiæ retractatoriam & Decani Sancti Pauli confirmatoriam, retractandam, & priorem Domini Officialis sententiam confirmandam esse; adiudicatione expensarum appellanti factâ.

21

a l. cum quærebatur l. Iudex de re iud.

b Innoc. in c. Sacro de sent. excom. Io. Andr. in d. c. cum cessante Bald. in l. post sentent. C. de sentent.

SVMMARIVM.

Damna est interesse post sententiam.

1. *Præcipitatio nouerca iustitiæ.*
2. *Accessoria Iudiciorum formalem sententiam non requirunt.*
3. *Iudex lata sententia officio suo functus est.*
4. *Iudex tametsi sententiam reuocare non possit declarare tamen potest.*
5. *Sententia licet incerta quoad damna & interesse valet.*
6. *Iudex damna & interesse declarare potest, etiamsi illius potestatem sibi non reseruauerit.*
7. *Verba generalia ad fines iuris restringenda sunt.*
8. *Impensæ cum fructibus compensantur.*

CONSILIVM LXXXI.

IN causa appellationis, quæ coram Magnificis Dominis Cõmissarijs & cognitoribus causarum appellationum oppidi Traiectensis pẽdet inter Ioannem vanden Maer, & Henricum Bellier Appellantes; ac Guilielmum Hansemaeckers, & suos consortes appellatos, ex pluribus capitibus oppugnantur decreta seu sentẽtiæ Scabinorũ dicti oppidi nona & vndecima Octobris anno 1563. pronunciata, in articulo liquidationis redituum, sumptuum, ac meliorationum domus, ad cuius restitutionẽ dicti appellati nona Septembris anno 1562. cõdemnati sunt. Quę quidẽ obiectiones quia vnius generis non sunt, nec inuicem cohærent, singulæ per se excutiendæ sunt. † In primis dictis sententijs, & præsertim posteriori objiciunt appellãtes, præcipitationẽ, quæ iustitiæ nouerca dicitur[a]; quoties non cognita causa Iudex ad pronunciationẽ definitionemq; prosilit. Vnde sententiæ quę profertur non tantum iniustitia, sed etiam nullitas causari solet[b]. Cęterum quod nõ possit his sententijs vitium præcipitationis objici, demonstrat tẽporis ratio; cum à lata sentẽtia causæ principalis, videlicet à noua Septembris anno 1562. vsq; ad prõlationẽ hanc, amplius quàm totius anni lapsus sit, initio liquidationis, seu processus in materia liquidationis facto in proximo Octobri post sententiam principalem; à quo tẽpore cõtinua serie de liquidatione eorũ, in quibus appellati cõdẽnati fuerũt, & per appellantes loco sumptuum seu meliorationum petebantur, plenissimè vtraq; pars audita, & vtriusque partis probationes ac testimonia recepta sunt: vt merito tandem in articulo non causam principalem cõtinente, sed accessorio tantùm ius sine longiore procrastinatione dici potuerit. Nihil faciẽte in cõtrarium, quod eodẽ ipso die quo prius decretum latum est, appellãtes scriptũ quoddam exhibuerint: nam id nõ ad ampliationẽ liquidationis pertinebat, nec ad cõmodum appellantium principaliter, sed continebat tantum oppugnationem oblatæ, ac depositæ pecuniæ per appellatos, propter insufficientiam, & minime merita articulorum ipsius materiæ liquidationis. Sic quod pręcipitatio hîc nulla sit, nisi ex iudicio appellantium, quos constat friuolis & postea desertis seu renunciatis appellationibus, alijsque altercationibus causam
2 liquidationis protraxisse. † Cum alioqui summa-

1

a Clem. pastoralis §. verum de re iud. Fely in c. Ecclesia S. Mariæ n. 35. de constit.

b Bart. in l. prolatam C. de senten: l. Iudex C. Cõminat. epist.

summaria sit procedendi ratio in his quæ
iudiciorum accessoria sunt, & non in
condemnatione futura consistunt, sed an-
tecedentis condemnationis consequentia
& accessoria sunt: vsque adeo vt huiusmo-
di declaratio sine scripti recitatione fieri
possit [a]. Neque enim eadem solemnitate
facienda est rei antecedentis declaratio;
quâ ipsum declaratum expediri debet [b].
Friuola igitur manet ex hac causa facta di-
ctæ declarationis impugnatio. † Eodem 3
loco est illa obiectio quæ ex defectu pote-
statis Scabinorum sic declarantium desu-
mitur: quasi scilicet Scabini per suam sen-
tentiam nona Septembris anno 1562. la-
tam sua officio functi sint, & manum quod
aiunt amplius tabulæ admouere non po-
tuerint; siue bene, siue malè iudicauerint [c].
Nam cum ab hac sententia principali non
sit appellatum, certum est quod vis suspen-
sionis ipsius iurisdictionis aduersus illam
constitui non possit. † Et quamuis Iudex 4
lata sententia, non possit illam reuocare
nec corrigere [d], nihilque ei etiam in acces-
sorijs addere possit [e], & ne quidem prætex-
tu erroris [f]: declarare tamen illam potest [g],
præsertim cum declarandi taxandique po-
testatem sibi reseruauit. † Et omissa reser- 5
uatione potest Iudex in executione sen-
tentiæ liquidationem taxationemque hãc
facere; quamuis incerta quoad condemna-
tionem expensarum & damnorum tolere-
tur, sufficiatque per Iudicem in principali
causa dictum fuisse expensas, damna, & in-
teresse deberi, nullâ etiam expressa certa
quantitate; quæ incertitudo in accessorijs
his, vt inquit Baldus [h] toleratur: sed incer-
titudo postea in executione declarabitur;
quia istud accessorium quamuis incertum
corroboratur à principali dispositione.
† Cum ergo in iurisdictione extremum nõ 6
sit ipsa sententia, sed sententiæ executio [i],
parumque sit sententias ferri, nisi execu-
tioni mandentur [k]; non potest dici potestas
ac iurisdictio Iudicis finita extinctaue per
pronunciationem sententiæ; quia illa vsq;
ad executionem sententiæ inclusiuè per-
durat, & in exequendo potestas declara-
tionis expensarum & damnorum ei permit-
titur, etiamsi illam declarandi potestatem
sibi specialiter non reseruauerit [l]; idque si-
ne noua interpellatione aut alia instantia:
quia est prioris seu principalis sententię ac-
cessorium & pars, quæ finem non accipit
nisi in plena executione Sic quod appellã-
tes huic fundamento insistendo sibi ipsi re-
pugnent, & exitum restitutionis impensa-
rum & meliorationum præcludant. Subla-
tis his quæ pro nullitate dictarum decla-
ratoriarum sententiarum adferuntur, vi-
deamus quid ad iniustitiam illarũ objicia-

a Bald. in l. terminato n. 12. C de fruct. & litiũ expens.
b l. heredes palam §. Si quid post testamentum & §. Sed et si notam de testa.
c l. Iudex posteaquam. de re iud.
d l. cum quæritatur de re iud. Doct. in l. quod iussit eod. tit.
e gloss. l. 1. C. de sent. quæ si cer. quan. proter. Bald. in d. l. Terminato.
f l. error. & ibi Doct. C de iur. & fac. igno.
g l. ab executione & ibi Bart. de appella. Decius in l. in ambiguis. de reg. iur. Bart. in d. § si quis post.
h in d. l. Terminato n. 2
i l. 1. §. 1. Si quis ius di cen non ob. temp.
k gloss. Rub. C de execut. rei iud.
l c. grauis de restit. spolia. Rebuff. in tract. de fruct. & eorum restit. artic. 2. gloss. 1. ad const. regias par. 3

tur. Illud sanè potissimum objiciunt Ap-
pellantes, quod Scabini minoris condem-
nauerint, seu minorem declarationem fru-
ctuum ac sumptuũ fecerint, quàm appella-
ti obtulerint. In exordio enim litis causæ
principalis Appellati vindicando domum
contentiosam ex causa vulgaris euictionis,
seu hypothecariæ actionis per Appellantes
possessam, pro restitutione illius obtinenda
obtulerunt Appellatis soluere omnes ces-
sos reditus, sumptus euictionis, reparatio-
nes, & meliorationes: ita quod effusa gene-
ralitate ac vniuersalitate bonorũ factã, ob-
latio per dictos Scabinos neque ex tempo-
re, neque ex causis restringi debuerit [a].
Qui enim omnes reditus, expensas, & sum-
ptus offert, nulla excludere censetur [b]. Sic
quod sua declaratione condemnationem
seu executionem fructuum & expensarum
ipsa oblatione minorem facere potuisse nõ
videantur [c]. Verum summa est captio in
hac verborum sic acceptorum interpreta-
tione: nam præsumptio nulla est appellatos
voluisse excedere fines obligationis, nec
debito plus offerre [d]; sic quod generaliter
& indeterminatè prolata verba, ad fines iu-
ris ac obligationis referri & restringi de-
7 beant [e]. † Idque sine vlla verborum im-
proprietate; cum generalia verba ita sem-
per restringenda sint vt omnis absurditas
vitetur [f], ex verisimilitudine mentis ac
voluntatis loquentis [g]. Itaque non est ve-
risimile Appellatos alios sumptus, aut re-
ditus obtulisse, quàm quos iure obligatio-
nis debuerunt: quia nemo indebitum vel
soluere, vel offerre præsumitur. Alioqui
sanè verba sic iudaicè ad litteram intelli-
gendo omnes omninò sumptus & expensæ
continerentur; & qui ante diem euictionis
cesserunt, & qui cedere debebant euictio-
ne non factâ vsque ad diem restitutionis;
8 † quod iuris ratio non patitur: tum quod
impensæ meliorationis ac reparationis
cum fructibus rei compensentur [h]; quos
fructus constat in proposito maiores fuisse
ijs sumptibus qui in reparationem vel me-
liorationem domus facti sunt: ita vt appel-
lati per hanc declarationem magis grauati
sint, cum ad eorum onus huiusmodi im-
pensæ reijciuntur. Ideoque etiam frustra
conqueruntur Appellantes de exiguitate
taxationis huiusmodi sumptuum; cum non
probent maiores fuisse impensas, quàm fue-
rint emolumenta, seu fructus qui medio
tempore percipi potuerunt; cum impensæ
ex fructibus deducantur [i], nec illarum no-
mine retentio rei fieri possit, nisi cum vel
nulli fructus à possessore percepti sunt, vel
maiores sunt fructibus ex re perceptis [k].
Ita quod dicti Scabini adiudicantes Ap-
pellantibus expẽsas ob euictionem factas,
nec-

a l. si ita fuerit. de leg. 3.
b l. Iulianus in princ. de leg. 3.
c argumento l. si conuenerit de re iud.
d l. cum de indebito de probat.
e l. 1. C. de Fruct. & lit. expens.
f Iason in l. Marcellus in 4 notab. Ad Trebell. l. 1. ne quid in loco sacro.
g l. Lucius 2. §. Lucius 2. de leg. 2. l. creditor. §. Lucius maneat.
h l. Sumptus & ibi Baldus de rei vendic. l. in fundo & ibi Bart C. eod. tit.
i l. 1. C. de fructib. & litium expens.
k l. quod si artificem l. sumptus in fin. l. emptor. de rei vendic. Castrens. cõs. 270. viso. puncto in fin. vol. 2.

nec non dictas impensas, plus debito Appellantibus adiudicauerint: ideoque etiam (quoniam appellatio communis est[c]) meritò sustineri posset, dictorum Scabinorum sententiam ad commodum Appellatorum reformandam esse, quatenus dictorum fructuum & compensationis ex illis ratio habita non est; si conclusio Appellatorum in hac appellationis causa nō tam apertè tenderet ad dictarum duarum declaratoriarum sententiarum confirmationem Præmissis igitur & alijs, quæ per alium vulgari lingua deducta sunt, attentis; existimamus Amplissimorum Dominorū Commissariorum officium esse, vt in definienda hac appellationis causa dictam Appellatorum conclusionem sequantur.

c l ampliori C. de appell.

SVMMARIVM.

Appellatio coram quo fieri debet.

1. *Executio fieri non debet antequam sententia transierit in rem iudicatam.*
2. *Appellatio claudit manus Iudicis.*
3. *Ab executione, vel excommunicatione non est incipiendum.*
4. *Compromissum impedit desertionem.*
5. *Delegati potestas vltra annum à sententia non durat.*
6. *Hæreditariæ actiones pro portionibus hæreditarijs diffunduntur.*
7. *Iudex allegationes partium audire debet.*
8. *Iudex appellationis procedere non potest nisi de iurisdictione prius cognouerit.*
9. *Appellatio coram Iudice à quo interponenda est.*
10. *Impeditus in termino protestari saltem debet.*
11. *Rescripta subreptitia sunt nulla.*
12. *Iudex ex rescripto subreptitio non cognoscit.*

CONSILIVM LXXXII.

VEnerabilis D. Assessor. Vt qua possumus breuitate, euidentissime deducamus Præpositum VValcuriensem Iudicem subdelegatum perperam & inique, cupiditate quadam retinendæ seu potius adipiscendę iurisdictionis in hac causa Matthiæ Mollenpeder, contra D. Engelbertū ab Hestede tulisse ex abrupto decretum suum, quo sine causæ legitima cognitione decreuit se Iudicē huius causę, & partium competentem, reiectis articulis præfati D. Engelberti, quibus literas Apostolicas, quarum vigore præfatus præpositus iurisdictionem sibi competere arbitratur, obreptionis, subreptionis, & falsitatis vitio obnoxias esse contendebat; sequentes ordinem prædictorum articulorum à præfato Præposito reiectorum, expendemus, annē singulæ clausulæ in ijs comprehensæ aliquod pondus habeant: ita vt ad probationem admitti debuerint, admissæque, & probatæ, num intentionem dicti Engelberti optime iuuissent? Quod igitur primo loco articulatum est præfatum Matthiam falso suggessisse Sanctissimo, sententiam Decani S. Petri Louaniensis transijsse in rem iudicatam, quis negabit plurimum momenti attulisse, dicto Matthiæ in impetrando rescripto? Omnis enim ferè controuersia quæ nunc inter has partes vertitur, non est super principali negotio, sed super incidenti tantum, occasione prætensæ cuiusdam condemnationis expensarum per præfatum D. Decanum S. Petri, latæ: cuius quidem sententiæ non aliter quam si in rem iudicatam transisset executionem coram præfato Decano petenti Matthiæ opposuit se dictus D. Engelbertus; & appellauit non tantum ab executione, sed etiam à præcedenti decreto: vt patet ex actis coram eodem D. Decano habitis.
1 † Hoc autem dubitatione caret, quod ad executionem non sit procedendum, antequam sententia trāsierit in rem iudicatam, quodque appellatione interpositā omnia suo loco manere debeant[a]. Quare sicut non rectè appellasse diceretur præfatus D. Engelbertus, si sententia lata in personam D. Engelberti senioris, reuera transisset in rem iudicatam: ita è diuerso cum non transierit in rem iudicatam, rectè appellasse dicetur: vt non rectè hic cum impediat præfatus Matthias. Vnde euidentissimum est cessante hac causa, quod præfatus Matthias rescriptum Apostolicum non potuisset, aut saltem difficilius impetrare. Erat igitur vel ex hoc solo capite apud prætactum Præpositum VValcuriensem audiendus dictus D. Engelbertus. Huic autem proximum est quod secundo loco adducitur, præfatum Matthiam subticuisse allegationes, & rationes D. Engelberti citati à præfato Decano ad videndum expensas taxari, & ad executionem procedi.

a ff. nihil nouand. appell. pend. c. ad hoc de appellat.

Primo

Primo scilicet quod à sententia præfati
Decani lata contra D. Engelbertum senio-
rem patruum huius D. Engelberti, legiti-
me fuerit appellatum, & eidem ab eodem
Decano delatum; quodq; ea appellatione
pendente inter præfatas partes compromis-
sum factum sit, sine præfinitione temporis.
Secundo quod à lata huiusmodi sententia,
biennium vel circiter elapsum esset, ante
diem citationis dicti D. Decani in perso-
nam præfati D. Engelberti emanatæ. Ter-
tio quod plures executores essent testamē-
ti præfati D. Engelberti senioris. Quæ qui-
dē tria si expressa fuissent Sāctissimo nō est
dubium quin repulsam passus fuisset. † Nam 2
quod ad prius attinet, certum est quod ap-
pellatione interpositā claudantur manus
Iudicis à quo, & maxime, si is appellatio-
ni deferat: quia per delationem omnem iu-
risdictionem in ea causa à se abdicare & ad
superiorē remittere videtur [a]. Et quamuis
Iudex possit adhuc, si appellās intra statuta
tempora non prosequatur suam appellatio-
nem, procedere contra appellantem, & sen-
tentiam suam executioni mandare [b]: tamen
certum est duplici ratione impeditā fuisse
hîc executionem. † Primo quod cōtra no- 3
uam personam succedentem alteri, non sit
ab executione, aut excommunicatione in-
cipiendum, sed citāda prius sit illa ad cau-
sam resumendā, & cognitio habenda super
desertione; vt expresse constitutum est [c].
† Secundo quod non potuerit hic dici de- 4
serta appellatio, propter compromissum in-
ter præfatum Matthiam & Engelbertum
seniorem factum; quia si pendente appella-
tione eatur ad arbitros, impeditur execu-
tio sententiæ, nec fatalia currunt [d]. † Quod 5
vero ad secundū attinet, manifesti iuris est,
potestatem Iudicis delegati in mandanda
sua sententia executioni, non durare vltra
annum; vt est expressus textus [e]. † Tertium 6
quoq; manifestam habet rationē; cum enim
actiones hæreditariæ non cōtra vnum hæ-
redem in solidū, sed cōtra omnes pro por-
tionibus hæreditarijs dentur [f]: certissimū
est malè hunc D. Engelbertum solum cita-
tum & in ius vocatum coram præfato D.
Decano, maleq;, inique, & perperam eundē
D. Decanum S. Petri contra hunc solum,
& non alios etiam Executores processisse.
Quæ certè omnia si a præfato Matthia S.
Pontifici narrata fuisset, non dubium quin
nihil obtenturus erat. Similiter suppressa
veritas illius quod in tertio articulo nar-
rat procurator D. Engelberti non mo-
dicum adiumentum præstitit præfato Mat-
thiæ in impetrādo rescripto; Si enim Pon-
tifici propositum fuisset, præfatum Deca-
num semel admisisse allegationes D. En-
gelberti, reiecisseq; præfati Matthiæ appel-

a c. Sepe de appell.
b c. ad aures cum similibus extra. de appell.
c decisio Rotæ 98 incipiente licet sub finē.
d §. deinceps in Auth. de appell. collat. 8. & Clem. quamdiu de appellat. Specul. in tit. de appel. §. postremo in princ.
e vn. c. quam uis de offic. & potestat. iud. deleg.
f Cod. de hæredit. actio per totum.

lationem ob id interpositam, & rursus sine
cupiditate retinendæ executionis in huius-
modi causa, siue ob aliam causam mutata
sententia, non sine maxima nota inconstan-
tiæ postea reiecisse allegationes dicti D.
Engelberti, decreuisseq; ex abrupto lite-
ras executoriales; dubitatio nulla est, quin
Sāctissimo omnia suspecta fuissent: voluis-
setque ob id idem Sanctissimus maiorem
causæ cognitionē habere & non tam facile
rescriptum concedere. Certè quod quarto
loco articulatur apertam præfati Matthiæ
continet calumniam, studiumq; Sanctissi-
mo obrependi: neque enim verosimile est,
Pontificem fuisse aures præbiturum Mat-
thiæ, si intellexisset pro parte præfati D.
Engelberti tēpestiue appellatum, superque
huiusmodi appellatione rescriptum impe-
tratum: vt nunc non sit mirum Pontificem
tam facile cōcessisse præfato Matthiæ suum
rescriptum, tanquam aduersus eum qui o-
mnino meræ executioni resisteret. Porro
quod quinto loco falsò suggessit Sāctissimo
præfatus Matthias, quorsum aliter spectat
quàm ad irritandum & prouocandum Pō-
tificis animum aduersus præfatum D. En-
gelbertum, inflectēdumq; ad facilius præ-
tactum rescriptum impetrandum; tanquam
aduersus eum qui etiam Laicorum Iudicū,
seu Principum auxilijs, conatus fuisset re-
morari appellationis, causæq; executionis
7 prosecutionem. † Sed quod & sexto loco
suppressum & subticitum dicitur, quis ne-
gabit plurimum adiumenti attulisse, præ-
fato Matthiæ in impetrandis literis Apo-
stolicis? Cum enim Iudicis sit iustas liti-
gatorum allegationes audire, & minime
affectibus seruire, aut excandescere vel te-
mere, & ex abrupto, non satis cognita cau-
sa, quicquam definire, debeatq; appellatio-
nem legitime interpositam suscipere & ijs
interpositis manum à tabula (quod aiunt)
retrahere [a]: consequens est quod cum pro
parte D. Engelberti contrarium fecisse D.
Decanum, appellationemque à decreto re-
iectionis, exceptionis, & literarum vlte-
riorum interpositam fuisse, allegatum sit;
idque præfatus Matthias Pontificem cela-
uerit; sequitur (inquam) id eum subticuis-
se, quod summum ei erat præstiturum ob-
8 staculum in impetrando rescripto. † Cui
omninò simile est quod in septimo articu-
lo proponitur, præfatum Matthiam subti-
cuisse apud S. Pontificem denegatum fuis-
se D. Engelberto terminum dicendi con-
tra iurisdictionem dicti D. Decani, dictū-
que Decanum auiditate iurisdictionis non
tantum Iudicem competentem se pronun-
ciasse, verum etiam vlteriores litteras de-
creuisse. Nam cum non possit Iudex dele-
gatus in negotio appellationis procedere
Y nisi

a l. nequicquam §. obseruare de off. procons. & lega. c. ex parte 1 & c. super de off. & potestate iud. deleg. l. obseruandum de off. Præsid. l. Iudici de iniurijs l. & maioribus C. de appel. l. sciendum de app. recip.

nisi causa cognita, illi prius constet de iurisdictione sua [a]; adeo vt ad id specialiter citatio fieri, & partibus terminus ad dicendum contra iurisdictionem præfigi à Iudice debeat [b]: sequitur nō rectè dictum Decanum fecisse quod sic ex abrupto processerit, præfatumque Matthiam id satis callide in sui commodum in suo supplici libello Sanctissimo porrecto suppressisse. Hoc dubitatione caret, si quod in octauo articulo proponitur, narrasset Pontifici præfatus Matthias, nunquā impetrasset rescriptum Apostolicum ad Abbatem Parcensem & eius collegas: cum non sit verosimile Pontificem, qui tam incidentium omnium, quàm causæ principalis Decano b. Mariæ Traiectensis commiserat, voluisse eam illi præripere, ob id solum quod secundum mentem, & commissionem Apostolicam decreuisset idem D. Decanus coram se via regia procedendum esse. Quemadmodum & illud dubij nihil habet, quod nono loco adfertur præfatum Matthiam narrasse se à decreto Decani B. Mariæ legitimè appellasse tacuisseque quod extra iudicium in absentia Iudicis & partis, quorum præsentiam commode habere potuisset, appellauerit, eamque appellationem D. Engelberto infra legitimum tempus non insinuauerit. † Quæ omnia cum reddant ap- 9
pellationem nullam, quia appellatio regulariter interponenda est corā Iudice a quo quis grauatur & appellat [c]; nisi illius a quo præsentiam habere non possit, aut iusto aliquo metu eundē adire ausus non sit [d]; †quo- 10
rum neutrum post appellationem præfati Matthiæ euenit aut saltem de eo protestatus fuisse non inuenitur; quod in prædicto vtroque casu est necesse, vt notant Canonistæ [e]. Nam vbicumque quis impeditus est facere aliquid in termino sibi statuto (prout hic in iure appellanti decem dies constituti sunt) non excusatur nisi intra illum terminum protestetur: sic vt inde dixerit Ioannes Imola se obtinuisse in quadam causa appellationis. Sequitur ergo quod hæc appellatio sit nulla, ob id quod vt debuit non appellauerit, neque legitime appellationem suam D. Engelberto insinuauerit tunc appellato, vt de iure tenebatur [a]. Quare vel hæc sola allegatio impugnari potest totum rescriptum Apostolicum præfati Matthiæ super nulla appellatione impetratum: ita vt non recte Præpositus VValcuriensis hanc exceptionem non admiserit. Rectè itaque ex præmissis omnibus colligit procurator Domini Engelberti, si quæ falso suggesta dicuntur, non suggessisset præfatus Matthias Sanctissimo, quæque suppressa, & subticita dicuntur, non suppressisset, & subticuisset; quod idem Matthias nunquam aut saltem cum maiore difficultate, impetrasset no-
11 uissimum rescriptum. † Et cum rescripta per falsi suggestionem verique suppressionem extorta, nullum effectum consequi
12 debeant [b]; † adeo quod Iudex nullatenus de causa principali cognoscere possit, si illi de surreptione, vel obreptione fides fieri possit [c]; sintque in rescripto impetrando ea omnia exprimenda quæ Principis animum ad concedendum vel non concedendum aut difficilius concedendum mouere possint [d], debeatque Iudex exceptiones partium releuantes admittere, & non reijcere, vt paulo ante dictum est; concludo paucis D. Præpositum VValcuriensem subdelegatum Iudicem per Præfatum D. Parcensem malè & perperam, imò nulliter processisse; partesque nunc Reuerendi Patris Abbatis Vlierbacensis esse, in pronunciando, vt primum decernat pro parte præfati D. Engelberti rectè appellatum à decreto D. Præpositi, & ob id articulos pro parte præfati Domini Engelberti exhibitos, imprimis & ante omnia ad respondendum, etsi negabuntur, ad probandum admittendos esse; & deinde vt illorum contentis sufficienter probatis decernat, neque præfato D. Præposito, neque Domini Abbati Parcensi, neque sibi in hac causa iurisdictionem competere aut competiisse, & ob id causam remittendam esse ad Decanum B. Mariæ oppidi Traiectensis, a quo appellatum per præfatum Matthiam fuit, pro vlteriore cognitione.

SVMMA-

a c. super litteris in j n. de Rescriptis c. Romana § si vero vocatus & ibi gloss. in verbo nō praesumant de appell. in 6.
b argumento c. 2. de testib.
c c. concertationi c. appellanti de appel. in 6. & per Specul. in tit. de appel. §. qualiter versic. it. in cautus.
d c. si iustus de appel. c. Pastoralis § praeterea cum ibi notat. de off. ord. & in l. cum quidam & ibi per Bart. Ang. & DD. de appel.
e in d. c. si iustus & Doc. in d. l. cū quidā & gloss. cap. cū, senes §. quod si d. e. lect. in 6.

a Clem. vnica de appel. cū similibus.
b d. c. Super litteris cū similibus iuribus vulgaribus.
c d. c. super litteris in verbis nullatenus & ibi gloss.
d per glossam & Panorm. in d. c. super litteris & per text. in c. postulasti de rescriptis.

SVMMARIVM.

Appellatio.

1. *Forma à lege vel statuto præscripta, in actu iudiciali omissa actum vitiat.*
2.4. *Statutum ne liceat appellare, nisi imposita mulcta.*
3. *Appellatio indubio potius valet.*
5. *Pœna appellanti imposita cessat in eo qui appellationem non prosequitur.*
6. *Oblatio verbalis in ambiguis prodest.*
7. *Satisdare non debet qui bona immobilia possidet.*
8. *Locati actio quid contineat.*
9. *Intellectus* l. item quæritur §. fin. ff. Locati.
10. *Possessor malæ fidei omnem casum præstat.*
11. *In litem iuratur in actione locati.*
12. *Iudex ad futuras vsuras seu interesse condemnare potest.*
13. *Interesse condemnatio an post sententiam peti possit.*
14. *Venditor ad interesse tenetur si serius rem venditam tradat.*
15. *Malæ fidei possessor ad quos fructus teneatur.*

CONSILIVM LXXXIII.

Vide Socinus consil 35. incipient capio primum nu. 1. vol. 4.;

PRimum de quo quæritur in causa appellationis Magistri Nicolai Berkel
appellantis à sententia latâ per venerabiles Viros Dominos Iudices Appellationū
almæ Vniuersitatis Louaniēsis, est, † Num 1
appellatio ipsius sit nulla ob non seruatam formam statutis vniuersitatis præscriptam, quæ requirit vt Appellans à dictorum Dominorum Iudicum sentētia, velut pro cautione mulctæ, seu friuolæ appellationis, appellando deponat & consignet decem antiquas coronas, quod à Magistro Nicolao prætermissum est; forma enim seu solēnitas à statuto vel lege municipali cuicumq; actu iudiciali præscripta, substantialis cēsetur, & omissa omninò vitiat [a]. † Sed 2
verius est ommissionem depositionis & cōsignationis huiusmodi coronarū loqui tantum de eo, qui cum coram Rectore Vniuersitatis succubuit in prima instantia, appellatione ad dictos Iudices interposita, iterum succumbit, & à dictorum Iudicum sententia appellat: vt quemadmodum quò minor est probabilitas appellandi, friuolæ aut temerariæ appellationis pœna merito debet crescere; ita quoque quo maior est probabilitas decrescat: ideoque cum prior pars statuti loquatur de pœna eius qui a sententia Rectoris appellat, altera de eo qui a Iudicibus, ita intelligenda est posterior, vt veniat in consequentiam prioris. Hoc est vt eum respiciat qui prius a sententia Rectoris temerè appellauerat, vt crescente malitia crescat pœna; & minime de eo qui secundum se sententiam in prima instantia retulit, in secunda succumbens appellat; qui propter priorem sententiam iustissimam habet causam; cum non optime semper iudicet, qui posterere loco iudicat [a]. Atque ita obscura & indeterminata statuti verba accipienda
3 sunt in ambiguo † cum generaliter sit receptum vt in ambiguo potius pronuntiandum sit appellationem valere, quam
4 nullam & desertam esse [b]. † Præsertim quod huiusmodi statutum non sit fauorabile, sed odiosum & exorbitans a iure communi [c]. Appellationis enim vsus, cum sit commune & necessarium oppressorum auxilium & remedium [d], re-
5 stringendus non est: † ita vt pœna appellanti imposita locum non habeat in eo qui appellationem non prosequitur, sed ante sententiam ab ea desistit; nec in eo qui probabilem appellandi causam habet; nec item in appellatione a sententia arbitri; nec in eo, qui de nullitate dicit [e]; vt scilicet pœna restringatur: cum Canonistis satis sit si temerè appellans expensarum & causæ periculum faciat; nè afflicto addatur afflictio [f]. Quare omissa nantisatio seu consignatio coronarum pro cautione pœnæ seu mulctæ temerariæ appellationis, in casu de quo dubitabatur, num locum faciat, nihil
6 debet obesse: † præsertim attenta appellantis protestatione, & oblatione de dictis coronis nantisandis seu soluendis, si ad earum nantisationem teneatur: in ambiguis enim, obscuris, & illiquidis solet huiusmodi protestatio verba-
7 lis excusare & prodesse [g] † ei præsertim, qui bona immobilia sufficientia possidet, & propterea à satisdationis necessitate generaliter liberatur [h]; prout Nicolaum Appellantem ex actis constat possidere domum per appellatum tam diu occupatam, & postea euacuatam; ex qua

a c. cum dilectus de rescriptis Bald. in l. prolatam. C de sent. DD in l. 1 ff de liber. & posth. Felyn in c. quoniam vt lite non contesta. Decius consi. 10. & 429. & 132.

a l. 1. in princip. ff. de appellat.

b Castrens. in l. 1. ff si quis cautio Cassadorus decis. 8 in fin. de apell.

c Saly. in l. eos. §. ne temere nu. 17. de appell.

d l. 4. § falsus ff. rem. rat. habe. l. 1. & 2. C quādo prouoc. nō est necess. l. 1. ff. de appell.

e Bald. Saly. & alij in d. §. ne temere.

f Bald. Salyc. Castr. in d. §. ne temere.

g Bald. in l. 1. C. ne liceat in vna eadēq; causa tert. prouocar. nu. 4.

h l sciendum ff. qui satisd. coga.

domo dictę pœnę solutio commode haberi posset, si exitus demonstraret temerariam esse appellationem, & statutum declaretur locum habere in eo, qui in prima instantia victor fuit. Quibus si addatur derogatoria clausula rescripto apostolico inserta; item Domini Iudicis sententia, qua huiusmodi obiectione non obstante, decreuit se Iudicem huius causę competentem; nihil ambigendum videtur, quin appellatio subsistat.

† Ad secundum igitur quæsitum veniendo 8
videndum est, num iusta sit causa appellãdi ex eo quod Domini Iudices appellationũ, sententiam Domini Rectoris retractauerint; qua Domini Rectoris sentẽtia appellatus condemnatus fuit in octodecim florenis ratione interesse obserius euauacuatã domũ. Et sanè omnino iusta est; nam in iudicio locati non tãtum simplex rei restitutio venit [a], sed etiam damna & interesse ob rem serius ristitutam. Quemadmodum in conducti actione interesse ob rem, seu patientiam vtendi fruendi, serius traditam & pręstitam, ita vt si in quinquennium locata domus primo anno non tradatur, totius quinquẽnij nomine ad interesse agi possit [b]; etiamsi alio tẽpore dominus sit paratus patientiam vtendi fruendi præstare. Vt enim quia conductori post moram in tradendo, integrũ non est re conductã serius vti, aliã re cõducta, aut causa conductionis cessante [c], aut denique alteri vlterius locãdi oblata occasione [d], ad interesse tenetur locator: ita quoq; conductor locatori tenebitur si serius rem restituat: quia scilicet locator ostendendi & reficiendi consueto locandi tẽpore locare nõ potuit. Cum ergo appellatus per duas instantias, interposita etiam appellatione à secũdæ instantiæ sententiâ, præfractè permanserit in recusatione restituendi domũ, neq; eandem, vti per sententiam iubetur, statim euacuauerit, sed eam tandiù retinuerit, vt locandi subtracta sit oportunitas; merito per sententiã Domini Rectoris, in illius termini interesse condẽnatus est, quod propter tardiorem appellati restitutionem domũ inscribere, ostendere, vel locare non potuit [e]. † Neque his obstat 9
quod in vrbanis prædijs, si excedantur termini in cõuentione politi, prout quisq; habitauerit, ita etiam obligetur; vt ait Vlpianus [f]: nam ea Vlpiani verba in eo sensu nõ sunt accipienda, quasi si inuito Domino cõductor vltra tempus in cõductione expressum, maneat in domo, non teneatur vltra pensionis solutionem pro rata tẽporis quo inhabitauit: sed de eo loquitur, qui tacente locatore, manet in domo; quique locatoris expressè contradicentem & repugnantem non habet voluntatem: vt scilicet finito tẽpore locationis tamdiu recõduxisse videatur, quàm tacet locator; vt pro veriore, & cõmuniore dictorum verborum interpretatione tradit Bartolus [a]. Cum in colono seu rustici prædij conductore taciturnitas locatoris & cõductoris efficiat vt videatur iterum toto anno conduxisse; sic vt nõ nisi eo finito possit expelli. Alioqui sane absurditatem extremam contineret, si qui inuito locatore rem diutius, quam conuenit occupat, quam diu vellet inhabitare posset, & inhabitando non nisi pro tẽpore quo inhabitauit teneretur, si locatoris extrinse-
10 cus amplius interesset. † Est enim eo casu malæ fidei possessor, qui ad omnes casus tenetur [b]: & longè latius in cõtractu locatio-
11 nis, † in quo & in litem iuratur [c], & retẽta vsque ad diffinitiuam sententiam possessio, conductorem obnoxium facit restitutioni rei, manu etiam militari auferendæ [d]; & præterea ad eius æstimationẽ; ad similitu-
12 dinẽ inuasoris alienæ possessionis [e]. † Neq; iterum sententia D. Rectoris lata in iudicio restitutionis supradictæ, æstimationem interesse ad tempus sententię restringit: generaliter enim sine temporis designatione & præfinitione condemnat appellatum in damnum & interesse ipsius Actoris; & sic tam in præteritum, quam in futurum interesse: prout etiam Iudex si velit potest condemnare ad vsuras, damna, ac interesse futuri temporis, si dependeant à iure quod victor tempore sententiæ habet [f]; prout causa huius interesse, quod postea insequutum est dependet, & causam trahit animis sera restitutione domus prædictæ, cuius restitutionis petendæ ius & causam tempore prætactæ sententiæ indubitatè ha-
13 buit appellans. † Et vt non contineatur sententiâ futuri interesse condemnatio, tamen si rursus constet de iniusta frustratione condemnati, rectè petere potest victor interesse frustrationis factæ post rem iudicatam [g] in hoc bonæ fidei iudicio, in quo interesse & damna post rei restitutionem seorsim, etiam iure actionis peti po-
14 tuerunt. † Quâ igitur ratione venditor ad interesse tenetur, si rem serius tradat; veluti post nundinas, vel dimidium rei pretium; eâdem quoque conductor, si serius restituat cum tantum minus restituat, quando serius restituit [h]. Et cum prædiorum Vrbanorum pensiones pro fructibus accipiantur [i], continebuntur hac condemnatione quoque pensiones, quæ percipi poterant, si appellanti fuisset li-
15 bera locandi potestas: † cum possessor malæ fidei etiam teneatur ad illos fructus, qui percipi poterant si res restituta fuisset [k]; quia retinendi nullum iustum habuerit titulum [l]: vt expresso iure circa domus iniuriâ occupatæ resti-

a l. videamus §. qui vinum ff locati. l. si quis conductionis. C. eod.
b l. si in lege § colonus l. cum in plures ff locati.
c d. §. Colonus.
d d. l. cum in plures ff locati.
e d. l. cum in plures.
f l. item quæritur § fin. ff locati.

a in d. § finali.
b l. mala fide C. de condict. ex lege.
c l. si cui §. fin. ff locati.
d l. qui restituere de rei vendit.
e l. conductores C. locat.
f l. 1. & ibi DD. C. de sent. quæ sine cert. quanti. profe.
g l. 1. C. de vsur. rei iudic.
h l. si cui §. fin. de verb. signi.
i l. prædiorũ de vsuris.
k l. certum C. de rei vẽd.
l l. si nauis. § generaliter de rei vendic.

restitutionem constitutum est a. Iniuria autem occupatam fuisse, appellatus ignorare non potuit, qui collusione cum Rumoldo Peters habitâ, se non conductorem, sed cohabitatorem simulauit, in fraudem conditionis locationi Rumoldi, nè ei liceret alteri locare, adiectæ. Relinquitur ergo longiorem appellati moram, primum à sententia Rectoris, post etiam à sententia quinque Iudicũ, quę longior vno mẽse fuit, pœnitentię occasionem abstulisse a & interesse casum protraxisse longius: præsertim quod velut manu militari per officium tandem domus euacuata fuerit b; ideoq; etiam per venerabilẽ Dominũ Iudicẽ sententię Domini Rectoris, reuocatâ dictorum Dominorum Iudicum sententiâ reuocatoriâ, adhærendum esse puto.

a l. demũ C. de rei vendic.

a d. §. colonus.
b l. qui restitu re ff. de rei vindicat.

SVMMARIVM.

Appellatio ob exiguum.

1. *Appellari ob rem exiguam potest.*
2. *Qui non habet in ære, luat in corpore, quando obtineat.*
3. *Iudex non debet condemnare in id quod petitum non est.*
4. *Negotium gestum ex pietate non parit actionem.*
5. *Scriptura tertij alij non nocet.*

CONSILIVM LXXXIV.

DE exigua pecuniæ summa principaliter in hac lite, quæ est inter Adrianum de Costere maritum Mariæ Steyuarts Actorem nunc appellatum ex vna; & M. Henricum Zonnium I. V. Licentiatum, Reum & appellantem ex altera partibus contenditur: sed in longa litis prosequutione, ex cumulo expensarum vtrimque factarum, maius momentum habet periculum huius causæ; vt absurdum non sit si pro demonstranda iniustitia condemnationis quam in personam præfati Rei nunc appellantis Magnificus D. Rector in prima instantia fecit, labor aliquis suscipiatur, simulque demonstretur Reum non nisi iusto dolore, & in bona causa iudicium accepisse, ac condemnatum prouocasse.
1 † Cum alioqui etiam in mininis causis non improbetur, sed permittatur iudicium & appellatio a. In primis itaque ad arguendam dictæ condemnationis iniquitatem, illud primo occurrit, quod certum ac indubitatum est, videlicet cõdemnationem D. Rectoris, ipsa petione Actoris maiorem esse. Cum enim in libello tantum proponantur & petãtur quinque floreni ac quatuordecim stuferi, nec in vlla sequentis litis parte, petitio illa augeatur, sed in illa Actor perseueret, D. Rector vno stufero condemnationem auxit, condemnando in quinque florenis, & quindecim stuferis. Id enim quamuis exiguum sit, & contemni possit; iniquum tamen est, ac inaduertentiam primi iudicis condemnantis arguit. Cur enim ob hunc excessum quamuis minimum appellare non liceat, cum omissâ appellatione vnum stuferum præstare deberet? Et cur illius præstationem nõ effugiet, qui potest, ob cuius defectum à vero debito non liberaretur nec venditionem pignoris aut
2 illius retentionẽ impedire posset a? † Quin imo vulgaris tradito quæ habet, quod qui non habet in ære, luat in corpore locum etiam obtinet in eo, qui totam summam quam debet soluere offert, excepto vno nummo b. Qui igitur pœnæ causa esset in defectu vnus stuferus; idem in excessu meritò vel repetitionis, ita prouocationis & appellationis, retractandęque eatenus prędictæ sententiæ, & condemnationis expẽsarum, iustum prætextum dare debet: modicum enim fermentum totam massam in-
3 quinat. † Nec ad rem facit quod in libris rationum exhibitarum ascriptum margini hoc debitum ascendat ad quinque florenos & quindecim stuferos: nam satis est petitionem minorem fuisse, & super ea litem cõtestatam; cum nihil vetet, diuisa summa, partem tantum petere, sed pluris quam petitum est non est facienda cõdemnatio, nisi ante litem cõtestatam correcto errore maior petitio facta sit, vel per nouam instantiã post litem contestatam c. Nec sanè Iudex supplere hic potuit, tum quia id facti est d; tum quia in constituenda mercede lecti, variat Actor, modo quadraginta sex stuferos pro annua mercede constituẽs, modo quinquaginta sex. Qua minimi ac modici cõsideratione omissa occurrit alia quæ altius pedem figit, & totius sententiæ iniquitatẽ perstringit: nimirum quod ex toto processu vtriusq; instantię nusquam constet vxorem Actoris (ex cuius locatione Actor se agere dicit) cum Reo contraxisse: cum nemo testium sit qui id deponat, & Elisabeta soror vxoris, super eo interrogata apertè dicit, se non scire in specie quod Reus lectũ cõduxit à sorore sua. Ita quod deficiente probatione dictæ locationis & conductionis Actor ex cõducto agens hîc obtinere nõ possit.

a l. in maioribus C. de appellat. l. si proprietarius: & ibi gloss. Bart. & alij de damno infecto.

a l. 2. in verbo nam si modicum C. vend. pigno. impe. non poss.
b l. cum non sit C. de sepulch. violat. in fin. l. Stipulationum §. si sortem ff. de verbor. obliga. Iason in l. 2. nu. 36. C. de iure emphyteut.
c Zasius & alij in §. si minus Inst. de Action.
d l. 1. C. vt quæ desũ. aduoca. part. iud. suppl.

fit[a]: Nec ad rem facit quod Reus confessus fit, lecto qui dictę vxoris fuit, se vsum fuisse: nam quoq; addit, se illius vsum nō accepisse ab eadē vxore, sed à Regēte Pedagogij; ita vt constet satis quod Reus nūquam habuerit animum se dictæ vxori obligādi. Prout etiam verosimile non est quod se ei obligare voluerit, qui tunc alienis impēsis in studio per Gerardū Son alebatur; pubertatem vix egressus, vt solēt plerumq; qui in pædagogijs studio philosophico applicantur. Et quemadmodum Reus cum ipso Regente nullum negotium gessit aut contraxit quoad victum, aliaque ei necessaria, ita nec quoad lectum vel instratū. Indicat enim id epistola, quam M. Gerardus de Palude, executor testamenti D. Ioannis Mæuij ad D. Gerardum Son Rei auunculum scripsit; quâ de solutione reliquorum ex causa conuictus Rei, eum admonet: quod facturus non erat, si eo nomine ei obligatus non fuisset. Ignorat Reus vnde, quâ ratione, & cuius beneficio, nisi ex contractu sui auunculi lectus ad eum peruenerit, & eius vsibus relictus sit. Ita vt planè absurdum sit in hac ignorantia contractum, & ex contractu obligationem constituere aduersus eum, qui cum vxore Actoris non contraxit. Neque magis dicta vxor propter lecti vsum quem non ipsa, sed D. Regens Reo permisit, Reum conuenire potest, quàm locator sui conductoris conductorem[b]. † Nec ad rem facit quod D. Ge- 4 rardus huius rei negotium gesserit, & ad Reum ex eius negotio vtilitas peruenerit: nam negotij gestio actionem ei cum quo id geritur aduersus eum, cuius negotium est non datur: vt nec aduersus Dominum ex negotio cum procuratore gesto, non contemplatione Domini seu procuratoris qualitate suppressa, sed tantum aduersus gerentem[c], etiamsi is negotiorum gestorum actione conuenire possit eum, cuius negotium gessit: Præsertim vbi ipsi gerenti contra eum cuius negotium gestum est, nulla datur negotiorum gestorum actio; vt est cum animo donādi ex amicitia, seu pio vel propenso affectu negotium alicuius geritur; veluti si auunculus sororis filium aluit aut alendum vel erudiendum mandauit[d], vt est in proposito casu. Ita vt iuris ratio non patiatur à Reo tunc puero exigi quod ab eo exigere non potuisset auunculus, cuius respectu ei omnia vitæ necessaria subministrata fuerunt, & cum quo solo Regens contraxit, cuiusque solius fidem sequutus est. Et hoc est quod traditur[e] si negotium pertinere potest ad eum, cuius contemplatione geritur, quoquo modo re ipsa, cura, sollicitudine aut affectu vel amicitia, contra eum solum dandam esse actionem; & non contra eum, cuius est negotium. Vt cum quis contemplatione patris, patrui, auunculi, vel alterius cōsanguinei negotiū gessit. Cum ergo Actor directè non probet Reo se tradidisse lectum, nec quod cum eo contraxerit, non potest quoque eo nomine aduersus eum agere, sed aduersus D. Regentem aut eius hæredes: præsertim quod cum de locatione hîc proponatur, non probata certa mercede sine qua non intelligitur aut stare potest locatio[a]. Ita vt in omnem euentum Actor in tam præcisa petitione quadraginta sex stuferorum pro annuo vsu audiri debeat: viles enim plerumque sunt, qui Pedagogistis sic exhibentur lecti, vt plerumque tanti vel pluris nō valeant, quantū Actor pro annuo vsu exigit.

5 † Neque aduersus Reum quicquam facit liber rationum D. Regentis: nam si prope aduertatur, deprehendetur in eo scriptum, *item debeo Mariæ*, & non *item debet Mariæ*, quod etiā verosimilius est propter ea quæ superius diximus de subministratione D. Regentis sine vllo contractu vxoris Actoris; quamuis alioqui huiusmodi tertij scriptura vim probationis aduersus alium nō habeat[b], non magis quàm viuæ vocis cōfessio. Præterea in apposita charta sequentis folij ascribitur tantum vsus huius lecti ab anno 1554. cum Actor initium constituat ab anno 1553. in quâ annotatione non asseritur Reum Mariæ debere, sed debere (scilicet D. Regenti suas non alienas rationes conficienti) de lecto Mariæ, cuius vsum Regens Reo exhibuerat. Vnde etiam fit, quod in transfusione rationum ad ea loca vbi reliqua debitorum ascribūtur, reliqua Rei tantum ascendant ad sex florenos, sex stuferos cum quadrante, vt est videre sub finem oblongi libri folio plicato, vbi hæc verba sine vlla alia additione scribuntur Henricus Zonnius 6. R. 6. stuf. 1. oirt. Cui correspondet paruus libellus actis alligatus, quem pro commonitorio reliquorum D. Regens asseruabat, & suis ad monendum debitores emissis, tradere solebat; in quo eadem verba transfusa repetuntur. Nec verosimile est D. Regentem hoc suæ sororis debitū si quod fuisset, prætermissurum fuisse. Cum igitur tam multa concurrant, quæ Actoris intentionem plane improbabilem efficiunt, & Actor in eiusdem intentionis suæ probatione deficiat; & ex ætate Rei (quæ tunc erat) verosimile non sit vxorem Actoris, cum Reo contraxisse, constetque D. Regentem, proprios alienosque lectos sæpe iuuenibus subministrasse, & ad suas rationes retulisse; existimo sententiam D. Rectoris retractandam, & secundum conclusionem appellantis iudicandum.

SVMMA-

a l. qui accusare C. de e. d. n.
b l. si tibi alienam cum l. sequen. ff. locati.
c l. eum qui si cert. petat glos. l. si pupilli §. item si procurator de neg. gestis.
d l. ex duobus § vlt. l. u. quis amicitia de neg. gest.
e l. si pupilli §. sed si ego & ibi de. to.
a l. 2 ff. locati.
b l. exempla l. instrumenta C. de probat.

SVMMARIVM.

Appellatio ob reiectionem allegationum. Satisdatio quando exigenda.

1. *Iudex allegationes partis audire debet.*
2. *Satisdatio ante litem contestatam exigenda.*
3. *Appellans ex causa debet probare veritatem causæ.*
4. *Iudex de facto non supplet.*
5. *Satisdare non debet possessor immobilium.*
6. *Satisdare quomodo debeat qui mobilia tantum habet.*
7. *Exceptio excommunicationis facile reijci non debet.*
8. *Intellectus* Clement. Appellanti de Appell.
9. *Appellationes debet Iudex admittere.*
10. *Appellatione interposita gesta an sint nulla.*

CONSILIVM LXXXV.

VEnerabilis D Decane Excussis actis in causa VVilhelmi Zoemers, contra Robertum Rengout coram Præposito Dauentriensi habitis, reperio omnem scrupulum nunc esse in eo, an articuli coram eodem Præposito 25. Iunij anno 1551. exhibiti, ab eodem Præposito admittendi erant; an contra potius reijciendi; & an illis ita reiectis propter huiusmodi reiectionem iusta fuerit præfato VVilhelmo appellandi occasio? & denique an partes vestræ nunc erunt in decernendo bene fuisse appellatum? Quem vt definiam in primis repetendum hic paucis erit, quæ fuerit causa cur idem VVilhelmus à sententia Abbatis Diuæ Gertrudis oppidi Louaniensis appellauerit, causamque huiusmodi dicto Præposito committi obtinuerit. Ea autem hæc fuit, quod cũ præfatus Rengout cõtra iuris ordinem, in media lite post litem cõtestatam petierit cautionem à dicto VVilhelmo, eamque dictus VVilhelmus nunquam ad appetitum Rengout præstare potuerit; quamuis tamen reuera sufficientem præstitisset; idem VVilhelmus videns Rengout calumniosa huiusmodi petitione principalem litem remorari; ac sciens cautionem quoquo modo esse sufficientem; sustinuit tandem cautionem præstitam sufficientem esse, & idoneam, nullamque vlterius esse præstandam, referens se ad interlocutoriam Domini Abbatis: qui tandem inique & nulliter decreuit præstandam esse vberiorem. Quo præmisso ad rem veniamus. † Illud notissimum est, ad Iudicum officium pertinere iustas litigatorum 1
allegationes audire minimeque affectibus seruire seu temerè & ex abrupto, non satis cognita causa definire [a]; adeo vt propter non admissas iustas allegationes appellari
2 possit [a]. † Sed & illud vulgare est, seruatque omnium iudiciorum communis stylus, cautiones satisdationesque exigi posse ante litem contestatam, & minime postea [b]: nõ tantum ex parte Actoris, verum etiam in satisdatione iudicatum solui (qualis est de qua præstanda nunc est controuersia [c]) adeo vt si prius petita non fuit, postea peti non possit [d], nec prosit quod per ignorantiam omissa sit huiusmodi petitio in exor-
3 dio litis [e]. † Præterea & illud constat si appellatum est ex causa probabili, non sufficit appellanti probare: quod ex huiusmodi causa appellauit nisi etiam probet causam esse veram [f]. Quando igitur causa appellandi à decreto Abbatis fuit propter decretam vberiorem cautionem, ad quam præstandam ideo se minime teneri Zomers contendebat, quod Dominus Henricus de monte consors litis dicti M. VVilhelmi sufficientem præstitisset in bonis immobilibus, & ob id merito à Præposito Dauentriensi super eo articulo audiri debebat, & huiusmodi in facto proposita admitti ad respondendum, & in euentum negationis ad probandum; sine cuius probatione idem VVilhelmus suum grauamen nunquam
4 legitimè ostendere potuisset. † Et quamuis ex actis corã dicto D. Abbate habitis, fortè de huiusmodi sufficiente cautione non satis constare potuisset sine vlteriore probatione, negari tamen non potest, quin huiusmodi allegatio Domini VVilhelmi necessaria fuerit, & eidem meritò respondere debebat Rengout Nam si iuxta allegata & probata, vt in ore omnium est, iudicare debet Iudex quomodo cessante allegatione præfati M. VVilhelmi, potuisset in cognoscendo, illius quod allegatum nõ est rationem habere, qui de facto nunquam supplet [g]. Tum etiam quando acta coram præfato Abbate habita nondum corã dicto

a l. nec quicquam §. obseruare De offic. procons. c. ex parte 2 & cap. super eo de offic & potestat. iud. deleg.

a d c. ex parte.

b l. Pomponius §. ratihabitionis ff. de procurat.

c l. vnica. in fin. ibi in ipso litis limine C. de satisdat.

d Pau. de Castro in d. §. ratihabit. omnis.

e Castren. in l. de die §. si seruus ff qui satisd. cog. Bart & DD. in l. 1. ff iudicatum solui.

f c. interposita de appell.

g l. vnica vt quæ desunt Aduoc. par. Iudex suppleat & ibi DD.

dicto Præposito probata erant, fidesque illorũ approbata, quomodo potuit Præpositus diuinare ex actis illius causæ huiusmodi grauaminis probationem apparere? Hoc certe apertum grauamen continet, quod in ijsdem positionibus allegatur post litem contestatam cõtra iuris dispositionem, vti dictum est, petitam fuisse cautionem de iudicato soluendo, quam scilicet post litem contestatam cautionem petitam fuisse, cum in facto consistat, cur responsione dignum visum non fuit, cum probatione plane egebat [a]? † Sed & illud quod in 24. dictorum 5
articulorum coram Præposito exhibitorũ, cum plane pertineat ad causam grauaminis probandam, quare admitti ad respondendum & probandum non debuit? maximè attento quod possessor rerum immobilium non satisdet [b]: quod non obtinet tantum in cautione *iudicio sisti*, verum etiam in satisdatione *de iudicato soluendo*, & quacumq; alia prætoria & necessaria [c]. † Quin imo & 6
is qui immobilibus carens, multa mobilia possidet aut alias facultates, idoneus est; vt verosimiliter de illius fuga suspicio esse nequeat, non tenetur ad cautionem nisi generalem; per instrumentum scilicet hypothecæ omnium bonorum [d]. Vnde allegatio de cõpetentibus facultatibus M. VVilhelmi, & Domini Henrici, nec non de fama quod ob talem controuersiam non vellent fugere, omninò pertinens est & minime extranea. Quod autem coram Præposito allegat Rengout, quod in causa appellationis ab interlocutoria debeat sententia impugnari & iustificari ex ijsdem actis, & propterea positiones & articuli M. VVilhelmi nec ad respondendum nec ad probandum fuerint admittendi, plane erroneum est. Primum enim repugnat iuri communi quod apertissime vult appellatione interposita, causæ veritatẽ probari [e]: probari autem quí poterit, si non allegetur, & à Iudice ad probandum admittatur? †Deinde id cõfutat Panormitani sen-
tentia [f], qui in simili specie idem tradit: 7
quod videlicet obiecta coram Iudice Actori excommunicatione, si Iudex existimauerit differendæ litis causa eam obijci (vt proculdubio præfatus Præpositus existimasse videtur præfatum M. VVilhelmum causa differendæ litis dictos articulos exhibuisse) reijciat ex abrupto eandem; si appellatum erit à Reo ab eodem, coram Iudice ad quem probanda erat veritas
8 ipsius exceptionis. †Nec obstat clementina constitutio [a] quæ dicit processum Iudicis à quo impugnari non posse ex nouis aut de nouo probandis, sed tantum ex illis quæ acta fuerunt vel exhibita coram Episcopo: id enim referendum est ad ipsum grauamen; vt aliud scilicet quam quod ex actis relucet, non liceat appellatori prosequi; quin tamen veritas grauaminis in iudicio appellatorio etiam de nouo probari possit, non negat; & proinde Glossa ibidem [b] aperte dicit, dictam clementinam non esse intelligendam, quod veritas grauaminis probanda non sit coram Iudice ad quem. Cum itaque ex præmissis satis pateat articulos & positiones prædictas non alio pertinere quam ad probationem veritatis grauaminis per præfatum Abbatem illati, officium Domini Decani in iudicando erit retractatâ sententia dicti Præpositi eosdem ad respondendum & probandum admittere; pronunciando be-
9 ne appellatum & malè decretum. † Et cum Iudicis sit appellationes interpositas admittere, ijsque interpositis manum (quod aiunt) à tabula retrahere [c], siue sit appellatum ab interlocutoria, siue à de-
10 finitiua; † adeò vt omnia gesta post appellationem sint ipso iure nulla [d]: nam si appellatio est legitima (prout hic esse ante ostendimus) suspendit Iudicis iurisdictionem à quo appellatum est [e]; ita vt eâ interpositâ nihil aut pars aut Iudex attentare aut nouare debeat [f] Officium Domini Decani erit sententiam definitiuam præfati Præpositi post appellationem interpositam latam iudicare nullam & inanem, & commissionem in rescripto apostolico per Zomere præsentato factam itidem esse inanem & nullam [g].

a l in bello §. facta de capt. & postlim. reuersi.

b l. sciendum in prin ff qui satisd. cogan.

c vt per Castrens in d. l. sciendum qui allegat l. quicunque C de fundis patrimo. lib 11.

d Bartol. in d l sciendum. Paul. de castro. in l. 1. qui satisdar. cog.

e in d. c. interposita in princip.

f in d. c. interposita.

a Clement. Appellanti de appellat.

b In verb. probandum.

c l. & maioribus C. de appellat. l. sciendum de appellat. recip vel non.

d c. super quæstionum in fin. c. cum olim Abbas de offic. & potest. iud. deleg.

e c. si à iudice de appell. lib 6.

f l. Vnic ff. nihil noua appell. interpos. c. bona de de appellat.

g iuxta d. c. super quæstionum in fin.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Appellari non posse à missione hæredis in possessionem.

1. *Appellari non potest à missione hæredis in possessionem.*
2. *Missio hæredis in possessionem est actus possessorius & executiuus.*
3. *Intellectus* l. vlt. C. De edict. Diui Adriani toll.

CONSILIVM LXXXVI.

Vide Bald. consil. 141. vol. 1. & consil. 203. vol. 4.

QVod appellatio liberorum quondam Ioannis & Idæ Bloquerie interposita à sententia Domini Officialis Leodiensis in fauorem naturalium liberorum quondam Domini Augustini B. & Mariæ S. Lata, † per quam decreuit scriptos hæredes in testamento dicti M. Augustini mittendos esse in possessionem rerum hæreditariarum eiusdem Domini & Magistri Augustini, nulla ratione sit permittenda; 1
& quod causam neque ad metropolitanum, neque ad sedem apostolicam deuoluat, apertissima iuris constitutione, quæ dissimulari non potest, cautum est [a]; pœna etiam viginti librarum argenti imposita tam litigatori, qui tam importunè à sententia, qua scriptus hæres in possessionem mittitur appellauerit; quam Iudici ad quem, qui tam ignauam conniuentiam adhibuerit. † Eaque etiam est Glossæ, & omnium Doctorum, nemine prorsus excepto, sententia in interpretatione Constitutionis Iustiniani [a]: nimirum quia hoc remedium est possessorium & executiuum; at in executiuis, & à momentanea possessione non appellatur [b]. † Neque ad rem facit quod Iustinianus [c] post decretum missionis, adeoque etiam post missionem ipsam, contradictionem admittat: nam vt ex sententia Castrensis [d], scribit Iason [e], hæc contradictio non est species appellationis, sed querelæ, quæ causam ad superiorem non deuoluit; sic vt manus Iudicis à quo non claudat, sed tantum permittat coram eodem Iudice querelam proponi. Vnde non obstante hac appellatione, quæ ad superiorem deuoluta non est, rectè procedet Dominus Officialis ad sententiæ suæ; hoc est, decreti missionis realem executionem.
2
3

a in l. quisquis C. quo appell. non recipiant.

a in l. fin. C. de edic. Diui Adria toll.
b l. ab executione C quor. appellat. non recip. l. vnica C. si de moment. poss.
Iason. in d. l. fin. nu. 29.
c in d. l. fin.
d in d. l fin. & in d. l. quisquis.
e d. nu. 29.

SVMMARIVM.

Appellare an liceat à sententiâ confirmatoriâ laudi.

1. 4. 11. *Appellare an liceat à sententia super reductione.*
2. *Expensas soluere debet victus.*
3. *Expensarum compensandarum occasionem quid faciat.*
5. *Reductio ad instar appellationis est.*
6. 13. *Appellatio tertia an per Papam vel eius legatum admitti possit.*
7. *Clausula* ex certa scientia *an legatus vti possit.*
8. *Appellari posse à sententia confirmatoria laudi qui putent.*
9. *Appellari non posse à sententia confirmatoria laudi qui teneant.*
10. *Appellari non posse á sententia confirmatoria confirmatoriæ laudi.*
12. *Sententiæ tres conformes exegendæ ante cognitionem nullitatis.*

CONSILIVM LXXXVII.

ETsi satis prægnantes rationes adferre videatur D. Assessor, quæ vrgere videantur eundem ad deferendũ appellationi interpositæ à sententia secunda confirmatoria laudi; tamen potentiores adferri posse existimo, quibus id plane improbandum est. Nec enim deest, quod his quæ D. Assessor dubitationis causa proponit, responderi possit. Et in primis quod existimet Dominus appellantem grauatum ex eo quod appellatus non exspectato secundæ appellationis exitu, impetrato rescrito Apostolico præmaturè petierit executionem, à qua petione per D. Iudicem simpliciter, nulla expensarum condemnatione factâ, reiectus est appellatus; quodque D Iudex in definitiua sententia huiusmodi expẽsas cõpensauerit, nihil est. † Nam
1 in primis dicimus per huiusmodi reiectionem dictum appellatum grauatum fuisse; cum

cum ex communiore DD. sententia non liceat appellare à sententia lata super reductione [a]. Quam sentẽtiam D. Ioannes Petrus de Ferraria dicit esse equiorem in sua practica duobus locis; primò in forma appellationis à sententia diffinitiua deinde in forma libelli ad pœnam ex compromissis. Et idem dicit Panormitanus [b]; licet plerique [c] sint in contraria sententia, quorum rationibus respondere nunc superuacaneum esset: vt non sit mirum si Dominus Iudex non condemnauit appellatum in illius (vt vocant) præmaturæ petitionis expensas. † Rursus cum in principali negotio 2
appellans foueat iniquam causam, quod exitus satis demonstrat, ita vt temere huiusmodi reductionem à sententia arbitrorum petijsse dicatur; merito non tantum quas ipse, sed etiam quas appellatus occasione huiusmodi temerariæ reductionis fecit, ferre debet expensas [d]: cum sibi imputare debeat si quas fecit occasione suę temerariæ reductionis, ferat [e]; tum etiam quod hæ expensę, vt ex actis patet, sint modicæ, ob quas non æquum esset tantam litem rursus in disquisitionem vocari [f].
† Et nouissimè quia tam controuersæ sunt 3
DD sententię in præfato articulo vt merito propter cõtrouersi iuris articulum dici possit habuisse iustã causam easdẽ faciendi: dicimus vel ex eo solo capite fuisse necessariam, non modo probabilem, occasionem compensandi huiusmodi expensas [g]. Si enim is qui habet sententiam alicuius famosi Doctoris pro se dicitur habere iustam causam litigandi, quantò magis in pręsenti articulo, in quo pro appellato maior pars Doctorum sentit? † Quod autem secundo 4
loco maxime ex Alexandro [h] adducitur reuera non obstat. Excutit enim eo loci Alexander, & alij à D. Assessore allegati, illum tantum articulum; an liceat appellare à sententia super reductione lata? in quo articulo etsi illis (absque præiudicio veritatis) cedamus non tamen ob id sequitur easdem rationes obtinere in secunda sententia confirmatoria laudi. † Cum enim 5
arbitria & compromissa inuenta sint litium abbreuiandarum gratiâ si permittamus post reductionem duas adhuc appellationes & ipsa reductio adinstar appellationis habeatur [i], quare in numerum appellationũ venire nõ debebit reductio? quâ cõnumeratâ liquido constabit, si nunc admittatur appellatio, cõtra regulam tertio prouocari; maximè cum arbitria ad formam iudiciornm sint redacta [k]. Aliæ rationes quibus mouetur Alexander non ad alium finem adducuntur, quam vt probetur appellari posse à sententia confirmatoria laudi; at de secũda appellatione ne vnum verbum adiecit: neque ad eam rectè porrigi possunt; tum propter rationes prædictas, tum ne nihil operetur arbitrium seu laudũ: quod prorsus eueniret, si à secunda sententia appellare liceret. Nec quidquam mouet quod iure non reperiatur cautum, ne liceat ab huiusmodi sententia prouocare, vt ex eo conuinci satis videatur id permissum esse [a]: quia id aperte negatur; obstat enim regula, quæ tres appellationes denegat, qualem iam futuram mox ostendimus. Baldi sententia, qui id expresse & velut in indiuiduo decidit [b], caret authoritate, quod sui perum memor [c] expresse definiat ne quidem à prima sententia confirmatoriâ laudi, permissam esse appellationẽ: vt merito ab eius sentẽtia recedere liceat [d]. Caret enim huiusmodi sententia æquitate, quod vt dixi absurdum sit, & intentioni contrahentium seu compromittentium repugnans, quod diutius protrahi posset hæc causa, quam si esset iudicialiter agitata: sic enim quæ inducta essent ad diminuendam aut præscindendam litem, augmentum & protelationem inducerent [e]. Quod itaque Alexander, & pauci aliquot cum eo, contra communiorem aliorum opinionem admittunt in prima sententia super reductione; id profecto nulla ratione nos ad secundam transferre debemus. Illud etiã in pręsenti causa attendendum, quod communi consensu compromissum sit factum in Iudices ordinarios dicti appellantis & appellati; à quibus si via iudiciaria iudicatum fuisset, & ab eis appellatum, procul dubio eiusmodi appellatio in numerum referenda fuisset. Quare cum subrogatum, hoc est, istud arbitrium seu laudum sapiat naturam sententiæ Ordinariæ, quæ vis eius actus est quo receditur à sententia, hoc est appellationis, eadem debet esse eius quo receditur à laudo, id est, reductionis; per iura vulgaria. Sic paucis quantum res & necessitas postulat, ac breuitas temporis patitur respondeo dubijs per D. Assessorem propositis, & concludo appellationi interpositæ pro parte Francisci Bruninex, non esse deferendum.

Additio.

Honorande D Doctor. Quia fortè moueri posset D. V. in causa appellationis Francisci Bruninex, contra Arnoldum Elserack ex eo quod ex tenore supplicationis Nuntio Apostolico porrectæ, appareat dictum Franciscum narrasse de tribus sententijs, & duabus appellationibus, sic vt hæc tertia contra communem iuris dispositio-

a Bart. in l. 1. de leg. 2. & ibi Bald. Ioan. Andreas in addit. ad Speculat in tit de appellat §. in quibus versic. quod si conuenit. Guido Pape decis. 436. n. 77. Pet. Anchora. in cõsilio quodam seu pot ius d sputatione impressa inter consilia Caldrini sub tit. de Arbitris consil 5.
b consil. 38. volu. 1.
c Anton de butrio & Imola in c. quinta vallis de iureiur Alexand cõsil. 106. vol 3. & in fin. d l. 1. de leg 2
d l. perperandum § sin autẽ alteru tra C. de iudic. l. eum quem temere de iud. c. c finem litibus de dolo & cõtinu.
e c. damnum de reg. iur. lib 6.
f argumento c. anteriorum 2 quæst. 6. l. si quis affirmauerit de dolo Auth. nisi breuis C. de sentent. ex breuic recit.
g L. qui solidum §. 2. de lega. 2. in Auth. de iud. §. opus esset in d § fin autem.
h in d. l. 1. in fine. de leg 2. 1 l. nõ distinguemus § cũ quidam ff d recept arbit Paul. d Castro in fin l. 1. C de arb. Panorm. consil. 2. volu. 1.
k l. 1. de recep arbit.

a l. & in maioribus C. de appell.
b in l. unica C. ne liceat in una.
c in l. 1. ff. de leg. 2.
d argumento l. Papinianus §. Sed neque de inoff testa. l. nonnunquã de collat. l. naturaliter de acquir. possess. l. in causa in princip. de procur. cũ similibus.
e contra legẽ cum tale §. falsam de condit. & demonst.

ſitionem dici poſſet admiſſa ex certa ſcien-
tia ; quod fieri poſſe tradūt gloſſ[a] Bal-
dus[b], & Ioannes de Imola[c]; ideo pro re-
ſolutione huiuſmodi dubij, & illuſtratione
præcedentis noſtri conſilij, placeat atten-
dere ad ſequentia. Et primò quidem dico
id aperte non conſtare ex tenore dictæ ſup-
plicationis. Nam ſi benè attendatur, inue-
nietur narratum quod ſemel appellatum
ſit, prouocatum ſeu remiſſum ad Officialē,
& poſt Officialis ſentētiam, nunc ſecunda-
riò ad ſedem Apoſtolicam prouocatum
& appellatum ; atque ita deprehenditur
circumueniſſe, in eo nimirum quod dicat
nunc primum ſecundario appellatum, ſi
ſimpliciter intelligatur attento priore illo
recurſu, qui non ſolum de Iure communi
loco appellationis eſt[d] : ſed etiam ab ipſo
Franciſco nomine appellationis & prouo-
cationis in dicta ſupplicatione ita baptiza-
tus. Sin vero iſta intelligenda ſunt dictæ
ſupplicationis verba, quaſi nunc ſecunda-
rio appelletur ad ſedem Apoſtolicam, vi-
debitur errore iuris lapſus D. Nuncius A-
poſtolicus; cum appellationes ad inferio-
res Iudices à ſede Apoſtolica vtique in
numerum appellationum venire debeāt[e];
& ſic eueniet vt quod contra ius illicitum
eſt reſcriptum nullas vires habeat[f]. † Et 6
quod dicitur à Baldo & alijs, Papam ſeu
Principem facere poſſe, huc transferri non
poteſt; quia id nō poteſt Papa aut Princeps,
niſi ex plenitudine poteſtatis cum ius poſi-
tiuū repugnet. Ea autē quę in plenitudine
poteſtatis, & in ſignū ſupremę poteſtatis ſic
Summo Pontifici ac Principi ſunt reſer-
uata, non cēſentur permiſſa, quod duobus
inſignibus exemplis docet Innocētius Pō-
tifex[g], in reſcribendo cuidam legato, qui
etiam Cardinalis erat ; quantò minus lici-
tum exiſtimari debet huic Nuncio, qui tā-
tum Epiſcopus eſt. Cum itaque pro parte
appellantis probatum non ſit, imo nec al-
legatum, dictum Iudicem eam poteſtatem
habere, vt non obſtantibus tribus ſenten-
tijs conformibus, & duabus appellationi-
bus poſſit cauſam committere iterum co-
gnoſcendam, neque eum iuuet aliqua iuris
præſcriptio, ſed potius pro appellante fa-
ciat[h]: rectè infertur Nuntium Apoſtolicū
excedentem fines mandati ſui reſcriptum
huiuſmodi conceſſiſſe, & reſcriptum contra
iuris communis diſpoſitionem conceſſum
nullius momenti eſſe, ne inferior tollat le-
gem ſuperioris[i]. † Et poſtremo quamuis 7
præfatus Nuncius ex eo quod de tribus
ſentētijs & duabus appellationibus ei nar-
ratum eſt, reſcribendo intelligatur ex certa
ſcientia reſcribere, quia vt dicatur aliquid
ex certa ſcientia fieri, neceſſe eſt id expri-
mi[k], tunc potiſſimum quando ad partis

a c. ſua nobis de appel.
b in l. fin. de reſcind. vendit & in d. c. ſua nobis.
c in d. c. ſua nobis.
d l. nō diſtinguemus §. cū quidam de recept. arbitr.
e d. c. ſua nobis.
f l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offer.
g in c. 3. & 4. de offic. legat.
h l. vnica C. ne liceat & c. ſua nobis.
i c. cum inferior de maior. & obedient.
k vt per gloſſ in c. ſtatutū in princip. in verb. litterarum de reſcript. in 6.

ſupplicationem Papa reſcribit[a], idque tāto
magis in Legato aut Nuncio neceſſarium
eſt, de quo dici non poteſt, quod habeat o-
mnia iura in ſcrinio pectoris ſui, ita vt ſi
derogare ijs illum contingat, id ex certa
ſcientia facere non præſumatur. Vnde vo-
luit Imola, & Ioannes Andreæ[b], quod in
inferiore à Papa ſeu Principe vltra certam
ſcientiam requiratur quod habita fuerit
cauſæ cognitio prius, ad hoc vt iuri com-
muni derogari poſſit. Illud etiam hic non
eſt omittendum, non ſine vitio ſurreptio-
nis per dictum Franciſcum Appellantem
ſubticitum eſſe D. Nuncio, quod D. Abbas
S. Gertrudis tertiæ inſtantiæ Iudex ei per
Apoſtolos reſponderit ; quod ſi narraſſet
procul dubio D. Nuncius de iuris diſpoſi-
tione admonitus, huiuſmodi reſcriptum
denegaſſet. Nunc vero D. Franciſcus vbi
in ſua ſupplicatione facit mentionem Apo-
ſtolorum, formaliter narrat, *apoſtolique pe-
titis licèt forſan non obtentis*. In quo non poteſt
non eſſe dolus & calliditas, attendendo
quod in præſentia eiuſdem procuratoris
anno 1554. 10. Febr. ſub hac forma verbo-
rum ſit facta reſponſio. Quoniam reductio
ſeu reclamatio ad Iudicem ſuperiorem or-
dinarium, eſt adinſtar appellationis. & quia
ſecundo à ſententia Iudicis ordinarij con-
firmatoria procedendo, appellatum fuit, &
iura tertiò prouocare vel appellare non
permittunt ; ideo huiuſmodi veſtram ap-
pellationem de iure recipere vel admitte-
re non poſſumus : prout nec admittimus.
Supplicatio autem porrecta eſt 12. Calend.
Maij, & ſic pluſquam duobus menſibus
poſt reſponſionem Apoſtolorum. Quid
igitur mirum ſi dicamus Nūcium circum-
uentum, & Franciſcum mendacem preca-
torem multis modis commoditate huius
reſcripti priuandum eſſe.

Additio altera.

Anceps & dubia admodum eſt quæſtio
8 inter iuris Interpretes & Doctores[c]. † an
ſi ſententiā arbitrali latā, alterutra pars
compromittens recurrat ad arbitrium bo-
ni viri, qui ſententiam arbitralem confir-
mat, appellari poſſit ab huiuſmodi ſecunda
ſententia confirmatoria? Nam ex ſententia
Baldi aliquot locis[d] poſteriores ſcilicet
Antonius de Butrio, & Ioannes de Imo-
la[e], Alexand. de Imola, qui latiſſime hunc
articulum duobus locis excutit[f], tenent
appellari poſſe : quam ſententiam ſequutus
videtur Aſſeſſor D. Abbatis S. Gertrudis;
qui appellationem à ſententia D. Officia-
lis lata ſuper arbitrio lato inter Franciſcū
Bruninck & Arnoldum Elſrack in oppi-
do Haſſelenſi interpoſitam admiſit, & ſua
ſen-

a c. ſi motu proprio de præbend. lib. 6.
b in c. veniēs de filijs presbyter.
c vide diſputationem ſiue quæſt. Bartol. in nouis addit.
d in l. vnica C. ne liceat in vna eademq́;
e in c. quintavallis de iureiur.
f in l. 1. de leg. 2. & conſil. 107. vol. 6.

sententia confirmatoria tandem confirmauit. † Contra vero plures & maioris authoritatis viri ab ea sententia appellari nō 9
posse, apertè definiunt. Veluti Innocentius[a], Bartolus[b], Io. Andreæ, (qui dicit de hac re instituta disputatione huic sententiæ Doctores acquieuisse[c]) Ioannes Petrus de Ferrarijs, qui hanc sententiam æquiorem fatetur[d] Petrus Anchoranus, dicens se ita consuluisse alias[e]; Angelus[f], Salycetus[g], Baldus[h], sui parum memor ex Innocentio & Ioanne Andreæ velut notabile illud referens, Panormitanus[i], qui etiam ita consuluit[k], Paulus de Castro[l], Nicolaus de Milis[m], & nouissime D. Ludouicus de Bologninis[n]; qui damnata Baldi inconstantia, apertè profitetur durum esse contrariam sententiā tueri, propter authoritatem tantorum virorum, Innocentij scilicet & Ioan Andreæ Quod ipsum quoque dicit Dominus Lantfrancus de Oriano[o], qui ex professo hanc quæstionem tractat, & astruit; refutatis argumentis quibus Baldus, & eius sequaces contrariū tueri nituntur. † Verum quia in præsenti 10
causa de veritate huius quæstionis serius nunc quæritur, interpositâ scilicet, receptâ & finita appellatione à sententia D. Officialis, ad quem vt dixi recursum fuit, contentus admonuisse D. Iudicem grauamen si quod sit, magis pertinere ad iniuriam dicti Arnoldi Elsrack, quàm Francisci appellantis, supersedebo ab examinatione vlteriori dcti articuli; & illum proponam cuius vsus nunc esse potest; an scilicet à secunda sententia confirmatoriâ arbitrij seu laudi appellare liceat? Et cum nihil in iure fere sit quod non controuersis DD. opinionibus in varias partes distrahatur; inuenio Baldum[p] tenuisse, quod à secunda sententia confirmatoria laudi, appellare liceat, quod nullo iure reperiatur huiusmodi appellatio prohibita; tum quod prima instātia censeri debeat illa, quæ coram bono viro hoc est in casu præsenti, coram Officiali acta & habita est. † Interim ab hac 11
Baldi sententia tutò recedi posse existimo: nam cum reductio ad arbitrium boni viri sit species appellationis[q], quare non veniet etiam in numerum appellationum? quâ duabus sequentibus connumeratâ, liquido constat bis appellatum fuisse, primo per reductionem, secundo per appellationem interpositam à sentētia D. Officialis. Si igitur à sententia D Abbatis, quæ tertia est duabus prioribus conformis, appellare liceat dicto Francisco, fiet contra regulam iuris, quæ tertiam appellationem non admittit[r]; maximè quod arbitria ad formam Iudiciorum sint redacta[f]. Deinde

a in c præsenti de rescript.
b in d. l. 1.
c in addit ad Specul in tit. de appel § in quibus versic. quod si conuenit.
d in sua practica. in forma appell. à sentent. diffin. & in forma libelli ad pœnam ex compromisso
e in cons quodam impresso inter consil Baldi sub tit. de rescrip. cons. 5.
f in l arbitrio qui satisdare cog.
g in l. societatem §. arbitrorum pro socio & in l præcoribus C. de appell & in l penult C de arbitris.
h in sua margareta in dict appellatio & in dict. Iudex in fin.
i in d c quintauallis.
k cons. 38 vol. 1.
l cons. 22 & alij libri habent 122. incip ēte circa primum
m in suo aureo repertorio in dict appellatio vers licet appellari non possit.
n in addit ad 31 40; Ioannis de Anania.
o in suo tract de arbitr. in vlt parte nu. 54. Incip vicesimo secundo quaro.
p d. l. vnica C ne liceat in vna eadem.
q d. l. non distinguemus de recept. arbit
r d l. vnica.
f l. 1. de recept. arbitr.

arbitria inuenta sunt litiū abbreuiandarū gratiâ, quòd iudiciales cōuentiones sæpe in longū pro trahantur; quæ causa suo effectu destituetur, si velut nihil actum sit per dictum laudum, à confirmatoria sententia secunda admittatur appellatio. Et sanè nullius momenti erit laudum seu arbitrium, si vim sententiæ non obtineat, & per consequens confirmatio, quæ super eo fit quod nullum est, nulla quoque reputari debet; quâ, in hac re nihil potest esse absurdius. Quando itaque legislatores vbique incumbunt in decidendis & abbreuiandis, non ampliandis litibus[a] idem debet esse studium iudicis; sic vt dato & concesso, quod hic articulus de secunda hac appellatione (quia vt dixi effecta est tertia) esset dubius, nulla lege satis declaratus, in eam partem magis inclinare debeat, vt non admittendam credat. Rationes quoque quibus supra nominati DD qui negatiuam partem prioris articuli sustinent mouentur, si huic posteriori articulo applicentur rem facient clarissimam. Sane non potui inuenire qui cum Baldo in posteriore hoc articulo expressim consentirent: nam quod Alexander alijque contra Bartolum & alios supra adductos adducūt, non in alium finem adducuntur, quàm vt probetur appellari posse à prima sententia confirmatoria; de secunda ne verbum vnum faciunt. Non obstant rationes Baldi: nam falsum est id iure cautum non esse; quia obstat regula, quæ tertiam appellationem denegat[b] qualem iam ostendimus hanc esse, quam Franciscus interposuit. Secundo quod prima instantia sit ea, quę coram Officiali seu Iudice ad quem fit reductio peragitur, rationē non habet. Quo enim iure censeretur ea, quæ coram arbitris quos Iudicibus similes esse diximus, acta est? Sanè authoritati Baldi parum hic tribuo, quod alijs locis[c] expressè definiat ne quidem à prima sententia confirmatoria laudi appellari posse; vt merito ab eius sententia recedere liceat[d]. Caret quoque ea sententia æquitate; quod vt dixi absurdum sit & intentioni contrahentium seu cōpromittentium repugnans, diutius hanc causam protrahi posse, quam si via ordinaria iudicialiter primo instituta fuisset: quo casu tribus sententijs concurrētibus cessaret omnis appellatio; alioqui enim quæ inducta essent ad dirimendam & decidēdam litem, augmentum & protelationem inducerent[e]. Cum itaque laudum sapiat naturam, & surrogetur in locum sententiæ ordinariæ, quæ vis est eius actus, quo receditur à sententia, hoc est appellationis, eadem debet esse eius quo receditur à laudo, hoc est reductionis. Id est quemadmodum appellare non licet tertiò gene-

a c. finem litibus de dolo & contum.
b d. l. vnica.
c in d. l. 1. de lg. 2. & in sua Margarita.
d argumento l. Papinianus §. sed neque ducis ff. de testib. l. nonnunquā de collat. l. naturaliter in princip. de procurat. l in causa de procurat.
e Contra l. cum tale §. falsam de cōdit. & demōstrat.

generaliter ita nec post reductionem, quæ prima appellatione confirmata est amplius quam adhuc semel appellare licet & ita per rationes supra dictas decidit Dominus Nicolaus de Milis suo tempore auditor Rotæ insignis [a]. † Relinquitur ergo quia 12 apertissimi iuris est, quod in quacumque causa latis tribus sententijs contra aliquem, non debeat is admitti ad agendum; ne quidem super articulo iniquitatis & iniustitiæ (quia id fieri non potest) sed nullitatis tantum; & ne de hac etiam nisi ante omnia tres illæ sententiæ plenariè fuerint executioni mandatæ & illis appellans per omnia paruerit. Quare si appellans articulum nullitatis coram D. Decano prosequi vult idem D. Decanus non debet nec potest eundē audire, nisi plenariè illis tribus sententijs satisfecerit; & si super iniquitate & iniustitia priorum sententiarum audiri contendat, debet eundem reijcere per iuris dispositionem, quæ tertiam appellatio-
13 nem & prouocationem denegat [a]. † Nouissime nec illud obstat quod decidunt Baldus & Ioannes Imola [b]; quod Summus Pontifex aut Princeps possit etiam tertiam appellationem admittere; quia dato quod id possint ex certa scientia, non sequitur tamen quod Nuntius id possit, nisi nominatim id ei concessum sit; quod non constat & sic non creditur [c]. Neque etiam præsumitur quia id tantum potest Papa, aut Princeps ex suprema & absoluta potestate, quam nemini permittit, aut concedit. Quare concludo huiusmodi appellationem non esse admittendam; prout nec Dominus Abbas S. Gertrudis admisit; nec super nullitate audiendum esse appellantem, nisi primum paruerit tribus prioribus sententijs.

a in loco supra citato.

a d l. vnica.

b in c. sua nobis de appellat.

c argumento l. vnice C. de mandat. Princip.

SVMMARIVM.

Reductio ab arbitrio.

1. *Appellari debet in petito subsidio executionis ad superiorem requisiti non requirentis.*
2. *Arbitralis sententia proprie sententia non est.*
3. *Gabella debita pro sententia, non debetur pro laudo arbitrali.*
4. *Arbitri sententia ex necessitate statuti lata vera est sententia.*
5. 9. 11. *Res iudicata non consurgit ex arbitri sententia.*
6. *Pœna in arbitrijs via ordinaria, non executiua petenda est.*
7. *Arbitralis sententia quam actionem tribuat.*
8. *Executioni mandari non potest, quod liquidum non est.*
10. 22. *Arbitralis sententia suspenditur per reductionem.*
12. *Arbitralis sententia executio ordinariam cognitionem desiderat.*
13. *Reductio quomodo & intra quod tempus interponi debeat.*
14. *Appellatio ad superiorem omisso immediato an valeat.*
15. 17. *Reductio pro appellatione est.*
16. 18. *Reductio ad quem fieri debeat.*
19. *Promissio de stando arbitrio non continet renunciationem reductionis.*
20. *Reductioni an possit renunciari.*
21. *Reductio exceptiue proponi potest.*
23. *Iudex requisitus pro executione sententia alterius an cognoscere possit.*
24. *Sententia nulla sententia non est.*
25. *Sententiam qua nulla est Iudex requisitus exiqui non debet.*
26. *Nullitatis exceptio instrumentis etiam guarentigiatis obijcitur.*
27. *Iniquitas sententiæ notoria nullitatem inijcit.*
28. *Arbiter ab vno articulo abstinere non potest.*
29. *Vsurarij contractus damnantur.*
30. *Constitutiones ignorari non debent.*
31. *Condemnatio in vsuras vsurarum nulla est.*
32. *Redituum emptio licita.*
33. *Mutuum velatum vsurarium.*
34. *Vsurarius ex contractu vsurario nullum lucrum consequi debet.*
35. *Societas certum lucrum non habet.*

CONSILIVM LXXXVIII.

CVm in manibus eruditissimorum, & in iudicandis decidendisque controuersis peritissimorum virorum versetur hæc causa appellationis, quam Petrus van Bossenhouen, à sententia Dominorum Scabinorum oppidi Traiecten-

iectensis secundum petitionem generosæ Dominæ Petronellæ van Praet viduæ de Batenburch, Steyn, &c. lata ad Regiæ Maiestatis audiendarum appellationum Commissarios interposuit, scrupulosior, & cum animi angustia prolixior scribendi labor pro demonstranda iniquitate dictæ sententiæ suscipiendus non videtur: vt tamen sollicitudini & nimiæ propè diligentiæ Petri appellantis aliquid concedamus, præcipua capita in quibus causæ status hærere videtur quâ possumus breuitate & luce tractabimus; amplissimorum Dominorum Commissariorum laborem in excutiendis iuris præsertim qui in causam incidunt articulis subleuantes, & commonitorij vice excitãdæ cogitationis gratiâ quid pro tenuitate iudicij nostri de causa sentiamus suggerentes. Illud in primis animaduersione dignum putamus, quod etiam multorum laborum occasionem abrumpet ac præscindet, huius causæ articulum seu statum in vno tantum hærere; quamuis alioqui ipsa causa latissimè pateat, & controuersiæ disputationisque articulos plurimos complectatur; ideo amplissimis Dominis non deesse occasionem paucis rem absoluendi, non attingendo causæ principalis merita, nec inquirendo an sententia arbitralis in Reckhem lata sit æqua an iniqua: ob id quod sententia Scabinorum Traiectensium, à qua prouocatum est, super iustitia & iniustitia eiusdem sententiæ pronunciata non sit; nulla illius comprobatione seu confirmatione vel infirmatione facta, sed tantum super petitione paratæ executionis, inchoatæ tam per captionem pignorum, quàm excussionem ipsorum fideiussorum; quasi ea sententia rei iudicatæ authoritatem habuerit, & sic sine alia instantia aut iudicio tam aduersus bona Petri condemnati, quàm eius fideiussores procedi potuerit, vt obseruatur in sententia per competentem Iudicem lata [a]. Sic vt hoc solum quærendum sit, num in eo faciendo dicti Scabini in iure & facto aberrauerint, & aberrando amplissimis Dominis Commissarijs occasionem subministrauerint per correctoriam sententiam declarandi, quod prematuré & perperam per eos declaratum ac pronunciatum sit Dominam Petronellam benè fundatam esse in cœpta pignorum captione, ac petita executione tam aduersus bona obligata, quàm fideiussores, addita condemnatione non tantum expensarum litis, sed etiam damnorum & interesse: sed quod vtraque pars in causa reductionis seu nullitatis dictæ sententiæ arbitralis viâ ordinariâ & pleniore adhibita cognitione procedere debeat. Ita enim multarum quæstionum capita in re præsenti discutienda, imò attingenda non erunt. Sed quoniam Petrus nihil reformidat vno eodemque iudicio de vtroque periclitari, & in potestate amplissimorum Dominorum vice Principis iudicantium sit contemptis formularum, & solemnium angustijs, sepositaque rigidiore iudiciorum obseruatione, ex æquo & bono causam sic decidere, vt ad principium alterius litis venire non sit necesse; & quæ per plura iudicia peragenda essent, vna sententia terminare: sic causæ huius tractationem moderabimur, vt vtrique potestati ex æ-
1 quo operam dedisse videamur † Principio itaque hoc extra dubitationem positum esse putamus quod hæc appellatio rite ac debitè interposita sit ad præfatos Dominos Commissarios eosque in hac causa esse Iudices competentes: nam quotiescumque alterius loci Magistratus, ad requisitionem alterius Iudicis seu Magistratus pro executione sententiæ alibi latæ cognitionem suam super exequenda vel non exequenda sententia accommodat, & cognoscendo post obiectiones oppositionesque grauati pronunciat sententiam esse exequendam, & sic condemnatum grauat, appellandum ac prouocandum est non ad superiorem Iudicis vel Magistratus requirentis; sed illius qui requisitus decernit & pronunciat executionem faciendam esse [a]. De quo minus in proposito dubitandum est, ex eo quod non ad requisitionem Dominorum Arbitrorum, sed dictæ Dominæ Petronellæ non requisitionem, sed velut suo iure sibi vt putat competentem executionis faciendæ postulationem id factum sit. Sed & illud extra dubitationem est, à sententia seu pronunciatione Iudicis præsertim alterius quàm qui in causa principali iudicauit, quâ pronunciat sententiam executioni esse mandandam seu in executione esse procedendum, appellari posse si quocunque modo huiusmodi pronunciatio iniqua sit; quia vim diffinitiuæ sententiæ obtinet [b]. Quod autem hæc sententia iniqua sit, multis modis (qui compendio in libello appellatorio ob oculos hic positi sunt) deducitur. Et primo quidem quod dicti Scabini permiserint ac decreuerint executionem eius sententiæ, quæ sententiæ aut rei iudicatæ potestatem non habuit.
2 † Ab Arbitris enim seu arbitratoribus pronunciata sententia, sententiæ nomen propriè

a Bart & alij in l. 1 ff iudic. solut.

a Bart Alex. Iaso in l. à Diuo Pio §. 1. de re iudic. Panorm in c quod ad cōsultationē de sentent. & re iudic.

b Philippus Corneus cons. 43. circa hāc consultationē vol. 1.

priè non meretur [a]. † Sic vt statuto im- 3
posita gabella pro seu super qualibet sen-
tentia ex arbitri seu arbitratoris sen-
tentia, gabella non debeatur [b]: quia iu-
ris publici aut potestatis publicæ nul-
la ratio aut consideratio in ijs est, sed
tantum res priuata, quæ ad summum
tantum stat, & subsistit iure conuentio-
nis & contractus, qui regulariter para-
tam executionem non habet; nec ex con-
tractu quantumuis firmo ab executio-
ne incipiendum est [c]. † Ideoque etiam 4
singulari ratione receptum est, vt cum
non ex vltronea partium conuentione,
sed ex necessitate statuti ad compromis-
sum itur (vt in multis partibus Italiæ
quoad lites inter consanguineos statutum
est [d]) huiusmodi arbitri sententia pro sen-
tentia sit & executionem mereatur, vt
alterius cuiusuis Magistratus, seu Iudi-
cis sententia: quia potestatem iurisdictio-
nis ex statuto habet talis arbiter [e]. † Ita 5
quòd manifestum sit ex conuentionalis
arbitri pronunciatione, neque sententiam
neque rem iudicatam proprie consurge-
re. Vndè etiam aperto iure definitum
est [f] ex sententia arbitri, iudicati actionem
non esse, multò minus iudicati promptam
paratamque executionem. † Et quamuis 6
sententiæ arbitri ex compromisso aditi
stari debeat [g]; id tamen non est ex vi &
potestate seu authoritate rei iudicatæ, sed
ex metu pœnæ [h] quæ in pleno compromis-
so semper adijci debet: cuius pœnæ peti-
tio non per viam executiuam, sed via or-
dinaria ex stipulatu petenda est apud Iu-
dicem competentem. † Et hoc est quod 7
dicitur [i] ex compromisso exceptionem rei
iudicatæ non nasci, sed tantum pœnæ pe-
titionem; & cum pœna adiecta non est (vt
in compromisso inter partes huius causæ
facto) summum quod ex sententia arbitri
oritur est vt propter promissionem ac con-
uentionem partim de obseruanda senten-
tia arbitri nascatur incerti actio aduersus
condemnatum [k]: ita vt hæc actio incerti
non tam sit ex sententia, quàm ex conuen-
tione & promissione de stando sentẽtiæ ar-
bitri. Quæ actio incerti cum ad interes-
se tantum tendat [l], non ad petitionem e-
ius quod sententia arbitralis habet, sed
eius quanti interest sententiæ stari, & no-
ua lite amplius non molestari non potest
rei iudicatæ potestatem aut priuilegium
in parata promptaque executione facien-
da mereri: † quia vt sententia certa esse 8
debet [m], ita quoque id quod executioni
mandandum est, liquidum ex omni parte,
non liquidandum esse debet [n]. At verò
cum interesse quod quocumque modo de-
betur per se sit incertum & obscurum, de-

a *l. quid ergo § ex compromisso de his qui notãt infam. Panorm in c. 1. de arbitr.*
b *Panorm in d c. 1 & in c. Cum dilectũ in 2. notab. eod. tit.*
c *l. 1. C. de execut. rei iudicat.*
d *Marcus Antonius Lant. in tract. de cõpromiss. fa 1. inter coniunct.*
e *Felyn. in c. fin. nu. 12 de re iudic. Doct. in Rubr & in l. 1 ff. eod. tit.*
f *l. 1. C de recept. arbitr.*
g *l diem pro ferre § stari de recept. arbitr.*
h *Bart. in l. 1. C. de recep. arbit.*
i *in l. 2. de recept. arbitr.*
k *d. l. diẽ pro ferre § vltra Castrens. cõs. 260. visis cõpromisso & laudo. nu. 4. vol. 1.*
l *Gloss in d l. diem proferre § fin.*
m *C. de sent. quæ sine cert. quant. profer.*
n *Bald. in l. 2. C. de execut. rei iudicat.*

beatque liquidationibus probari, ac cer-
tum fieri [a] consequens est ex simplici arbi-
trio rei iudicatæ, quæ præcisam & prom-
ptam executionem statim mereatur, pote-
statem constitui non posse; sed tantum pe-
titionem actionemque permitti, quæ iure
ordinario per cognitionem & probatio-
nem interesse decurrere ac peragi debet.
9 † Vnde rectè dixit Castrensis [b] quod inter
sententiam Iudicis & arbitri hoc intersit,
quod sententia Iudicis valeat ad produ-
cendam actionem & exceptionem [c]; sed ar-
bitri sententia ad hoc non valeat. Sic quod
in proposito actio, quæ ex dicta sententia
arbitrali Dominæ Petronellæ nata fuit,
simpliciter executoria non fuerit, sed tan-
tum conditionalis. Et quamuis hodie ar-
bitralibus sententijs paulo plus tributum
sit [d], vt inde nascatur etiam in factum seu
iudicati actio, id tamen simpliciter verum
non est, sed tantum certis, & à lege enume-
ratis casibus; quando scilicet cum iusiuran-
di religione compromissum factum est;
vel cum lata ab arbitro sententia per par-
tes approbata est [e]; vel expressa approba-
tione quam homologationem vocant [f],
vel tacita per silentium ac taciturnitatem,
nulla interposita appellatione aut querela
intra decem dies [g]; quorum nullum hic in-
teruenit; cum neque arbitri iurauerint, ne-
que partes compromittentes, nullaque ex-
stet approbatio, aut homologatio huius-
modi sententiæ arbitralis per subscriptio-
nem aut verbalem declarationem; & ex li-
teris reductionis in Cancellaria Braban-
tiæ impetratis, constet querelam & contra-
dictionem aduersus huiusmodi sententiam
ante lapsum decem dierum interpositam
fuisse, sic quod exequendæ sententiæ arbi-
tralis nulla prorsus fuerit occasio: quia vt-
ut res accipiatur propter interpositam que-
relam, rei iudicatæ vim obtinere non po-
10 tuit. † Vt enim executio sententiæ cuius-
uis Iudicis suspenditur per appellationem
ab ea interpositam, sic vt executioni man-
dari non possit cum appellatio non est pro-
hibita [h]: ita quoque reductio seu quærela
aduersus arbitrium interposita [i]. Nam sen-
tentia arbitralis expressè aut tacitè non
homologata, nuda est, & effectu caret si
pœna adiecta non est, sed præexistens tan-
tum habet compromissum nudo tantum
pacto, aut etiam stipulatione munitum [k].
11 † Vsque adeo vt quærela interposita Iu-
dex Ordinarius non possit pronunciare
per modum prouisionis rem principalem
in sententia arbitrali contentam soluen-
dam esse [l]; quantò minus leuato velo
ac stricto gladio pronunciare senten-
tiam esse executoriam, & executioni
12 mandandam. † Cum alioqui generaliter

a *l. quatenus. de reg. iur. § fin. instit. de v. rbor. oblig.*
b *Consil 91. considerandũ est nu. 1. vol. 1.*
c *l. Actori C. de reb. credit.*
d *l antepenult. & penult C. de recept. arbitr.*
e *d l. penult.*
f *d l antepenult. § si quis autem.*
g *gloss. in l 1. C. de recept. arbit.*
h *c venientes de iureiurãd. l. 1. in fin. ad Turpillian.*
i *Castrens. d. cons. 260. nu. 3.*
k *Gloss. & Doct. in l. 1. & in l. penul. C. de recept. arbitr.*
l *Rebuff. ad constit. Reg. tit. de arbitr. art. 1. gloss. 13 nu. 8.*

verum eſſe videatur quod in factum actio quæ ex ſententia Iudicis ſeu Magiſtratus oritur non executionem paratam, ſed quod in ea requiratur litiſconteſtatio, & ordinaria procedendi via, tunc cum coram alio Iudice quam qui ſententiam dixit, ex iudicato Reus condemnatus conuenitur [a]: quamuis ſententia Iudicis ſeu Magiſtratus competentis meliore loco ſit, cum ex ea non tantum oriatur in factum iudicati actio, ſed etiam poteſtas abſolute exequendi, quod nuſquam arbitrijs attribuitur, attributa eis tantum in factum actione ad proſequendum, & obtinendum ſententiæ arbitralis effectum [b]. † Neque præ- 13
fato appellanti obijci poteſt quod reductionem intra decendium ad competentem Iudicem non interpoſuerit, ſed interponendo ad Cancellariam Brabantiæ aberrauerit, appellando & reducendo ad eum Iudicem ad quem non poterat, ita vt reductionis nullus videatur eſſe effectus; ideoque quaſi taciturnitate videatur ſententia arbitrorum homologata. Nam cum conſtet præfatum Petrum non approbaſſe dictam ſententiam arbitralem, ſed aperte ei contradixiſſe per impetrationem litterarum reductionis, quamuis loco non idoneo, non poteſt dici comprobaſſe; non expreſſe, quia comprobationis nulla exſtant vel proferuntur verba nec aliqua Petri ſubſcriptio [c]; neque etiam tacite quia de facto conſtat eum contradixiſſe, & improbando arbitralem ſententiam ad Cancellariam Brabantiæ confugiſſe, quod ſufficere debet, quia lex [d] contradictionis certam formam non præſcribit, ſed quacumque contradictione ex qua conſtet ſententiam non eſſe approbatam, contenta eſt; nihilque amplius requirit quàm vt querela ſeu contradictio Iudici, hoc eſt, non ipſi arbitrio, ſed ordinario, ad quem pro emendatione laudi recurritur atteſtatio fiat [e]. Vnde reſpondit Alexander [f] ſupplicationem Principi intra decem dies porrectam ſuper nullitate aut iniquitate laudi ſeu arbitrij ſufficere pro reclamatione ſeu reductione, etiamſi aliud nihil faciat qui contradicere aut reducere vult. Quamuis hodie ex moribus ad recurſum ſeu reductionem annus competat, illiuſque proſecutio perpetua ſit, vt eleganter tradit Rebuſſus hodiernæ praxis obſeruator [g]. Neque his obſtat contradictionis aliqua nullitas; quia ea non ſubeſt cum ſufficiat illam fieri etiam ſine recurſu ſeu reductione, quam poſtea quandocumque ſubſequi ſufficit etiam

a Bart. in l. qui de inoffi-cioſo. de inoff. teſtam. & in l. item veniunt § ide recte in fin de petit. heredit.

b l. penult. C. de recept. arbitr.

c d. l. antepenult. §. ſi quis autem.

d d. l. penult.

e Didac. Couarr. variar. reſol. lib. 2 c. 12 in princip.

f conſil. 91. viſis proceſſibus nu. 14 vol. 2.

g d. art. 1. gloſſ. 8.

ex longiore interuallo [a]: præſertim cum ipſa reductio ſeu recurſus ex hoc ſolo capite non poſſit dici laborare vitio
14 nullitatis. † Nam vt bene deductum eſt in ſcriptura libelli ſeu grauaminum, appellatio quæ ad ſuperiorem Iudicem & præſertim ad Principem fit omiſſo mediato ſuperiore, quamuis non teneat quoad effectum deuolutionis, ad prouocatum mediate ſuperiorem; effectum tamen appellationis, ſuſpenſionis, & deuolutionis habet, vt ſententia à qua dici non poſſit tranſiuiſſe in rem iudicatam, & cauſa cenſeatur deuoluta ad immediatum ſuperiorem, perinde ac ſi ad ipſum recta via appellatum fuiſſet [b], huiuſmodi errori lex parcit ac ſuccurrit. Sic quod etiam lapſis temporibus appellationum liceat appellationem introducere coram ſuperiore immediato, quod non liceret niſi durante tempore appellationis ſi ad minorem ſeu inferiorem Iudicem appellatum eſſet
15 cum maior appellandus erat [c]. † Quæ in appellatione ſententijs Iudicum ſeu Magiſtratuum tradita, ad reductiones à ſententijs arbitrorum transferenda ſunt: quia in illis reductio pro appellatione eſt [d]: ſic vt reductio ad auditorium Ducis Brabantiæ per ſaltum & ſic nulliter eatenus facta, effectum ſuſpenſionis ac deuolutionis operari debeat quoad Scabinos Traiectenſes immediatos ſuperiores in reductionis cau-
16 ſa. † Vnde etiam eſt quod per ſententiam ampliſſimi Concilij Brabantiæ non ſit reiecta reductio ſeu recurſus Petri, ſed tantum declaratum quod eo loco proponi non potuerit; vt dictæ ſententiæ verba manifeſte indicant. Quo ipſo in effectum ampliſſimum Concilium cauſam remiſit ad Ordinarium Iudicem ipſius reducentis, quia de iure & ſtilo, vti mox dicetur, cauſa eò remitti debuit [e]. Relinquitur ergo quod cum ſententia prædictorum arbitrorum plane ſit nuda, ex nudo compromiſſo, neque penâ neque iuramento vallato, nulla illius ſubſequuta approbatione expreſſa vel tacita, nulla ratione debuerit aut potuerit per Scabinos Traiectenſes ſic accipi, quod fuerit executorialis; & ſic virtute illius Domina Petronella aduerſus bona Petri ac fideiuſſores viâ executiua procedere potuerit, non adhibita prius cognitione ſuper virtute ac validitate huiuſmodi ſententiæ, nec ad cognitionem admiſſis partis aduerſæ contradictionibus & oppoſitionibus. Quas quidem contradictiones & oppoſitiones per Petrum coram ipſis petitæ

a Decius conſ. 39. Iuridicū nu. 7.

b l. 1. §. ſi quis in appellatione, & ibi Bart. & alij de appellat.

c Bart. in d. §. ſi quis in appellatione.

d l. non diſtinguemus § cum quidā de recept. arbitr.

e Aufrerius in ſtilo Parlamenti tit. des appellations ordi. 7. Rebuff. d. art. 1. gloſſ. 10. nu. 4.

petitæ executioni obiectas, præfati Sca-
bini in omnem casum faciles admitte-
re debebant, qualiscumque dicatur es-
se conditio & effectus dictæ arbitralis
sententiæ. Duo enim sunt præcipua quæ
Petrus obiecit, & quidem omnia in ea
conditione vt vnumquodque illorum
petitam executionem omninò remora-
ri & sistere debuerit. Primum ipsa re-
ductio à sententia arbitrali. Alterum
sententiæ arbitralis nullitatis seu eui-
dens & aperta iniquitas: quibus duobus
discussis, speramus nullum scrupulum
relictum iri. † Reductionis obiectio in 17
ea causa est, vt non patiatur executioni
mandari sententiam aduersus quam ad
superiorem pro illius emendatione aut
annullatione recursum est. Diximus e-
nim paulò antè, hanc reductionem ad-
instar appellationis esse [a], & effectum su-
spensionis sententiæ latæ inijcere [b], ita
vt ea obiectâ Iudex per actionem in fa-
ctum vel via executiua pro executio-
ne sententiæ arbitralis aditus manum à
tabula retrahere debeat, & cursum redu-
ctionis seu recursus permittere; præser-
tim cum idem Iudex qui pro executio-
ne interpellatur, reductionis quoque Iu-
dex est vt in proposito accidit. † Cuius 18
obiectionis & oppositionis potestati non
obstat quod Domina Petronella obij-
cit nec Scabinos Traiectenses in huius-
modi reductionis causa Iudices compe-
tentes esse, modo illos esse magistratum
Nouiomagensem, modo alios: nam com-
muni opinione receptum est [c], atque et-
iam vsu & praxi forensi obseruatum [d], re-
ductionem non esse faciendam ad supe-
riorem arbitratorum (quod in hac cau-
sa ob arbitrorum non vni Iudici, sed sin-
gulorum diuersis Magistratibus imme-
diate subiectorum fieri non posset) ne-
que etiam ipsius pro quo sententia ar-
bitralis dicta est; quia Actor forum Rei
sequi debet, sed ipsius Rei condemna-
ti, qui cessante compromisso futurus esset
Iudex causæ quæ in compromissum de-
ducta est [e]. Cum ergo constet Petrum Bos-
senhouen esse incolam oppidi Traiecten-
sis, prætensamque obligationem quâ à
Domina Petronella impetitur, ex Sca-
binali contractu descendere, ideoque
via ordinaria eo loco, & coram ijsdem
Scabinis in prima instantia adeundum
fuisse, nihil dubitandum est quin ad eos-
dem quoque Scabinos tanquam imme-
diate superiores potuerit ac debuerit re-
ductionem à prætacta sententia arbitra-
li introducere; præsertim quod instigante
Domina Petronella Magistratus Traie-
ctensis apud Dominum Cancellarium in-

a d. l. non distinguemus § cum quidam de recept. arbitr.

b Doct. in rubr. x. de appellat. Rebuff. d. art. 1. gloss. 8. n. 20.

c Panorm. in c. Quintauallis nu. 39 & ibi Ioan. Imola etiam nu. 39. de iureiurand. Socinus cons. 18 nu. 31 vol. 1. Alexand. cons. 13. vol. 2.

d Carol. Molyn. ad d. Alexand. cons. 231. Rebuff. d. art. 1. gloss. 10. nu. 2

e Late Did. Couarr. Variar. resolut. lib. 2. cap. 13.

stiterit pro causa reductionis Traiectum
remittenda. Et quamuis ea instantia sit
facta pro reductione remittenda ad Com-
missarios appellationum, non ad dictos
Scabinos; in consideratione tamen id ha-
bendum non est, quia errorem continet,
& quidem similem ei in quem impegit
Petrus introducendo causam in Cancel-
laria Brabantiæ: cum hi Commissarij pa-
ri loco quoad oppidum Traiectense sint,
quo ipsa Cancellaria quoad totam Bra-
bantiam; vice scilicet Principis iudican-
tes de causis tantum per appellationem ab
inferioribus Magistratibus oppidi Tra-
iectensis ad eos deuolutis, siue à Scabi-
nis, siue à Consulibus & Senatu, siue alijs
quamcumque iurisdictionem ibidem ha-
bentibus. Ita vt necesse omninò fuerit
hanc causam aduersus Petrum primum
proponi, vel coram magistratu, vel (vt est
in proposito) coram dictis Scabinis; quia
causa ortum ex Scabinali conuentione seu
promissione habet, ideoque ex ratione su-
perius demonstrata fuerit necesse prius au-
dire Scabinos inferiores, Petri ordina-
rios Iudices, quàm perueniri potuerit ad
Amplissimos Dominos Commissarios in-
feriorum Ordinariorum Superiores [a]. Sic
quod nihil dubitandum sit quin coram
dictis Scabinis, hæc reductio introduci
potuerit; cum ex instrumento compro-
missi constet reductioni non esse renun-
19 ciatum. † Nam promissio de stando sen-
tentiæ arbitri, & ei minime contraue-
niendo pro absoluta renunciatione acci-
pi non potest; & vt posset hanc semper ha-
beret tacitam condictionem *Si arbitrium*
20 *æquum fuerit* [b]. † Ita vt vix nunc inueniri
possit cautela, qua ante sententiam arbi-
tralem latam, renunciari possit futuræ re-
ductioni datâ enormi læsione. Cum er-
go hæc reductionis causa seu quærela in-
troduci coram dictis Scabinis potuerit,
& præfatus Petrus pro ea admittenda de-
bitam instantiam proposuerit, consequens
est præfatos Scabinos ab initio semper
grauasse eundem Petrum, idemque graua-
men vsque ad eorum sententiam de exe-
quendo continuasse; cum omissi execu-
tionis petitione, decernere debuerint
(quod ab eis prætermissum in hoc iu-
dicio faciendum est) Petrum in propo-
nenda reductione liteque desuper con-
testanda audiendum, cognitionemque
desuper accommodandam fuisse; ita vt
grauaminis & appellationis iustitia hinc
plane conspiciatur. Denique concesso
quod huius reductionis formalis vsus
non potuerit coram dictis Scabinis
esse per viam principalis aditionis &
quærelæ, sed vel coram præfatis Do-

a l. 1. §. si quis in appellatione. De appellat.

b Guido Pape decisio 519 licet renunciatum decisio Tholosa. 267 item an iurans Io. de Ana cons. 10 in quæstione & Decius cons. 11. & pro tu. ni. nu. 6.

minis Commissarijs, vel alibi proponi de-
buerit, nihilomagis in æquitate aut iusti-
tia fundata erit eorumdem Scabinorum
dicta de exequendo sententia: ob id quod
si non ipsa reductio, materia tamen redu-
ctionis coram ijsdem proponi potuerit.
† Nam reductio non tantum actiue, sed 21
etiam exceptiue proponi potest; hoc est,
non tantum per modum actionis introdu-
cendo ipsam reductionem formaliter co-
ram superiore condemnati, sed etiam ex-
cipiendo de nullitate aut iniquitate arbi-
trij coram eo Iudice coram quo Actor ex
sententia arbitrali executionem arbitrij
(in casu quo executio permissa est) vel
actione in factum ad executionem illius
agit [a]. Perinde enim id haberi debet at-
que si reductio loco oportuno & compe-
tente proposita esset [b]. † Iam vero certum 22
est quod cum reductio petitur, aut propo-
nitur per modum exceptionis, obiecta sen-
tentiæ arbitralis iniquitate aut nullitate,
aduersus propositam actionem in factum
ex sententia arbitrali, aut petitionem exe-
cutionis illius, vti in subiecto casu factum
esse constat; huiusmodi exceptio seu obie-
ctio retardet atque impediat executionem
sententiæ arbitralis [c]: ita vt executio ante
permitti, aut illius retardatio laxari non
possit ante cognitionem & determinatio-
nem obiectæ exceptionis. Quæ sola con-
sideratio plenissimè redarguit dictorum
Dominorum Scabinorum vel gratiam vel
imperitiam, qui in cognitionem & dispu-
tationem non admissa hac Petri exceptio-
ne præcipites prosilierunt ad declaratio-
nem quod Domina Petronella in petita
executione fundata esset; nihil prorsus in
vnam vel alteram partem determinando,
de obiecta reductione ac sententiæ arbi-
tralis validitate vel inualiditate. † Alte- 23
rum obiectionis caput quod in nullitate
dictæ sententiæ arbitralis positum est,
pares imo maiores vires habet ad impe-
diendam dictæ arbitralis sententiæ exe-
cutionem: ad quod si aduertissent Domi-
ni Scabini manum facile retraxissent, &
maiorem laborem (quem affectatè refugis-
se videntur) causæ impendissent. Est enim
certissimum quod quamuis Iudex pro sola
executione sententiæ alterius Iudicis re-
quisitus, executoris officio suscepto non
possit de simplici huiusmodi sententiæ ini-
quitate cognoscere [d], quasi eius officium
in eo tantum versetur vt rei iudicatæ vi-
gorem ad effectum perducat [e]: possit ta-
men & debeat cum nullitas sententiæ ex
aduerso obijcitur, de nullitate cognosce-
re præsertim executor qui non ex manda-
to aut iussu Principis seu eius delegati vel
superioris exequi debet [f]; multoque magis

a *l. penult. post princ. C. de recept. arbit.*
b *Angelus in l. Papinianus § si filius exheredata sit de inoffic. testam.*
c *Lud. Roman. in rubr. ff. de recept. arbitr. nu. 61 allegans Baldum in l. nā & postea in princ. de iureiur. eleganter Decius d. consil. 59. in fin.*
d *l. si Prætor iusserit de re iudicat. c. pastoralis § quod vero de offic. de leg.*
e *l. executorē C. de execution. rei iudic.*
f *d. §. quod vero Castren. in d. l. si Prætor in princ.*

cum sine requisitione Iudicis ad solius
partis instantiam, & omnium maxime cum
ex arbitri sententia executio petitur; in
qua executione impedienda paulò libe-
rior est Reo condemnato potestas propter
permissam (vti iam diximus) reductionis
obiectionem per viam exceptionis propo-
sitam, quæ eo tendit vt non tantum de nul-
litate, sed etiam iniquitate sententiæ arbi-
tralis adhuc obijci & disputari possit.
24 † Nec mirum: sententia enim quæ nullita-
tis vitio laborat, nec sententiæ nomen,
multo minus executionem meretur, exe-
cutioni mandari non potest nec debet [a]:
25 † ita vt qui contempta aut dissimulatâ sen-
tentiæ nullitate præsertim per partem con-
demnatam obiectâ progreditur præprope-
rè præcipitanterque, & sic nulliter proce-
dere dicatur, perinde atque si ad execu-
tionem pignorum, aut bonorum captio-
nem ac distractionem procederet ante rem
iudicatã; cum nihil intersit, nihil iudica-
tum sit, an quod iudicatum est vitio nul-
litatis laboret [b]. Quæ vsque adeò vera
sunt vt nec ad mandatum Papæ, Iudex
sententiam notoriè nullam exequi possit,
26 aut debeat [c]. † Indeque etiam est quod in-
strumentis guarantigiatis, quæ ex conuen-
tione paratissimam alioqui executionem
habent, & quibus vix quicquam ad remo-
randam executionem obijci potest, rectè
obijci possit exceptio nullitatis instrumen-
ti; cum hoc instrumentum pro nullo sit [d].
Ita quod his Dominis Scabinis respon-
deri possit quod Imperator Seuerus re-
spondit [e], *Nimis præpropere pignora capi, & distrahi iussisti.* Nullitatem autem hanc
collocat Petrus tum in eo quod arbitri o-
mnes controuersias non deciderint, sed ex
parte Petri vnam indecisam reliquerint
id apertè in ipsa sententia exprimendo;
tum in multis causis notoriæ, & euidentis
iniquitatis, quibus laborat dicta sententia
& quas deprehendere licet sine subtilitate
ex ipsa sententiæ lectione, vel tenuiter tan-
tum admotis ijs, quæ in causa exhibita &
27 deducta sunt. † Euidens namque & noto-
ria iniquitas ac iniustitia, præcipuè quæ ex
lectione sententiæ conspicitur ac depre-
henditur omnimodam nullitatem opera-
ter [f], & semper obijci potest etiam tunc
cum statuto vel conuentione partium or-
dinatum est, quod de nullitate obijci non
possit: semper enim admittenda est exce-
ptio nullitatis quæ ex facie sententiæ ap-
paret [g]. Quæ autem sint huiusmodi causæ
iniustitiæ, satis diffusè deductum est in
scriptura libelli appellatorij seu grauami-
num, quæ per se tam manifestæ sunt vt lon-
giorem deductionem desiderare non vi-
deantur. Cur enim ad nullitatem sententiæ
referri

a *Iason. in l. 4. § condemnatum in princip. & n. 4 de re iudic. clem. Pastoralis eod. tit.*
b *d. § condēnatum.*
c *Ludo. Roman. cons. 336 circa propositum.*
d *Bald. cons. 46. Statuto cauetur vol. 2.*
e *in l. 2. C. de execut. rei iudic.*
f *nota in c. inter cæteras de re iudicat. Bald. in l. 2. in fin. C. sent. rescind. non poss.*
g *Decius cons. 8. viso puncto nu. 7.*

referri non debeat tanquam gratiose, in gratiam scilicet D. Petronellæ latæ quod alijs controuersiarum articulis decisis, hunc vnum de 300. florenis respicientem fauorem ipsius Petri indecisum se relinquere dicant? † Cum arbiter sententiam 28 dicere cogatur, & cum cogi non potest abstinendo ab vna particula ab omnibus abstinere debeat; cum æquum non sit post causam semel atque iterum tractatam, post nudata vtriusq; partis intima, & secreta negotij aperta arbitros vel gratiæ operam dantes vel sordibus vt inquit Vlpianus[a] corruptos, vel ex alia causa nolle sententiam dicere: ideoque si de pluribus rebus seu causis compromissum est, nisi omnes finierint, non videbitur dicta sentẽtia. Non minus euidentem rationem nullitatis, propter manifestam iniquitatẽ & iniustitiam, habent aliæ dictæ sententiæ particulæ. Et primo quod propter mutuum seu vsum 3000. florenorum præfatum Reum ad non menstruas, sed quindenarias vsuras quinquaginta florenorũ in effectu cõdemnauerint; condemnando enim ad obseruationem contractus inter ipsum, & D. Petronellam initi, quo conuenerat vt ex 6000. florenorum à D. Petronella acceptis, Petrus 3000. mutuo haberet ad vsuras fere centesimas; numerando scilicet pro 3000. ducentos viginti quinque florenos in singulos annos; alia vero 3000 haberet in vsu officinæ monetariæ, & pro ijs singulis quindenis, tricesimum numinum solueret; hoc est ex 2000. dalerorum, qui 3000. florenos constituunt, singulis quatuordecim diebus redderet, sorte salua, & in nihilo periclitante 100. florenorum: hoc est singulis septimanis quinquaginta idque adhuc non ab alienatâ ipsâ sorte, sed additâ conuentione quod post triennium elapsum 6000. florenorum integra cum prædicto lucro nondum tunc soluto, Petrus restitueret. Quâ condemnatione ac declaratione nihil fœdius, nihil turpius, nihil à Christiana religione magis alienum, nihil iudaicæ peruersitati ac prauitati vicinius excogitari poterat. † Quî enim huiusmodi 29 condemnatio non erit notorijssimè iniqua, cum conuentio præcedens, super qua fundatur sit aliena ab omni iure, non tantum Canonico quod omnes vsuras & vsurarios contractus damnat[b], sed etiam ciuili, quod exercitium moderatarum vsurarum, hoc est in nobilibus personis, qualis est D. Petronella trientem permittit, vt ex 100. florenis in singulos annos tantum quatuor percipere possint; & in plebeis vt percipiant ex centum annua sex[c]? Quinimo etiam speciali constitutione Caroli quinti Imperatoris in Brabantia latâ, per quam vno capite nulli mercatori permittitur pecuniam dare ad interesse (ita enim nunc fucatur nomen vsurarum) vltra modum centesimarum vsurarum; vt scilicet nisi duodecim ex centenario pro vsu integri anni percipiantur; idque sub pœnâ nullitatis contractus. Altero vero capite prohibitum est omnibus mercaturam non exercentibus, nec cum mercatoribus societatem habentibus, ne pecuniam ad aliquod lucrum annuum, multò minus menstruum dent, atque sub pœna confiscationis pecuniæ ad lucrum datæ, & quod ita pecuniam suam collocantes pro manifestis vsurarijs reputari, & arbitraliter corrigi debeant.
30 † Quæ constitutio cum sit Principis, qui superiorem non recognoscit, in viridi obseruantia haberi[a], & à nemine ignorari debet[b]. Sic quod præfati arbitri condemnando Petrum ad dicti contractus obseruationem, & per consequens tam ex orbitantium vsurarum præstationem, manifeste omnia diuina & humana iura violauerint; & violando non tantum contra ius partis, verum etiam constitutionis iudicando omnimodam nullitatem commiserit[c]: ita quod neque appellatione, neque reductione aliqua formali opus esse videatur; sufficiente tantum intentionis exceptione, & facti, seu doli aduersus petitionem executionis huiusmodi sententiæ: † præsertim 31 quod sit non tecta condemnatio in illicitas vsuras, & vsurarum vsuras, quo casu sententia posset dici magis iniqua, quam nulla[d]: sed aperta & euidens facta commemoratio de illicita conuentione & vsuris vsurarum, quod ad nullitatem sententiæ operandam sufficit[e]. Cum igitur vtraque conuentio tam de præstandis reditibus pro prioribus 3000. quàm lucro pro posterioribus, iuri omnino aduersetur, & præsertim dictæ Constitutioni Caroli quinti annullanti contractum, nulla potuit esse facultas vel ex priore vsuras aliquas, quas reditus vocant, adiudicandi; neque ex posteriore lucrum: cum vtrumque perinde sit vsurarium, illicitum, & nullum. † Quamuis enim 32 redituum emptio etiam iure Canonico sit licita sub moderatione iuris[f]; ita tamen fieri debet, vt sors perpetuo abalienetur, nullâ retentâ ementi & pecuniam numeranti facultate sortem cum volet repetendi; sed potestate restituendi & dequitandi permissâ venditori pecuniam ad annuos reditus accipienti. † Hæc enim sunt 33 vera symbola constitutionis seu emptionis & venditionis annui reditus pecuniarij; quorum aliquo deficiente res abit ac deflectitur ad vsurariam prauitatem, & est sub colore reditus velatum, sed tamen perfectum vsurarium mutuum[g]. Atque cum con-

a l. 3. § tam etsi de recept. arbitr.

b c. super eo de vsuris.

c l. eos C. de vsur.

a l. Arrian. C. de heret.

b l. constitutiones C. de iuris & fact. ignor. l. leges. C. de legib.

c l. si express. sim de appellat.

d l. Prases de rei vendicat.

e Zasius & alij in d. l. prases.

f c. Regimini de empt. & vendit in extrauag communib Couarr var resol lib. 3. cap. 7. nu 2.

g Carol. Molyn. de contract. vsurar in princip nu 16 & 19. Couarr. d ca. 7.

conuenit vt hæc 3000. floren. tantum
triennio starent ad onus annui reditus,eo-
que triennio lapso cum decursis reditibus
restituerentur, negari aut dissimulari non
potest, quin hic contractus sit planè vsura-
rius. Et multò magis de posterioribus
3000 in quibus similes temporis angustiæ
præscriptæ sunt, & omisso reditus nomine
deprauatius adhuc, vt lucri nomine pro
vsu (id enim significat verbum **Opslaen**
hoc est, commutare in dicta conuentione
positum) singulis semestribus seu quinde-
nis daret singulos medios stuferos pro sin-
gulis triginta stuferis acceptis; † tam eui- 34
denter fœnerando,& fines ac metas publi-
corum vsurariorum, quos lombardas vo-
camus, plusquam in duplo excedendo, in
omnes pœnas,tam iuris communis [a] quàm
dictæ nouæ constitutionis, D. Petronella
inciderit, & indignam se fecerit, pro qua
ex dicto contractu aliquod lucrum,multò
minus vsuræ vsurarum ei adiudicari po-
tuerint [b]: cum etiam antea solutæ vsuræ
in diminutionem dictorum 6000. floren.
imputari ad defalcationem debuerint. Ne-
que curandum est quod pro fuco adfertur,
quasi hoc lucrum sit non pro vsu pecuniæ,
sed pro concessione ac permissione faculta-
tis monetandi dicto Petro per D. Petro-
nellam concessæ; & velut pro societate col-
latæ pecuniæ: nam verba contractus apertè
contrarium indicant pro vsu pecuniæ, &
pro lucro ac emolumento eiusdem pecu-
niæ id ita promissum esse,& cogitationem
illam de recompensatione concessionis
monetandi auertit alia specialis pactio, &
promissio qua Petrus daret D. Petronellæ
pro marca auri, quam Petrus cuderet, tri-
ginta stuferos, & pro marca argenti duos
stuferos cum dimidio; præter alia quæ in
prompta pecunia eadem D. Petronella à
Petro pro donarijs accepit. Societatis sanè
nulla fuit cogitatio, quod de certo, non in-
certo lucro promissio sit facta, quæ socie-
tati non congruit [d]. † In summa quò hæc 35
pressius continguntur, & fundamenta rei
accuratius eruuntur plus occurrit iniqui-
tatis,& iniustitiæ. Sic vt ad nullitatem e-
ius sententiæ vel ex his solis duobus capi-
tibus constituendam, plus quàm sufficiens
sit materia. Vt etiam in simili Decius con-
sulendo, & non pauca ad rem propositam
accommodatissima adferendo respon-
dit [a], sententiam arbitralem esse nullam,
ideoque executionem illius non esse per-
mittendam, quia continet manifestam vsu-
ram, ex eo quod sententia permittebat exi-
gi septem pro centenario. Cum itaque tam
multis modis elucescat dictæ sententiæ
arbitralis manifesta iniquitas & iniustitia;
& reductionis remedium nemini ad id
agendo vel excipiendo debeat denegari;
cum reductionis remedio vtraque via ap-
pellans vsus sit intra legitima tempora; &
præterea aduersus temporis lapsum si quis
est restitutionem obtinuerit; cum denique
sententia dictorum arbitrorum non me-
ruerit promptam paratamque executio-
nem; præmissis, alijsque in scripturis causæ
latius deductis, attentis, existimamus am-
plissimis Dominis Commissarijs satis com-
monstratum esse eorum officium versari in
eo, vt retractatâ dictorum Scabinorum
sententia, & declarato D. Petronellæ pe-
titionem executionis præproperam esse,
minimeque ob id receptibilem; Petro
van Bossenhouen reductionis suæ vsum
permittant directè vel exceptiuè; & per D.
Petronellam vel respondendum propositæ
reductionis rationibus, vel replicandum
aduersus easdem exceptiuè etiam proposi-
tas decernant. Quamuis tamen ijsdem Do-
minis Commissarijs non deesse putemus
facultatem sententiam non tantum execu-
toriam non esse, sed nullam & pro tali cas-
sandam ac annullandam: reseruando vtri-
que parti actiones, quas inuicem habent
loco oportuno & competente peragendas.
Postulat enim ratio vt quod vno iudicio
& sententia peragi ac absolui potest non
reijciatur ad nouam litem, aut initium al-
terius petitionis: ita tamen vt in quam-
cumque partem res exeat, D. Petronella in
expensas tam huius, quam prioris illius in-
stantiæ coram Scabinis Traiectensibus fa-
ctas condemnetur: id enim omninò postu-
lat temerariæ litis, & iniquorum contra-
ctuum, in quo fundata est dicta arbitralis
sententia, exorbitantia.

a Couarr. d. cap. 7.

b l. si non sortem §. 1 de cond. ind. bit.

c d. l. si non sortè in princip.

d l. Nunciu ff pro soc. o.

a d. cons. 39. nu. 6.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Appellare vel reformare an liceat in criminalibus.

1. *Appellatio in omnibus cauſis permittitur.*
2. *Cauendum plenius quibus periculum maius intenditur.*
3. *Pœna corporalis maior eſt qualibet pecuniaria.*
4. *Appellare poteſt quilibet pro condemnato ex crimine.*
5. *Appellatio in criminalibus an tolli poſſit.*
6. *Appellatione in criminalibus ſublata an liceat ſupplicare.*
7. *Nullitas proponi poteſt etiam prohibitâ appellatione.*
8. *Nullitas remota non cenſetur omnibus exceptionibus remotis.*
9. *Nullitas cum alijs remedijs cumulari poteſt.*
10. *Appellatio omnis an tollit poſſit.*
11. *Appellatio an ſtatuto tolli poſſit per inferiores Magiſtratus.*
12. *Appellatio conſuetudine tolli poteſt etiam apud inferiores.*
13. *Appellatio multis in cauſis prohibita.*
14. *Statutum inferiorum per Principem confirmatum omnino validum eſt.*
15. *Reformatio ſententiæ quid includat.*
16. *Appellationis prohibitio fit vel reſpectu Iudicis vel cauſæ, & inter illa eſt diſcrimen.*
17. *Nullitas ex iuriſdictionis defectu validiſſima.*
18. *Nullitas notoria quod operatur.*
19. *Mens inſana non præſumitur.*
20. *Acta iudicialia regiſtrari debent.*
21. *Præſumitur ſemper pro ſententia.*
22. *Sententia criminalis in euidenti ſtatim executioni mandanda.*
23. *Reis condemnatis poſt tempora, vel poſt executionem non ſuccurritur.*
24. *Statutum quod ſententia executioni mandetur non obſtante appellatione accipiendum eſt in re reparabili.*
25. *Appellari quando poſſit ab interlocutoria.*
26.28. *Criminalis cauſa quæ dicatur.*
27. *Falſi cauſa criminalis eſt, & publici iudicij.*
29. *Iudex quocumque loco in territorio ſuo poteſt ius dicere.*
30. *Interpretatio benignior contra conſtitutionem Principis permittenda non eſt nequidem ſupremo ſenatui.*

CONSILIVM LXXXIX.

Magna probabilitate inniti ac fulciri videtur ſententtia, qua per Ampliſſimum Concilium Brabantiæ inter Catharinam Ruyts Impetrantem ſeu prouocantem; ac Magiſtratum oppidi Antvverpienſis Opponentem, reiecta eſt exceptio declinatoria per Opponentes propoſita; in eo fundata, quod in criminali cauſa appellare non liceat. † Nam huiuſmodi exce- 1
ptioni apertè aduerſatur ius commune, quo in omnibus cauſis cuiuſcunque generis admittitur appellatio [a]; & tam in criminalibus, quam in ciuilibus [b], ſiue mulcta inferatur [c] ſiue extremum ſupplicium, aut membri diminutio, vel quæcunque alia pœna, idque multò magis in criminalibus cauſis, vt diligentius & per plures cauſa examinetur vbi contra hominis ſalutem per errorem vel gratiam cognitoris oppreſſa putatur iuſtitia [d]: † diligentius enim ab- 2
undantiuſque prouidendum eſt his, qui-

a l. & in maioribus C. de appellat. Soc. iu. conſil. 39 cap. 1 primũ in princip. vol. 4
b l. litigatoribus C. de appella.
c l. & in mulctis C. de appell. l. certa C. quando prouoc. non eſt nec.
d l. addictos C. de appell.

3 bus maius periculum intenditur [a]; † maior autem eſt quælibet pœna corporalis imo ſolius æſtimationis, & infamiæ, quam
4 quæuis pecuniaria [b]. † Vnde etiam peculiariter humanitatis cauſa receptum eſt in criminali cauſa, vt non tantum ei, qui ad ſupplicium ducitur, ſed etiam cuicunque alij, etiamſi eius ob cognationem aut affinitatem non interſit, à ſententia criminali prouocare liceat, etiam inuito eo, qui in reatu eſt [c]; excepto fere vnico tantum caſu, quo Reus argumentis conuictus, teſtibus ſuperatus, vere etiã propria cõfeſſione vitium ſceluſq; cõfeſſus erit [d]. † Cuius qui-
5 dem appellationis vſum in criminalibus cauſis pleriq; tam potenter tuentur, vt nec conſuetudine, nec ſtatuto quocunque eum tolli aut aboleri poſſe [e] putent: quaſi id ſit contra naturalem defenſionem [f], & occaſionem grauiſſimè per imperitiam, gratiam, aut ſordes peccandi ſubminiſtret [g]; ſic quod in criminalibus ex quorundam ſententia non poſſit expreſſe renunciari appel-

latio-

a l. 1. §. ſed & ſi quis de carb. edic. c. vbi periculũ de elect. lib. 6.
b l. in ſeruorum in fin. de pœnis.
c l. non tantũ de appellat.
d l. obſeruare C. quorũ appell. nõ recip.
e Guido Pap. in tract. de appell. nu. 43 & in tractat. ſuper ſtatut. Delphin. ſi quis per literas in verb. appellatione ceſſante in fi.
f Bald. in l. vt vim. de iuſt. & iur. & in l. 1. de appell. notatur in c. 1. cũ ſpeciali de appellat.
g Ioa. Aldẽdorp in tract. de vſucap. ſub tit. de tribus diebus n. 18. Socyn. d. conſ. 39. nu. 19.

lationi [a], quia sit præsidium innocentiæ [b]. † Deinde vt valeat lex, statutum, aut constitutio, quod appellari non possit, non tamen ob id, videtur exclusa querela, supplicatio, seu recursus ad Principem, quoties ab inferiore profertur sententia [c]: quia hęc iuris remedia diuersa sunt; ita vt sublato vno, non intelligatur aliud sublatum [d].
† Sed vt hæc quoque verbis apertis remo- 7
ta sint, manet tamen adhuc potestas dicendi de nullitate sententiæ, etiam si ab illa appellari aut Principi supplicari non possit [e]: siue illa nullitas ex actorum formâ, siue ex notorio grauamine, seu notoriâ iniquitate consurgat [f]. † Sicut etiam omni- 8
bus exceptionibus remotis seu prohibitis, non censetur prohibita aut remota exceptio nullitatis, quæ peculiarem notam habet [g]: quasi scilicet huiusmodi statuta & constitutiones à iure communi exorbitet, & odium contineant [h]; ideoque strictissime secūdum sonum verborum accipienda sunt & ad alium casum minime porrigenda [i]. † Quare cum impetrans non tantum 9
reformationis beneficio vsus sit, sed etiam propositione nullitatis ex euidente, vt ait, iniquitate ac grauamine, compatibiliaque sint hæc remedia, ac possit cum appellatione, prouocatione, seu reformatione coniungi ac cumulari nullitatis propositio [k], videri posset declinatoriæ exceptionis reiectio, & processus ad vlteriora sustineri posse; præsertim quod inter alia quoque proponatur hanc sententiam Magistratus Antvverpiensis latam esse ciuiliter non criminaliter; hoc est in loco vbi ciuilis tātum, & nullæ criminales causæ pronunciari solent: ita vt quemadmodum ex Iudicis qualitate [l], ita quoque ex loco iudicij, qualitas & conditio causæ cognoscatur.
† Habent quidem pleraque ex his in suo ge- 10
nere veritatis apparentiam, & quędam sunt pro intentione, & conatu impetrantis colorata atque plausibilia, si ad iuris communis disputationem tantum respiciatur: sed ad factum, & rem propositam non satis accommodata, cuius facti omissa consideratio, errori qui in concipienda sentētia, quæ nunc reuisioni diligentiorique examini subijcitur admissus est, occasionem dedit. Non enim consistit materia rei propositæ in nudis ac meris terminis iuris; sed ab ijs recedi propter immemorialem consuetudinem, quā in Brabantia intraductum est, ne à sententijs præsertim diffinitiuis in causa criminali Reo condemnato prouocare liceat: cum propter specialem Cæsareæ Maiestatis ordinationem [m], qua expressim cauit, ne à quacumque sententia criminali in Ducatu Brabantiæ lata liceat reformare, aut appellare; sed quod sententia huiusmodi non obstante oppositione, aut appellatione executioni mandabitur. Quæ per subsequentem aliam ordinationem [a] non tantum confirmata, sed etiam extēsa est, vt locum obtineat, etiam si nullius alterius pœnæ condemnationem contineat sententia, quàm expensarum litis Reo etiam absoluto. Iam vero quin huiusmodi consuetudo, atque item quæ ijsdem pœnè iuris regulis innituntur statuta, ne liceat aliqua appellatione vti etiam in criminalibus causis, valeant & iuris robur habeant, post multorum traditionem decisionemque dubitandum non est [b]: quia scilicet pacto & conuentione litigantium futuræ etiam appellationi rectè renunciatur; pertinetque ea res ad celeriorem litium expeditionem; neque tam certū præsidium innocentiæ in appellatione est; cum non semper melius pronunciet, qui nouissimus sententiam dicit [c]; & nonnunquam benè latæ sententiæ in peius reformētur [d].
11 † Et quamuis magna sit disputatio, num ab inferiore communitatis aut Ciuitatis alicuius Magistratu, id statui possit; quibusdam negantibus [e] id posse, si ab huiusmodi inferiore ad superiorem seu Principem alioqui appellaretur, ne superioris iurisdictioni ac superioritati detrahant [f]; secus si primariæ & secundariæ appellationes ad ordines eiusdem Ciuitatis pertineant: quibusdam, sed paucioribus [g], per varias rationes contendentibus indistinctè Magistratū
12 Ciuitatis alicuius id posse: † nemo dubitat, quin per consuetudinem immemorialem [h], & multo magis per Principem superiorem non recognoscentem (vt est Dux Brabantiæ) id constitui & ordinari possit [i];
13 † cum lex (cui Principis constitutio adæquatur [k]) plurimis in causis appellationem omnino deneget [l]; quod est indicium ius appellandi naturali causæ tantopere non inniti, quin plus iuris commentitij ac positiui sit in eo [m]. Iura enim naturalia nulla lege ciuili, at constitutione immutari pos-
14 sunt [n]. † Sed etsi non Principis constitutione, ordinatione, & priuilegio abrogata esset appellandi facultas, sed tantum per Principem confirmatum Prouinciæ, Regionis, aut Ciuitatis huiusmodi statutum seu consuetudo, par esset iuris ratio; quia confirmatio facit, vt Principis magis, quā vtentium, aut statuentium sit statutum [o]. Huius itaque constitutionis ac ordinationis itemque subsecutæ confirmationis & exten-

a *Afflict. decisio. neap. 78 in causa firmani nu. 3.*
b *c. cum speciali §. porro & c. consuluit. de appel.*
c *Bald & Salic. in l. fin. in fin. C. de tempor. appel. Alex. consil. 88. in causa Domina nu. 2. vol. 4. Hippoly. de Marsi. sing. 88 & 647. gloss. c. ex litteris de in integ. restit. Ioan. de Imola consi. 145. visis ac diligenter Gramatic. decis. 35. Decius consi. 49 præstantissime nu. 3.*
d *l. si rōk x. de hered. instit. l. Domus de seruit. vrb. prædiorum.*
e *l. si expressim de appellat. Angel. consi. 107. Iacobellus.*
f *c. ex cōquestione & ibi gloss. de restit. Panor. consil. 44. in præsenti quæstione nu. 3 vol. 2. late Sebastia. Vantius in tractat. de nullit. titulo quis possit dicere de nullitate.*
g *Bald in l. si quis filio §. quid si quis de inust. rup. Salyc. in c. pastoralis n. 11. de except.*
h *Bald in l. eos § ne emere in princ. C. de appel.*
i *Bart. consil. 165 in fin. in questio. Decius consi. 49. nu. 1.*
k *gloss. 1 quand. prouoc. non est necess. Bald in d. l. si expressim. Panor. consil. 17. Saluator. in 1 vol. Bald consil. 306. prædicto puncto vol. 5.*
l *l. solemnis § fin. de iniuriis.*
m *die 14. May anno 1530.*

a *anno 1536 20 Iunij.*
b *l. si. § fi. C. de temp. appell. c. pastoralis de appel. Decis. in c. inter litteras de sent. & re iudic. Ang. in d. l. eos C. de appell. Alber. de statut. part. 3. q. 54. Signora. de homod. consil. 249. in quæstione nu. 4.*
c *d. l. § fin. d. c. pastoralis. d. l. 1. in princip. de appell.*
d *Bart. in l. si. de aqua plu. arc. & consil. 172. Dubia occurrētia vol. 1. nu. 4.*
e *Angel. consi. 195. Dominica Guilielma in fin.*
g *Signo. de homod. d. cōsi. 249. in quæstione sin quæstiendam nu. 4.*
h *Rebuff. ad constit. regias titulo de appellat. articulo 1 gloss. 2. nu. 16.*
i *Panor. Fely. & Decius in rub. de appel. Paul. Paris. consil. 49. pancis absolutis n. 5. vol. 1. per l. 1. in fin. & quibus appell. nō licet. Bart. d. consil. 172. nu. 4.*
k *l. 1. de constitut. Princip.*
l *Qui recensetur in d. consil. Signo. de homod. 249. nu. 5.*
m *Rebuff. ad constit. regias tit. de appel. in princ. nu. 84. tom. 3.*
n *§ sed naturalia Instit. de iure natur. gent. & ciu.*
o *Bald. consil. 86. vol. 3.*

extenſionis exacta haberi debebat ratio,
quia iuris cõmunis cogitationem & vſum
antecedit, & auertit [a]: potiſſimum quod
allegata ac propoſita ſint exempla rerum
in hoc ampliſſimo Concilio ſecũdum eam
ordinationem iudicatarum; cuius generis
plura quoque proferri ac probari poterant,
ſi de vſu dubitatio aliqua ſuſpenſos Domi-
nos tenuiſſet. † Quod vero pro ſuſtinenda 15
probabilitate ſententiæ dictum eſt huiuſ-
modi conſtitutiones, conſuetudines, ac
ſtatuta prohibentia appellationem ſtrictam
habere interpretationem, & non extendi
ad ſupplicationis aut quærelæ vſum, neq;
ad propoſitionem nullitatis; ad hanc Cæ-
ſareæ Maieſtatis conſtitutionem applicari
non poteſt: quia per eam non tantum pro-
hibetur appellatio, verum etiam reforma-
tio & oppoſitio; per quam verborum coa-
ceruationem & ampliationem omnia in-
cludi atque prohiberi videntur per quæ
ad ſententiæ criminalis retractationem
quamcunq; perueniri poteſt [b], ſiue ſit quæ-
rela, ſiue ſupplicatio, ſiue nullitas. Refor-
mationis enim vox generalis eſt, & ad o-
mnia remedia, quibus ſententia lata retra-
ctari vel reſcindi poſſet, pertinet [c]: ita vt
à generalitate vocis, quæ latiſſime patet,
facienda ſit extenſio ad omnia, quibus illa
ſignificatio congruit. Vndè in ſimili re-
ſpondit Baldus [d], quod per ſtatutum pro-
hibitã querelã, non admittatur appellatio
aut nullitas [e]. † Et quoad nullitatem di- 16
ligenter ſeparanda eſt prohibitio appella-
tionis, quæ fit ob priuilegium ac condi-
tionem perſonæ, quæ ſententiam dixit:
veluti vt non appelletur à præfectis [f]; itẽ
à ſententijs Magiſtratus præcipuarum Ci-
uitatum; quaſi de his Princeps aut ſta-
tuentes plus confidant: ab ea prohibitio-
ne quæ fit ex natura & conditione cauſæ;
veluti in cauſis alimentorum, item (vt eſt
in caſu propoſito) in criminalibus cauſis.
Vt illo quidem caſu admittantur extra-
ordinaria remedia, recurſus ad ſuperiorem,
ſupplicationis, quærelæ, ac nullitatis; quaſi
maior poteſtas & extremum refugium ſit
apud Principem: hoc vero caſu omnia cen-
ſeantur prohibita per quæ ad ſententiæ re-
tractationem perueniri poſſit [g]. † Præterea 17
quod de nullitatis propoſitione admitten-
da, ſtatuto prohibente appellationem, tra-
ditur ad eam in generalibus ferè terminis
reſtringitur, quæ ex defectu iuriſdictionis
exoritur; alioqui quiſque omnes cauſas
mundi ad ſe trahere poſſet [h]; & vt plerique
putant ad eam quæ notoriè ad oculum
ſtatim ex primo conſpectu ſententiæ ſeu a-
ctorum ſine ſtabili aut operoſiori indagine
conſpicitur: quia vt inquit Baldus [i], iſtud
non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe, nec

a l. de quibus de legibus.
b Zaſius in l. arbitro ff. qui ſatt. dat. coga. Decius in d. l. finali C. de edic. diui Adria toll.
c l. 1. in prin. de appel. l. 1. C. ſi de momen. poſſ.
d Conſ. 272. in cauſa egregie vol. 5 nu 4.
e Odofred. in d. l. arbitro Cyn. in l. ſi quis conductionis C. locat.
f l. 1. C. de ſent. Præfect. Præto
g Caſtrenſ. in l. ſi quis aduerſus C. de precib. Impe. offer. Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio n. 6. C. de precib. Imp off Paul. Pariſ conſil 54 in iſto tud cto nu. 39. vol 3.
h Decius cõſ 560. perſcru tatis n. 1. & conſilio 8. viſo puncto nu 7. Ang. conſ. 195. Domino Guilielma in fin.
i Conſ. 119. ſtatuto cauetur n 3. vol. 2.

18 audire, ſed auditũ eſſe. † Iam verò ex alle-
gationib' Impetrãtis de aliqua eius gene-
ris nullitate nõ cõſtat, nã de ea quæ ex de-
fectu iuriſdictionis eſt, nihil proponit; & li-
cet proponat de ea quæ euidentis iniqui-
tatis eſt, quaſi ſcilicet vel ex ipſa ſententiã,
vel prima inſpectione actorum conſtet, de
innocentia ipſius Impetrantis, aut ſaltem
non liqueat de eius delicto: tamen ea tam
euidens verè non eſt, tum quia partim iuris
diſputationem habet, an ſcilicet credi nul-
la ratione debeat ſocio criminis [a], tum
quod confeſſione contraria, quam Impe-
trans coram quatuor Scabinis fecit, non
tantum obfuſcetur illa euidentia iniquita-
19 tis, ſed etiam tollatur. † Vnde etiam ne-
ceſſarium ſibi exiſtimauit Impetrans alle-
gare ſe tempore confeſſionis huiuſmodi a-
mentem, ſeu mentis non ſatis compotem
fuiſſe, cuius nulla eſt probabilitas aut præ-
ſumptio in ea, quæ ante & poſt eandem cõ-
feſſionem in perpetua mentis ſanitate & in-
20 tegritate fuit [b]. † Sic quod Impetrans hãc
quoque iuris præſumptionem metuens eo
tandem deſcenderit, vt dictæ confeſſionis
probationem extare negaret; ob id quod
per actorum ſcribam ſeu graphiarium, hu-
iuſmodi confeſſio in actis regiſtrata non
ſit, vti requiri videtur in omnibus actibus
21 iudicialibus [c]. † Sed non idoneum eſt hoc
præſidium ad inducendam nullitatis pro-
poſitę euidentiam; cum tam præciſa non ſit
iuris deſcriptio, quin ſtatuto vel conſuetu-
dine induci poſſit, vt etiam Iudici ſcriben-
ti aut referenti acta coram ſe geſta creda-
tur, & ſtetur [d]; præſertim, vti hic euenit,
cum plurium Iudicum vnius iudicij ſeu
conſiſtorij conformis eſt relatio, & atteſta-
tio. Ita vt re in omnem partem verſa, nul-
lum ſolidum occurrat fundamentum, ex
quo tantæ nullitatis ex euidente iniquita-
te conſurgentis aſſertio & allegatio ſuſti-
neri; ac communis vulgariſque iuris præ-
ſumptio, quæ perpetuo ſtat pro Iudicis ſen-
tentia, & quod ille officio ſuo debitè fun-
ctus ſit [e], diſcuti vel remoueri poſſit. Hoc
nouiſſimè addimus ſuperuacuam videri
hanc, quam operoſius diſcuſſimus indaga-
tionem, num prohibita reformatione &
appellatione, cætera quoque iuris remedia
extraordinaria remota cenſeantur? ob id
primum; quod per decretum ſeu ſenten-
tiam, de cuius reuiſione ac retractatione
nunc agitur, nullum huiuſmodi extraor-
dinariorum remediorum Impetranti ſpe-
cialiter reſeruetur aut adiudicetur, ſed
verbis directe contra prætactam Cæſareæ
Maieſtatis ordinationem conceptis, man-
detur & imperetur Opponentibus, vt cum
Impetrante in propoſitæ reformationis iu-
dicio vlterius procedant, ita quod eiuſdem
verbi

a Doctor in l. quoniam liberi de teſtib.
b Alcia de præſump. reg. 2. præſumpt. 18. 21. & 25.
c c. quoniam cõtra falſam de proba.
d Bart. in l. 2. nu. 2. de ſtip ſer. Fely. in d. c quoniam contra falſam n. 24.
e l. 2. C. de officio ciuilium lud. Alciat. de præſumpt. reg 3. præſumpt. 9. & 10.

verbi vſus vtrobique vel in eadem ſignifi-
cationis amplitudine ac latitudine, vel re-
ſtrictione, & intellectus anguſtia, accipi
debeat; cum nihil concurrat aut accedat,
vnde diuerſitatis ratio deſumi poſſit. Atq;
ita liquidiſſime conſtat hoc decretum ab
apertis verbis & ſententia ac mente prætа-
ctæ ordinationis recedere, & aberrare.
† Et ſecũdo ob id quod ſerior nunc ſit nul- 22
litatis aut ſupplicationis propoſitio; non
tantum ex eo quod liquidato delicto, præ-
ſertim per Reæ confeſſionem, ſententia &
executio differri non debeat; ſed ſtatim ſi-
ne mora fieri, ne criminoſæ ſupplicandi
occaſio detur [a]; verum etiam ex eo, quod
non conſtet, nec per Impetrantem al-
legetur eam aliquo prouocationis, vel ſal-
tem proteſtationis remedio ante executio-
nem ſententiæ vſam eſſe; ſed verum ſit eam
ſententiæ ſimpliciter ſine vlla contradi-
ctione acquieuiſſe: ita vt nunc ſerius agat
de retractione illius quam tacendo, & pa-
tiendo approbauit. † Non enim ſic fauetur 23
Reis, vt vel poſt executionem, vel poſt
tempora appellandi eis quoque ſuccurra-
tur [b]. † Neque proderit Impetranti, quod 24
ſententiæ primariorum oppidorum Bra-
bantiæ per reformationem ſeu prouocatio-
nem non ſuſpendatur executio; nam id tũc
tantum obtinet, cum executio reparabilis
eſt in iudicio reformatorio, ſecus ſi repara-
ri nequeat; vt eſt criminis ſeu pœnæ exe-
cutio. † Exemplo eius quod dicitur iure 25
ciuili ab interlocutione non admitti ap-
pellationem generaliter, admitti autem
ſpecialiter ſi grauamen quod per eam in-
fertur, per definitiuam ſententiam rapara-
ri non poſſit [c]. Atque ita Impetrans ſim-
pliciter acquieſcendo ſententiæ, ac iuris &
conſuetudinis beneficium omittendo, eam
per omnia comprobaſſe cenſetur & nunc ſe-
rius illam per reformationis iudicium im-
pugnare. † Porrò quod nouiſſimo loco pro 26
ſuſtinenda hac ſententia adductum eſt, cri-
minalem non eſſe hanc cauſam, ſatis mo-
menti habere non videtur; nam quin crimi-
nalis ſit cauſa, nulla eſt dubitatio; † tum ex 27
materia, quia ex falſo teſtimonio, ſuppoſi-
to ac fabricato, accuſata & condemnata
fuit Impetrans; cuius falſa accuſatio publi-
ca, & plane criminalis eſt [d]; tum ex perſo-
na accuſatoris, qui ratione incumbentis of-
ficij velut Fiſcus crimina in oppido Ant-
vverpienſi perſequi ſolet; tum denique ab
exitu hoc eſt condemnatione, quia ad in-
ſcalationem & publicam ignominiam ex-
ponenda, condemnata eſt Impetrans: † ſic 28
quod criminalis cauſa ſit, quæcunque ten-
dit ad pœnam vel capitis, vel corporis, ſeu
exiſtimationis, vel damni infamiã [e]. Et
quod eo loco dicta ſit ſententia, quo ciui-
les cauſæ diffiniri ſolent, cauſę ſtatum non
immutat; ob id quod ex iiſdẽ criminalibus
actis ſine nouo proceſſu ſententia ab iiſdẽ
Iudicibus, non mutato accuſatore ſit lata:
29 † ita vt ex loco rei veritas ac ſubſtãtia mu-
tari non poſſit, ſatiſq; ſit in territorio iudi-
cantium latam eſſe ſententiam; quia poteſt
Iudex quocunque loco ſui territorij, ſalua
Maieſtate imperij ſui, ius dicere [a]; probabi-
leque eſt in domo conſulari ſeu ciuica po-
tius eſſe latam ſentẽtiam, quod prorſus ca-
pitalis, & ſanguinis nõ eſſet hęc cauſa; qua-
lis in prętorio, quod vierſchare appellatur
tractari ſolet, ſed tantũ damni & exiſtima-
tionis: ſic quod criminalis non capitalis
fuerit hęc cauſa, vel ob id quod ex ſentẽtia
quorundam falſi accuſatio publicorum iu-
diciorũ non ſit, niſi cum de falſo teſtamẽto
quæritur [b]. Eaque procul dubio videtur
eſſe cauſa cur in dicto prætorio Schutetus
declaratus ſit in ſua accuſatione non rece-
ptibilis; quod ſcilicet cauſam, quæ publici
iudicij nõ erat, ibidem propoſuerit; paulò
tamen poſt Impetrantem ex eâdem cõclu-
ſione criminaliter Magiſtratus condemna-
uerit ad publicã ignominiã. Ita vt in pro-
poſito ſatis ſit cauſam criminalẽ eſſe, eamq;
criminaliter inſtitutam fuiſſe ad hoc vt ſub
dicta ordinatione Cæſareæ Maieſtatis de
criminalibus cauſis ac ſententijs loquente,
30 cõprehendatur. † Poſtremo & id admonẽ-
dum eſt, nullam vel humanitatis rationẽ,
vel benignioris interpretationis occaſionẽ
ad reſtringendam interpretandamq; pręta-
ctam ordinationem Clariſſimos Dominos
permouere debuiſſe; cum in dicta ordina-
tione eam poteſtatem ſibi ſoli reſeruauerit
Princeps; idq; non ſimpliciter, ſed cum re-
ſtrictione, vt nõ niſi prius auditis Ducatus
Brabãtiæ Statibus, vel aliter, ſtatuatur. Sic
quod propter ſpecialem hãc reſeruationẽ,
& manus principalis appoſitionem, pręſcri-
pta etiam certa forma, recedendi ab ea or-
dinatione, ſeu eam mutandi atq; interpre-
tandi, huic Ampliſſimo Concilio (quam-
uis Principem ſatis referat, atq; repræſen-
tet) authoritas & poteſtas omnis circa illã
prærepta ſit [c], & aliter faciendo, atque à
præſcripta forma recedendo; hoc eſt, non
auditis prius Statibus, interpretando nihil
egiſſe, ſed potius aberraſſe videatur [d]. Atq;
ita omnibus mature expenſis Ampliſſimo-
rum Dominorum iudicio ſemper ſaluo vi-
detur nobis ſubſcriptis V. I. Doctoribus
errorem, qui in prætacta ſententia admiſ-
ſus eſt, corrigendum, ac propoſitam refor-
mationem Impetrantis ex criminali cauſa
reijciendam eſſe.

SVMMA-

a l. eum reis C. de pœnis.

b l. addictos C. de Epiſc. aud. Cepola conſ. 53 primum dubiũ.

c l. ante ſententiam & ibi Bart. de appel. recip.

d l. vbi C. ad l. Cornel. De Falſ. & ff. eod. per tot.

e l. ſi quis forte § ſin. cum 2. ll. ſeqq. l. capitaliũ de pœn.

a l. penult. in fin. de iuſt. & iur. Iaſ. in l. fin. nu. 9. & 18. de iuriſd. omnium iudic.

b gloſſ. in l. 1. De publ. iudicijs.

c l. 1. & ibi gloſſ. & DD. C. de legib.

d l. humanũ C. de legib.

SVMMARIVM.

Deſertio appellationis.

1. Deſerta appellatione Iudex ad quem, non poteſt retractare ſententiam.
2. Deſerta appellatione Iudex appellationis amittit iuriſdictionem.
3. Deſerta appellatione Iudex à quo ſtatim poteſt exequi ſuam ſententiam.
4. Deſertio non excuſatur per concluſionem in cauſa ante finem biennij.
5. Deſertio non excuſatur ſi appellatus cum appellante vlterius procedat.
6. Concluſa cauſa alij articuli admitti non debent.
7. Citatio ad ſententiam non eſt neceſſaria cum litigãtes vel procuratores ſunt præſentes.

CONSILIVM XC.

IN deciſione cauſæ appellationis, quæ
coram Venerabili D. Officiali Mechli-
nienſi introducta eſt, inter Martinũ Mar-
ſchalcx Appellantem, & M. Petrum Hel-
vvycx appellatũ, de iuſtitia ſẽtẽtiæ à quâ
appellatum exiſtit, magnopere querendũ
nõ eſt; ideo quod ex nimis longo inſequẽ-
tis temporis lapſu eadem appellatio in de-
ſertionem reciderit; & ſic Venerabilis D.
Officialis hac in parte officiũ ſit cõſtrictũ:
ita videlicet quod nullo modo poſſit dictã
ſententiam retractare tãquam iniuſte latã.
† Eſt enim ita iure conſtitutum, & in praxi 1
forenſi obſeruatũ, quod cum appellatio per
lapſum fataliũ temporũ eſt deſerta, Iudex
appellationis alterũ ex duobus facere de-
beat, vel confirmare ſententiam à qua pro-
uocatum eſt, vel illam declarare deſertã; &
ſic eandem ſententiam trãſiſſe in rem iudi-
catam, condẽnando appellantẽ in expenſis
cauſæ appellationis [a]: tertiũ vero, hoc eſt
improbare, retractare, & corrigere eandem
ſententiã nullo modo poteſt; vt aperto iure
conſtitutum eſt [b] & communi Doctorũ ſen-
tentia receptum [c], & votis ac ſẽtẽtijs au-
ditorij Rotæ Romanæ frequentiſſimè de-
ciſum [d]. † Ea nimirũ euidẽte ratione, quod 2
lapſis temporibus fatalibus, ſententia à qua
appellatum eſt, transeat incommutabiliter
in rem iudicatam & ratã maneat [e]; deſinatq;
prouocatus ſeu ad quẽ appellatũ eſt Iudex,
iuriſdictionẽ in cauſa appellationis habere
ex momẽto perfectæ ſuperuenientis deſer-
tionis [f], illaq; per appellationem à Iudice à
quo prouocatũ eſt, ſuſpenſa [g], ſed vt alij vo-
lunt durãte appellationis cauſa extincta [h],
iterum propter ſuperuenientem deſertionẽ
reuolet ad Iudicẽ à quo [i]. Vſq; adeo vt ne
quidẽ cõſentientibus litigatoribus iuriſdi-
ctio maneat in manibus ac poteſtate Iudi-
cis prouocati, in cui' manib' deſerta eſt ap-
pellatio: perinde ac ſi deſerta eſſet, antequã

a Bald. in l. eos §. Apoſtolos C. de appell.
b in Clem. ſi appellationẽ de appell.
c gloſſ. in d. cle. ſi appellationẽ in verbo appellatus Hoſtienſ. in c. ex ratione in fin. de appell. Bart. in l. eos C. de appell. & Calderinus conſ. 9. de appell.
d Deciſ. 98 licet appellatio & ibi ad d. tio in nouis & Deciſ. 5. Nota quod vbi appellatio in antiquis.
e Auth. et qui appel. C. de tempo appellat.
f Bellamera deciſ. 117.
g l. tale pactũ § qui prouocauit C. de pactis.
h l. 1. § fin. ff. ad S. C. Turpilian.
i gloſſ. in d. l. eos & in d. cle. ſi appellationem.

ad eum cauſa appellationis eſt deducta [a].
Deſertio enim effectũ habet renũciationis,
quaſi ſcilicet renunciare cenſeatur appella-
tioni, qui illam intra fatalia tempora non
peragit: nõ aliter quâm appellans qui intra
præſtituta tempora apoſtolos non petit, per
hoc appellationi renunciare intelligitur [b].
† Vſque adeo vt deſerta appellatione pars
appellata non cogatur expectare ſenten-
tiam deſertionis à Iudice prouocato, ſed
poſſit ſi velit omiſſo illo recta via ire ad Iu-
dicem à quo prouocatum eſt, pro executio-
ne ſententiæ, à qua appellatio interpoſita,
ſed nunc deſerta exiſtit; ſic vt nihil neceſſe
ſit expectare donec Iudex ad quem, de-
claret appellationem deſertam: vt elegan-
ter tradit Angelus Peruſinus [c], dicens ſe
ita infinitis vicibus practicaſſe, & hoc mo-
do vitari magnum circuitum; & ſic quidem
quod Iudex à quo poſſit executiue contra
condemnatum procedere, eo etiam aliter
nõ citato [d]. Nam vt inquit Gloſſa [e], deſer-
tio eo rem deducit quaſi appellatum nun-
quam fuerit. Quod autem non tãtum ple-
na, ſed etiam pleniſſima deſertio in hanc
appellationis cauſam incurrerit, ipſa acta
demonſtrant. Quippe conſtat ſententiam
à qua latam eſſe anno 1568. decima menſis
Iulij, & ab ea incontinenti viua voce fuiſſe
prouocatum; & deinde eiuſdem menſis Iu-
lij 17. reſponſum fuiſſe de apoſtolis, ac poſt
ſatis bona diligentia illam coram Venera-
bili D. Officiali introductã fuiſſe 28. mẽ-
ſis Auguſti tunc proxime ſequẽtis, ſed tam
diu protractam eſſe hanc cauſam, quod per
decretũ D. Iudicis in cauſa ſit concluſũ 22.
Ianuarij anno 1572. cũ iã ad eum vſq; diẽ
totũ trienniũ cũ ſemeſtri, à tẽpore interpo-
ſitæ appellationis defluxiſſet; quo ipſo ta-
men tempore dictæ concluſionis cauſa nõ-
dũ terminata fuit, ſed exinde in hũc diem
vlterius aliud totũ triennium effluxit: ita
quod ex die dictę interpoſitę appellationis
iam effluxerit totum ſexennium, & præter

a d. cle. ſi appellationem.
b c. ab eo de appel. lib. 6.
c in l. ſi cõtra maiorem de appel. per illũ textũ Guido Pape. deciſ. 436. nu. 23.
d Io. de Imola in c. ex ratione de appellat. Petrus à Placa in epitome. delicto. lib. 10 ca. 11. nu. 14.
e in d. l. eos ad verb. vel miniſtam.

illud octo adhuc Menses. 4 † Sic quod de desertione nulla possit esse dubitatio quin illa sit plenissima & inemendabilis, cum desertionem inducat primi anni, aut ad summum iusto impedimento interueniente biennij ex die interpositæ appellationis lapsus, non tantum iure ciuili [a], sed etiam Canonico [b] & quidem ita vt non sufficiat intra biennium in causa conclusum esse, nisi præterea pars appellans etiam persequutionis diligentiam fecerit, vt Iudex quoque intra biennium appellationis causam definiat: vt aperto iure constitutum est [c]; sic quod lapso biennio non debeat ex quacumque etiam causa dari triennium, & omnium minime quadriennium, aut vlterius aliquod tempus [d]. De qua re minor est in proposito dubitatio, ob id quod pro parte Appellantis nulla sit proposita allegatio iusti alicuius impedimenti, ob quod aliud fatale, vel aduersus lapsum restitutio in integrum concedi debeat. 5 † Nec ad substantiam instantiæ seu perdurationis fatalium, vel auersionem desertionis, quicquam facere potest, quod Appellans in hac appellationis causa corã Venerabili D. Officiali cum appellante processerit, etiam post lapsum biennij: nam aperto iure constitutum est [e], non ideo minus sententiam à qua appellatum fuit, censeri desertam & transire in rem iudicatam quod appellatus cum appellante etiam principaliter in causa appellationis procedat. Adeo vt si appellato cum appellante in appellationis causa post lapsum fatalium procedente, contingat Iudicem appellationis sententiam à qua prouocatum fuit, retractare etiamsi ab ea sententia appellatum non fuerit, non possit posterior sententia aduersus eum qui in priori instantia vicit, mandari executioni [f], tanquam lata contra rem prius iudicatam [g], & ab eo qui iurisdictionem nullam habuit, cuius iurisdictionis defectus facit, vt nec de nullitate prioris sententię Iudex appellationis iudicare possit, si illa forte aliquo modo commissa esset; sed relinquenda est illius cognitio priori Iudici [h]. De quo nihil hic dubitandum, cum ex parte appellantis de aliqua nullitate nihil proponatur, nec in actis aliquid conspicitur vnde nullitas dictæ primę sententiæ aliquo momo argui possit. Intelligo Venerabilem D. Officialem difficultatem aliquam facere, quasi causa in prima instantia peracta seu conclusa non fuerit, ex eo quod finis actorum primæ instantiæ requirere aut etiam admittere videatur, non sententiam diffinitiuam, sed interlocutoriam, super altercatione quæ octaua mensis Maij anno 1568 mota fuit super admissione quorundam articulorũ per partem Ream nunc appellantem tunc paulo ante exhibitorum, nulla post huiusmodi exhibitionem aut altercationem facta conclusione in causa, sine qua ad sentẽtiam diffinitiuam regulariter perueniri nõ posse videtur; quasi conclusio sit de substantia processus [a]. Nam prius in causa formaliter fuisse conclusum, manifeste demonstrant acta primæ instantiæ in quibus inuenitur per Iudices primæ instantiæ conclusum fuisse 29. mensis Nouembris anno 1567. idque ex formali etiam cõnsensu procuratorum vtriusque partis. Reperitur etiam in ijsdem actis relatio factæ citationis partis Reæ, ad audiendum sententiam ferri. 6 † Quæ conclusio cum contineat renunciationem omnibus & quibuscumque vlterioribus allegationibus, probationibus, & exhibitionibus [b], merito non debuit haberi ratio illorum articulorum quos pars Rea in prima instantia 17. Februarij anno 1568. post tres fere menses à conclusione exhibuit, & ad probandum ac respondendum admitti petijt; sed potuerunt Domini Iudices non obstantibus illis ad vlteriora procedere, & captæ conclusioni insistendo ad calculum & pronunciationem sententiæ diffinitiuæ procedere: quia ius Iudicem post conclusionem in causa ad id constringit, non permissa facultate alia post conclusionem ad cognitionem admittendi, nisi saltem per beneficium restitutionis in integrum [c] quę à parte rea petita non reperitur; præsertim post constantem partis agentis contradictionem de stando conclusioni captæ, & non admittentis huiusmodi articulos post illam. Nec mouet quicquam quod Iudices ad suam cognitionem receperint huiusmodi altercationis cognitionem super admissione vel reiectione articulorum post conclusam causam: nam & de eo cognouisse præsumuntur, facta dictorum serius exhibitorum reiectione, si nõ formali saltem effectuali; quia Iudex incidenter mota altercatione super admissione nouorum articulorum, per processum ad vlteriora, censetur huiusmodi articulos adhibita cognitione reijcere [d]. Et si id iniuste facit, nullitatem non committit, sed tantum iniustitiã contra ius partis, de qua iniustitia postquam sententia in rem transiuit iudicatam, amplius quæri non potest: quia rebus iudicatis standum est, & sententia quæ transiuit in rem iudicatã, etiãsi iniusta sit, ius facit [e]. Quod autẽ dicta sententia in prima instãtia transiuerit in rem iudicatã propter quadruplicatum fere lapsum fatalium superius satis demonstratum est. 7 † Nec deniq; quicquã facit, quod post huiusmodi altercationem in actis primæ instantiæ nõ inuenitur aliqua

a *Auth. ei qui app. l. C. de appel.*
b *c. cum sit Romana de appel.*
c *l. vlt. § vlt in fin. C. de tempo. appel.*
d *Angel. cons. 13. visis omnibus in fin. Guilielmus Cassidorus decis. 6. de appellat. Stephanus Bertrandus cons. 273. nu. 7. vol. 1.*
e *in Clem. si appellatione de appel.*
f *notabil. gloss. in d. clement. si appellationem ad verbum appellati.*
g *l. 1. C. quando prouo. non est n ff.*
h *Cardinalis in d. Clem. si appellatione.*

a *c. quoniam cõtra de probat. c. cũ dilectus, & ibi gloss. de fide instrument.*
b *c. Pastoralis de caus. possid. gloss. in d. c. quoniam cotra ad verbum renunciationes & in d. c. cum dilectus in verbo cõclusum.*
c *c. Auditis de in integrũ restit.*
d *c. ex parte 2. de appell. Bart. in l. ait prætor. in princ. nu. 5. & in l. 1. nu. 5. de ord. cog. l. a procedente nu. 2. de dilation.*
e *l. 1. § pari. mode de libe. exhibend. l. siue de libe. agnosceri.*

aliqua citatio, ad audiendum ius dici: nam etsi ad sententiæ prolationem omnino requiratur citatio partis, & ea omissa sententia sit ipso iure nulla [a]; omissionem tamen specialis huiusmodi citationis, purgat litigatorum vel procuratorum eorum præsentia, quia sufficit partes seu eorum procuratores tempore quo sententia fertur fuisse præsentes; cum citationis vsus sit pro absentibus, non pro præsentibus [b]. Atque ita ad auertendum hoc vitium nullitatis ex omissione citationis sufficit, quod ex instrumento sententiæ constet, vtriusque partis procuratores fuisse præsentes. Sed hîc anxius & scrupulosius persequimur, quæ nec pars aduersa mouet, nec iuris subtilitatem habent. Quamobrem in eo persistimus Venerabilis Domini Officialis officium esse, vt vel desertam pronunciet hanc appellationem, remissa causa ad executionem sententiæ prædictæ; aut quod saltem simpliciter confirmet eandem sententiam; vel denique quod consultius est, & iustius erit, vt vtrumque faciat ad illum finem, vt in omnem euentum hæc secunda sententia numerum sententiarum faciat. Et sane si res postularet euidenter demonstrari posset iustitia dictæ primæ sententiæ: sed quoniam desertio vlteriori cognitioni præiudicium facit, ab eo labore abstinebimus.

a *l. ea & ibi Bald. C. quomodo & quãdo c. quia frequenter §. porro vt lite non cõtestat.*

b *Bart. Bald. & alij in l. 1. de in ius vocãd. l. de vnoquoque in verbo præsentibus omnibus de re iud. l. Si etiã § vlt. ff. de minorib.*

SVMMARIVM.

Desertio appellationis.

1. *Probari non debet, quod probatum non releuat.*
2. *Desertio appellationis inducitur etiam ex lapsu termini per Iudicem præfixi.*
3. *Termini à Iudice appellanti præfixi quomodo accipiantur.*
4. *Mensis quot dies habeat.*
5. *Apostolorum petitio omissa inducit desertionem appellationis.*
6. *Apostoli à singulis Iudicibus, cum plures sententiam dixerunt, petendi sunt.*

CONSILIVM XCI.

AD probandum admittere non debet Iudex, quod probatum non releuaret [a]. † Proinde cum quæ pro parte Iacobi 1
Marotell appellantis in facto proposita sunt, eius generis sint, vt Iacobo nihil prodesse possint ad excusandam desertionẽ appellationis; consequens est vt reiecta Iacobi petitione, Reuerẽdus Dominus Abbas decernat se huius causæ non esse Iudicem competentem, ob notoriam desertionem appellationis, quod autem impertinẽtia ac irreleuãtia sint, quę Iacobus probare offert, ita demõstratur. † Certum est appel- 2
lationem non minus deseri per lapsum tẽporis, quod Iudex à quo, appellanti præfigit; quàm per lapsum dierum, seu fatalium, quæ lex seu canon præscribit [b]; ita vt si Iudex appellãti præfigat terminum duorum aut quatuor mensium ad faciendam prosecutionẽ suæ appellationis, si interea initium prosequutionis non facit, censetur appellatio deserta [c]. Iam vero per responsionem apostolorum dicto Iacobo datã cõstat quod ei præfixi sint quatuor menses ad actus consuetos, qui ex notorio ita diuisi sunt vt prioribus duobus mensibus initiũ fieri debeat prosecutionis appellationis per arreptionem itineris ad Iudicẽ ad quẽ, vel per traditionem supplicationis cursori seu sollicitatori: & duobus posterioribus
3 de eo Iudici fides fiat. † Quorum quidem terminorum dispar est ratio: nam quamuis posterioris termini lapsus, si in priore peccatum non est, non inducat omnimodã desertionem, sed hoc tãtum faciat negligẽtia appellantis in illis duobus posterioribus mensibus; si scilicet de facto initio prosequutionis durãte priore bimestri, Iudici fidem non faciat, vt Iudex à quo possit procedere ad executionem sententiæ; quæ tamen retractari possit si intra terminum iuris seu legis appellans causam prosequatur, & in appellationis causa obtineat [a]: prioris tamen temporis seu bimestris lapsus, hoc est si illo durante initium prosequutionis per arreptionem itineris, vel immissionem supplicationis non fiat, inducit omnimodam desertionem; quæ per sequentem rescripti impetrationem, & causæ prosequutionem dilui non potest. Et hoc casu verissimum est, & obtinet, quod vulgo dicitur, terminum hominis perinde ligare vt terminum iuris [b]; idque præsupponunt omnes qui appellantem excusant ob non factam intra alios duos menses fidem diligentiæ prosequutionis cœptæ in primo bimestri [c]: ita vt nemo sit, qui non apertè fateatur ex lapsu primi termini, qui pro inchoanda prosequutione, à Iudice proscriptus est, existimet indu-

a *l. ad probationem 1. in fin. C. de proba. l. si duo patroni §. idem Iulian. & ibi Alexand. & Ias. de iureiur.*

b *c. cum sit Romana cap. personas de appel.*

c *Panormit. Decius & alij in d. c. personas.*

a *Panor. in d. c. personas & ibi Decius n. 10. Ludo Roma sing. 163 hoc nesciunt legiste Bart & Alex. in l. præses. C. de appell. Rota decis 94. alias 13. & 155. alias 25. de appell. in nouis & 4. decis. 52. 138. 139. alias 40 48. & 50. sub titulo de appellat. in antiq.*

b *d. c. cum sit Romana cap. reprehẽsibilis. de appella.*

c *Doctor. in d. c. personas & alij supra citati.*

induci desertionem appellationis[a]. †Cum 4 igitur ex actis primæ instantiæ non tantum non constet de initio huius prosequutionis, constet etiam toto illo bimestri nihil actum esse, ob id, quod M. Ioannes Clotingen sollicitator rescriptorum in Romana Curia, vicesima sexta Decembris anno 1566. & sic post lapsum quadrimestris à datis apostolis triginta diebus pro singulis Mensibus computatis (vti de iure computandi sunt, cum simpliciter mensium mentio fit[b]) imo quod plerique requirunt[c]) computatis etiam triginta & vno die pro illis mensibus qui tot dies habent, in iudicio declarauerit, se pridie illius diei, hoc est, vigesima quinta Nouembris accepisse ab appellante supplicationem mittendam pro obtinendo rescripto delegatorio, dubitandum non est, quin in plenissimâ desertione sit hæc appellatio; ita vt nihil prosit allegatio, quod ante finem anni impetratum sit rescriptum: eoque casu ex stylo & communi praxi permittenda sit prosequutio vlterior appellationis, non obstante etiam executione sententiæ plenariè facta, quodque sæpius ita iudicatum sit. 5 †Nam id verum esse agnouit Franco van Geele appellatus, si initium prosecutionis debito tempore, hoc est durante primo bimestri factum sit; non etiam si id omissum sit: quem casum Appellatus in allegatione praxis, styli, &. consuetudinis non comprehendit: & cum non prodest huiusmodi allegatio secundum præmissa ad probandum admitti non debet[d]; sed officium Domini Iudicis erit, vel declarare appellationem desertam, vel (quod etiam facere potest) sententiam à quâ confirmare; ad quod faciendum pronior esse debet, quod coram Dominis Iudicibus, à quibus appellatum fuit, quæstio desertionis huius fuerit ventilata, & cum legitima causa cognitione pronuntiatum hanc appellationem esse desertam: quæ sententia nulla appellatione suspensa in rem transiuit iudicatam; idque adhuc postquam Iacobus ad sæcularis Iudicis auxilium confugiendo similem retulit sententiam, per quam permissa est executio. Nouissime illud quoque considerandum est, aliam hic adhuc obuersari desertionis causam; ob id quod ex actis non constet de legitima Apostolorum petitione. 6 † Cum enim sententia à qua Iacobus appellauit, sit lata à quinque Iudicibus, & in præsentia omnium fuerit appellatum, & ab omnibus appellanti sit statutus terminus iuris, & interim non inueniatur appellans in illo termino ad omnes reuersus, sed ad vnum tantum qui solus etiam de Apostolis respondit; cum in appellatione à plurium Iudicum sententia, requiratur quod ab omnibus vel coniunctim, vel separatim petantur apostoli[a]; & termino ad dandum illos per Iudices assignato, oportet appellantem ad eosdem redire, & cum debita instantia Apostolos repetere; alioqui non redeundo vti oportet, censetur suæ appellationi renunciare[b]. In concursu igitur tam multorum quæ desertionem 7 appellationis inducunt, existimamus officium Reuerendi Domini Iudicis esse, vt reiectâ petitione appellantis petentis admitti ad probandum in clara luce iuris stante pro appellato, pronuntiet appellationem desertam, confirmando etiam priores sententias.

a *Decius in d. c. personas nu. 7. 8. & 9. d. decisio rotæ 14.*

b *Decius in l. vbi lex de reg. iur.*

c *Bart. in l. cum bis sex tus de verb. signif.*

d *d. l. ad probationem d. §. idem Iulianus Rota decis. 98 alias 14. licet appellatio sub tit. de appell. in nouiss.*

a *Clem. 1. de appel.*

b *Leos. §. Apostolos C. de appel. c. 1. de appel. lib. 6. Clemen. 2. §. verum eod. tit.*

SVMMARIVM.

Appellationis desertio.

1. *Appellatio deseritur post lapsum termini ab homine præscripti.*
2. *Appellationis desertio quomodo ex iusto impedimento excusetur.*
3. *Appellatione deserta ratificatur sententia.*
4. *Triennium ad prosequendam appellationem dari debet.*
5. *Appellatione deserta quid possit Iudex ad quem.*
6. *Mobilia bona personam sequuntur.*
7. *Persona Ecclesiastica coram laico in ius trahi non potest.*
8. *Pia causa etiam inter laicos pertinet ad Iurisdictionem Episcopi.*
9. *Satisdatio de sistendo iuri non tollit exceptionem declinatoriam.*
10. *Ecclesiastici priuilegio fori renunciare non possunt.*
11. *Feudales causæ quando deuoluantur ad Iudicem Ecclesiasticum.*
12. *Promissio de donando donatio non est.*
13. *Donatio mortis causa reuocari potest.*
14. *Creditor debitori legare potest.*
15. *Aliena res legari potest.*

16. Com-

16. Compensandi animo legatum an præsumatur.

17. Debitor debiti exactionem impedire non potest.

18. Velle quisque creditur quod potest.

19. Promissio æqualis successionis non obligat ne quidem iuramento adiecto.

CONSILIVM XCII.

SVfficere poterant pro demonstratione bonæ causæ, quam Eximius Vir, Dominus & Magister Ioannes VVitten Canonicus Ecclesiæ Leodiensis tanquā Executor testamenti quōdam D. Margaretę de Meroede Abbatissæ collegiatę Ecclesiæ S. Amoris in Bilsen, vna cū suis alijs Coexecutoribus habet in hoc appellatorio iudicio, contra & aduersus D. Richaldum de Meroede, Dominum temporalem de Frēts Appellantē, & quæ per consilium in prima instantia exhibitū deducta sunt; sed quoniā in hac appellationis causa ad obtinendum aliquid accessit, & quæ in prima instantia dicta, & proposita, & exhibita sunt, paulò pressius ad inclinationem victoriæ partes Executorum magis vrgendam excuti possunt, pro instruenda religione Domini Iudicis, quædam prius vel omninò non, vel obiter tantum tacta proferemus. Duo autē hic in cōsideratione ponēda; prius de causę desertione; alterum de eiusdē causę iustitia ex parte Appellatorū. Et sanè quoad desertionem, hoc ex actorum inspectione manifestum est, hanc appellationē, quam D. Richaldus à sententia Domini Cōmissarij D. Officialis Leodiensis 4. Iulij anno 1562. interposuit, bis esse desertam: & primum quidem quod intra terminos cōsuetos, hoc est quadrimestre à die responsionis Apostolorum, quæ etiam fuit dicta quarta Iulij Appellans nullam fecerit diligentiam prosequendæ suæ appellationis, quod omninò necessarium est. 1 † Nam vt appellatio à sententia deseritur per lapsum termini Iuris; ita quoque deseritur lapso termino præfixo ab homine seu Iudice [a]: eoque lapso partes iudicis ad quem appellatum est sunt, vt appellationem pronuntiet desertam [b]. Ita vt ex sententia quorundam Iudicis prouocati seu delegati potestas, & iurisdictio sit nulla quoad cognitionem causæ principalis, exceptā sola potestate declarādæ desertionis, & condemnationis expensarum [c]. Atq; ita cum neque in primo bimestri, qui est primus terminus ex dictis consuetis terminis supplicatio Romam sit missa; neque etiam in secundo bimestri, (qui est alter terminus dictorum consuetorum terminorum) quo oportebat docere de diligentia prosecutionis facta in priore termino, & data rescripti sit de 22. Decembris anno 1562. & exhibitio seu præsentatio rescripti coram Domino delegato facta sit de 27. Augusti anno 1563. & sic lapso etiam fatali termino iuris; consequens est hanc causam appellationis ex ea parte in desertione hærere: 2 † præsertim quia nulla hic allata sit iusta causa impedimenti, cur intra terminum à Iudice præscriptum, diligentiam prosequendæ appellationis non fecerit [a]. Nam impedimentum quod ob principalatum seu Capitaneatum allegat appellans, etiamsi esset verum (de quo post dicetur) nihil hîc ad excusationem aut excusandam desertionem prodesset; quia Appellans dicit id interuenisse citra, hoc est post mensem augustum, lapso iam primo termino seu duob' primis mensibus, quibus debebat pro prima diligentia prosequutionis supplicationem pro obtinendo rescripto Romam mittere. Deinde allegatio impedimenti reipsa quoad hanc speciem desertionis, inuenitur minime vera; quia eo tempore quo appellans dicit se ex publica causa fuisse impeditum, licet post terminum à Iudice præscriptum, diligentiam fecerit impetrando rescriptum mense Decembri anno 1562. 3 † Altera desertio quoque hîc est respectu fatalium dierum ex iure communi: ob id quod Appellans intra annum ab interposita appellatione causam hanc coram Iudice, non introduxerit, sed obtento rescripto in Decembri id vsque in finem Augusti præsentare distulerit. Ita vt ex hac desertione sententia Domini Commissarij rata haberi [b], & vim rei iudicatæ obtinere debeat. Et quamuis ex causa impedimenti alius annus detur pro secundo, & extremo fatali: ita tamen in proposito res se habet, vt neque in primo, neque in secundo fatali, nec denique in tertio anno causa fuerit terminata; labente iam & currente quarto anno, causa impedimenti ex allegatione Appellantis etiam restricta ad vnum tātum annum; hoc est ab Augusto anni 1562. vsque ad Augustum proxime sequentem, tacita hîc quoque admissa negligentia, vt ne nunc quidem acta primæ instantiæ per Appellantem sint exhibita. 4 † Cum alioqui etiam ex quacumque causa impedimenti dari non debeat triennium ad prosequendum ac finiendum appellationem [c]: prout Aduocatus partis Appellantis tantum hunc secundum annum petijt ad prosequutionem suæ appellationis. Sic quod etiam ex hoc capite appel-

a c. cum sit Romana c. personas de appell.
b Cl-m si appellationē de Appellat. Rota decis. 5. nota vbi appellatio in antiquis.
c Bald in l. eos §. Apostolos de appell.

a Decius in d. c. personas Rota decis. 155. Si certus terminus in additio. in nouis.
b Authent. ei qui appell. in fin. C. de tempor. & repar. appell.
c Cassador. decis 6. de appellat.

appellatio secundario sit deserta; & sic pro-
nunciari debeat super desertione. † Et 5
quia in rescripto per appellantem exhibito
continetur clausula, cõmissionis totius
negotij principalis, si super causa principali
Dominus Iudex pronunciare velit,
poterit id, confirmando scilicet, non re-
tractando prioris instantiæ sententiam [a].
Quamquam interim quoad allegatum impedimentum
pro eo reijciendo multa adferri
possint, quæ id omnino improbabile
faciant; præsertim quod tempore allegato
nullum bellum fuerit, & Appellans hanc
causam per procuratores & sollicitatores,
vt alia multa negotia, expedire potuerit.
Omisso desertionis articulo, vt ad prætactam
confirmationem prioris sententiæ
venerabilem D. Iudicem procliuiorem faciamus,
ad illud in primis oculos conijciendos
esse putamus quod appellans causam
grauaminis in eo ponat, & ex eo conclusionem
in hac causa capiat; quod Dominus
Officialis Iudicibus laicalibus per
suas litteras inhibitorias, cognitionem huius
causæ præripuerit, & ex aduerso huiusmodi
litteras prohibitorias non reuocauerit,
& annullauerit, causamque ad legem
seu iustitiam laicalem oppidi Traiectensis
non remiserit; prout nunc reuocari & remitti
petit. In qua quidem petitione Appellans
nulla ratione est fundatus; ob id
quod quæstio de parendo aut opponendo
prætactis litteris inhibitorijs per sententiam
Domini Officialis ante duodecim
annos in eadem causa latam, fuerit terminata;
quia scilicet per illam sententiam, decretum
fuit, huiusmodi literis inhibitorijs
parendum esse: ita vt huiusmodi decreto
vim diffinitiuæ ea in parte habenti,
contrauenire non possit: potissimum quod
decreto huiusmodi lato procurator appellantis
viua voce in iudicio declarauerit, se
huiusmodi literis inhibitorijs, monitorijs,
pœnalibus parere. Vnde frustra postea per
eundem procuratorem eadem materia remissionis
repetita fuit; cum per dictam interlocutoriam
de parendo inhibitioni,
nulla appellatione suspensa, quæstio remissionis
omnino fuerit terminata, & finita;
postea amplius non repetenda. Quod in re
præsenti diligenter obseruandum est; continet
enim plenissimam demonstrationem,
quòd Appellans persistendo in hac petita
remissione, & allegatione obreptionis, &
surreptionis prætactarum literarum inhibitorialium,
nullo modo sit fundatus.
† Qua interloquutoria ac paritione subse- 6
quuta cessante, nihilo fundatior in eo esse
potest Appellans: nam vltra ea quæ Dominus
Aduocatus in prima instantia per
suum consilium in hoc articulo deduxit,

a Rota decis. 98. l. & 1 appellatio in nouis. & 433 nota licet appellatio in antiquis.

hoc plurimum momenti ad improbandum
omnia, quæ pro parte Appellantis allegantur,
habet; quod ex actis laicalibus Traiecti
habitis constet Appellantem hominem
laïcum in arresto posuisse, authoritate iustitiæ
secularis oppidi Traiectensis, omnia
bona mobilia per Dominam Margaretam
de Meroede Abbatissam dictæ Abbatiæ
seu collegiatæ Ecclesiæ relicta; quæ cum
Ecclesiasticæ conditionis fuerint (mobilia
enim personam sequuntur [a]) non potuit
illis manus per Iudicem laïcum inijci, aut
arrestum præsertim pro debito personali
7 imponi. † Est enim arrestum species citationis,
& in ius tractionis, saltem per obliquum
& indirectum [b]; & persona Ecclesiastica
directè vel indirectè in quacumque
causa ciuili vel criminali, non potest coram
laïco Iudice in ius trahi: vsque adeò vt
Actor id faciendo à iure suo cadat, & Iudex
iudicandi potestate priuetur [c]. Sic
quod Dominus Officialis merito potuerit
tam D. Richaldo, quàm Iudicibus Traiectensibus
imperare relaxationem huiusmodi
arresti, & inhibere ne vlterius procederent:
cum euidentissimè constet huiusmodi
arrestum & processum laïcalis Iudicij,
aduersus Ecclesiasticas personas, extre-
8 mæ nullitatis vitio laborare. † Sed & si
hæc bona arrestata ad personam seu personas
ecclesiasticas nõ pertinuissent, perinde
tamen adhuc fundata erat inhibitio, & euocatio
causæ ex tribunali Iudicis laici ad
Ecclesiasticum Iudicem; quia causa inhibitionis
non tantum prætexitur, sed verè est
quæstio validitatis testamenti præfatæ
quondam D. Margaretæ, & ex depositionibus
testium, qui ex parte Executorum
producti sunt, liquido constat causas testamentarias
in Diocesi Leodiensi, ex antiqua
consuetudine & obseruatione pertinere
ad cognitionem seu iurisdictionem
solius Episcopi seu eius Officialis, cum exclusione
cuiuscumque Iudicis sæcularis:
idque cum omnibus dependentibus, connexis,
annexis, & emergentibus ex testamento
articulis ac quæstionibus. Quæ
consuetudo cum iuri communi conformis
sit [d] (quia vbicumque versatur causa pietatis
Episcopus iurisdictionem etiam in laïcos
habet [e]) seruari ac retineri debet; potissimum
in hac causa, vbi debitum seu creditum,
quod prætexitur ex persona ecclesiastica,
quæ in vita coram laïco Iudice nulla
ratione conueniri poterat, originem trahit;
videlicet ex D. Margareta Abbatissa
vbi quoque res ipsæ fori laicalis non sunt.
Et tertio vbi Executores dicti testamenti
aduersus quos hoc arrestum proponitur, ecclesiasticæ
quoque sint personæ, nulla ratione
trahendæ directe vel indirecte coram

a Bald. in l. mercatores C. de commerc. & merca. Alex. cons. 21. viso titulo quæstionis n. 3. vol. 1.
b Rebuff. ad constit. Reg. tit. de liter. oblig. articul. 6. gloss. 3. nu. 4. & seq. parte 1.
c Auth. Statuimus, C. de Episcop. & cler.
d l. nulli cũ auth. seq. C. de Episc. & Cler.
e l. 1. & ibi Bald. C. de Episc. audien. c. 1. de testa. & vlt. dist. & vbiq. Panor.

ram Iudice laïco, præsertim in actione personali qualis est quam D. Richaldus coram Iudicibus Traiectensibus proposuit. Ita enim in libello eo loco exhibito proponit, vt contendat apprehensorem bonorum teneri ad soluẽdum debita defunctæ: cum etiam indubitatum sit ex prætensa promissione Dominæ Margaretæ vnde D. Richaldus egit, nil nisi personalem actionem competere potuisse; quia neque est pura & simplex donatio cum traditione seu quasi traditione reditus centum florenorũ super Rotzelaer; neque est datio æqualis portionis in bonis suis: sed tantum promissio, de dando, transportando, & succedendo, vnde nihil realitatis constitui potest [a].

9 † Nec ad confouendum D. Richaldi conatum, aut magis sustinendum laicale hoc iudicium quicquam facit, quod D. Richaldus in iudicio illo laïcali proponit de fideiussione Ioannis Raidts de sistendo iuri, quâ mediante arrestum sublatum fuit: nam de huiusmodi fideiussione seu satisdatione ex actis illis non constat, & vt aperte constaret, nihilo magis causa hæc fuit apud dictos laïcales Iudices relegata, neque ob id minus per inhibitionem D. Officialis Leodiensis omnia huiusmodi laicalia acta potuerunt cassari, aut iudicium dictorum laicorum declinari. Satisdatio enim de sistendo iuri, & iudicato soluendo non præripit aut adimit facultatem declinandi iudicium, si ex quacumque legitima causa illius occasio vel potestas est; præcipue vbi ex necessitate & coactione huiusmodi satisdatio interponitur; vti hic euenit, propter arrestum authoritate Iudicis sæcularis impositum. Censetur enim inesse conditio de sistendo iuri, & iudicato soluendo, si de iure ad hoc astringitur, & declinandi iudicij nulla iusta est occasio [b]. Sic quod cum duplici via incõpetentis Iudicis iudicium declinari possit, vel excipiendo coram eo, vel per inuocationem & officium eius Iudicis, ad quem pertinet ipsa causa, nihil curanda esset prædicta cautio, seu satisdatio si de illa plene constaret quia ex iure eius pro quo satisdatum est resoluitur. Eoque etiam pertinet protestatio, declaratio, & expressa declinatio procuratoris dictorum Executorũ de incompetentia Iurisdictionis coram dictis Iudicibus laïcalibus Traiectensibus facta. A quo etiam tempore causa coram dictis Iudicibus conquieuit, donec per prætactas literas inhibitorias D. Officialis euocata fuit; ita vt quod appellans de prorogatione iudicij Iudicum Traiectensium proponit, planè sit friuolum & à veritate alienum.

10 † Sed nec illud appellanti hic suffragari potest quod contendit hanc causam ad D. Officialem non pertinere; ob id quod validitatem testamenti D. Margaretæ agnouerit, & quod sic in hac causa super testamento non agatur, sed tantum ex donatione D. Margaretæ & Elisabetæ eius sororis. Nam in primis conditio rerum, quibus arrestum impositum est, item conditio personarum, quæ per arrestum satisdare debuerunt in iudicio sisti ea est, vt extrema nullitas sit in dicto arresto & processu laïcali, ex defectu iurisdictionis, ex quo omnium nullitatum maxima semper exoritur [a]; quia scilicet sunt personæ Ecclesiasticæ Ecclesiastico Iudici tantum, & minime laïco subiectæ, quæque prorogando priuilegio fori vix renunciare possent [b]. Deinde cum notorie, & ex testimonijs partis appellatæ in prima instantia constet ad Dominum Officialem pertinere cognitionem omnium causarum, non tãtum quæ super validitate testamenti, an illud scilicet solemniter, vel ab habente potestatem testandi conditum sit, verum etiam quæ occasione testamenti exoriuntur, vel in quas testamentariæ dispositionis quæstio agendo vel excipiendo incidit, & quæ sine quæstione aut mentione testamenti decidi non possunt; præsertim in quibus testamentariæ dispositionis allegatio causam alioqui ad Iudicium laïcum benè pertinentem omnino alterat; & testamenti quæstio ex vna vel altera parte pro principali constituitur causæ articulo.

11 † Quâ ratione videmus etiam feudales causas, alioqui ad forum Ecclesiasticum non pertinentes [c] inter clericum & laïcum, imo etiam inter laicos trahi ad iudicium Ecclesiasticum, si circa quæstionem feudi etiam super proprietate incidat quæstio iuramenti, aut aliqua alia pertinens ad cognitionem Iudicis Ecclesiastici: vt sic ratione incidentiæ possit Iudex Ecclesiasticus cognoscere de eo, de quo principaliter non poterat [d]. Cum itaque prædicta causa per Dominum Richaldum coram Iudicibus Traiectensibus proposita ex donatione Dominę Margaretæ, & Elisabetę eius sororis non possit tractari aut determinari sine decisione exceptionis orientis ex dicto testamento; quia scilicet Executores proponunt huiusmodi donationẽ expressis verbis Dominæ Margaretæ testatricis fuisse reuocatam, & compensatione per aliarum rerum legata præfato D. Richaldo in eodem testamento relicta, extinctam: nulla est ratio qua hæc separari possint; & cum in cognitione ac decisione separari non possint, consequens est vt propter testamenti quæstionem, quæstio quoque donationis ad Iudicem Ecclesiasticum trahi debeat; præcipue quod appellans non obscurè passim confiteatur (quod alio-

a l. Traditionibus C. de pactis.

b Auth. offeratur C. de litis contestat. Bar. in l. quidam consulebat, de re iudic. Ant. & ibi Iud. Anton. de butrio in c. 1. nu. 40 de Iud. Aret. consil. 87 in præmissa n. 2 Alexand. in l. 1. nu. 2. ff. Si quis caut.

a Sebast. Vantius in tract. de nullitatis tit. de nullitate sentent. ex defectu iurisd.

b c. si diligenti de for. competent.

c c. ex transmissa de Iudicijs.

d c. Nouit de iudi. elegãter Socinus in d. c. ex transmissa n. 35.

alioqui per se notorium est) quæstionem validitatis & inualiditatis testamenti pertinere ad D. Officialem, toties repetendo declarationem suam, quod agnoscat testamentum esse validum, & quod effectum sortiri debeat. Ita quod cum hæc quæstio testamenti ad prætactam donationem præiudicialis sit, in effectu testamenti explicando, ante de ea cognosci [a], quàm de donatione debeat; & sic coram eo iudice qui testamentorum Iudex ordinarius est. Vnde omnia sursum deorsum voluendo nihil solidi est, quo hanc D. Officialis iurisdictionem appellans rectè impugnare possit, & factæ inhibitionis validitatem conuellere; qui exceptione non obstante post decretum de parendo inhibitioni, quod nulla appellatione suspensum fuit, cuique procurator appellantis realiter paruit, appellatis de validitate testamenti, & inefficacia seu resolutione antecedentis donationis, proponentibus in materia principali respondit, & litem contestando processit. Quo etiam manifestum fit conclusionem appellantis in hac causa captam, & super solo articulo iurisdictionis, omissa penitus causa principali fundatam, nullo iure procedere vel obtinere posse. Quæ consideratio leuare nos videtur à labore vlterioris discussionis causæ principalis, vtrum scilicet potentius sit testamentum subsequens, an antecedens donatio? & an ex donatione eadem magis fundata sit appellantis intentio, quàm ex testamento Appellatorum oppositio & exceptio. Sed tamen vt deprehensa ac conspecta causæ principalis iustitia inclinatiorem animum Venerabilis D. Iudicis habeamus, aliqua quoque de ea dicemus, sed pauca; cum in prætacto D. Aduocati consilio satis bona opera in eo collocata sit.
12 † Et principio quidem aduersus donationem reditus centum florenorum super Dominio de Rotzelaer, hoc dici potest, eam non esse præsentem donationem, sed tantum promissionem de donando; idque adhuc non simpliciter, sed mortis causa: ob id quod mentione mortis facta, & post mortem collata sit [b]. Promissio enim donationis, cum à donatione lõge distet [c], magis fragilis & sæpe re integra sola morte promittentis resoluitur seu reuocatur [d].
13 † Et donatio mortis causa ad nutum, ac semper reuocabilis est [e]: ad exemplum legatorum [f], quæ facillime nuda etiam voluntate reuocantur [g], & inter cætera ademptione, translatione [h], voluntaria alienatione [i]: ita quod cum D. Margareta dimidium dictorum centum florenorum (nam alterum dimidium ex donatione Dominæ Elisabetæ, quam nõ reuocauit, saluum habet) in suo testamẽto expresse dicto D. Richaldo ademerit, & D. de Houffalize legauerit, nihil dubitandum sit, quin à donatione mortis causa, & in tempus mortis facta, recesserit & recedere potuerit [a].
14 † Et vt forte dici possit præsentem ac inter viuos fuisse donationem, mentione mortis pro dilatione temporis, & executione adiecta [b] nihilo magis fundatus erit D. Richaldus, non quidem per hoc solum, quod ei in testamento Dominæ Margaretæ legata asscripta sint; nam potest debitor suo creditori quiduis legare, & legando non censetur ius debiti sustulisse; neque etiam per hoc solum, quod dimidietatem huius reditus ipso Domino Richaldo donatam,
15 alteri legauerit; † nam rem alienam, aut alteri debitam legare quidem licet [c], sed sine præiudicio Domini, vel creditoris, cui propterea res aut actio ad rem non aufertur [d]: sed ex compositione horum duorum: quod videlicet hunc reditum pro sua parte alteri legauerit, & in eadem scriptura D. Richaldo aliarum rerum pinguia legata asscripserit. Hinc enim manifestũ est, quod animo compensandi debiti, quo ex dicta promissione D. Richaldo forte obligata esse posset, alia ei legauerit.
16 † Quamuis enim in dubio creditori legans debitor, aliud quàm quod debet non præsumatur animo compensandi legare [e], sed debitum quod ex causa voluntaria non necessaria [f] (qualis dici non potest hæc promissio ex causa donationis [g]) descendit; ita vt etiã accepto & agnito legato, debitum adhuc prosequi possit [h]: vbi tamen manifesta est voluntas compensare volentis, sequendum id est, & obstabit legatario post acceptum legatum exceptio doli. Manifestam autem voluntatem in compensatione hic faciunt duo præcipuè: primum declaratio testatricis, quod declarauerit nolle præstari, quod in vita ex gratia seu liberalitate, vel fauore matrimonij addixit; addita causa, quod id ex ipsius parte benè solutum esset; quod intelligo, vel per veram & naturalem solutionem, vel per legata in eodem testamento, ijsdem huiusmodi creditoribus & donatarijs relicta.
17 † Quæ verba necessario postulant, vt constituatur compensandi voluntas; cum alioqui in potestate debitoris non sit, vt prohibeat, debiti quo obligatur exactionem [i], aut vt efficiat quod sibi asserenti, imo iuranti se nõ debere, vel soluisse credatur [k]. Secundum, quod rem debitam alij legauerit, & Domino Richaldo alijs bonis legatis prouiderit. Quæ etiam Dominus Richaldus agnouit, & acceptauit, atque acceptãdo voluntatem testatricis apertè comprobauit [l].
18 † Nam quod dicit se alio iure illa acceptasse; iure scilicet vel intestatæ successionis, vel

a §. fr iudicales & ibi Ias. Zasius & alij instit. de action.
b l. 1. C. de don. mort.
c Gl. ff & Doct. in l bona fide ff de eo quod certo loco.
d; Bald. in l. siquidem de edit & oblig.
e l. mortis caus. donatio. l. qui mortem de don. mort. caus.
f l. illud ff de don. mort. caus.
g l. 3. §. vlt. de adimend. leg.
h l. sicut cũ l sequen. de adimend. legat.
i l. rem legatam de adimend. leg. l. fideicommissa § si rem de leg. 3.

a Dynus in l. Stychũ qui meus de leg. 1. & ibi Bald. & alij natta consil. 124. non videtur posse. nu. 13 vol. 1.
b l. fin. C de pact. Bald. in l. quæ dotis ff. solut. matri.
c l. cum rem alienam C. de leg. l. qui concubinam §. qui fundum. de leg. 3.
d l rem alienam in fin. de contrah. empt.
e l. creditorẽ d. leg. 2.
f l si cũ dotẽ. § si pater & ibi Doct. solut. matri.
g d. l. rem legatam.
h gloss d. l. creditorem.
i l. sicut C. de oblig. & action.
k l. Rationes cum authen. sequenti C. de probat.
l l. post legatum ff de his quibus vt indig.

vel promissionis per testatricē factæ, quod cum alijs hæredibus æqualiter succederet, progressum hîc habere non potest: ob id quod intestatæ successioni locus in bonis & hæreditate D. Margaretę nō fuerit; quia scilicet testata mortua est, sic quod stante in sua validitate dicto testamento (quod D. Richaldus in prima instantia vbique confitetur) non possit ab intestato hęreditas, aut hæreditaria bona apprehendi; & cum apprehensa sint præsumi debent, sic, & eo animo, atque intentione, apprehensa, quâ apprehendi potuerunt; vt id voluisse præsumatur D. Richaldus, quod lege permittēte potuit [a]. Sane iure promissionis non potuit hæc legata bona apprehendere, quia nulla specialiter promissa sunt, & si promissa essent, non iure promissionis, sed ex mor- D. Margaretæ releuata sunt; vt sonant verba relenij, & iure generalis promissionis, propter promissionis inutilitatem vti mox dicetur, sic peti aut releuari non potuerūt. Ita vt re in omnem partem versa, & vndequaque inspecta D. Richaldo, nullum ius competat, ad prætacti reditus centum florenorum in Rotzel aer medietatem. † Ad- 19
uersus promissionem æqualis partis in successione multis contendendum non est. Iuris enim ratio manifesta est, quod huiusmodi pacta futuræ successionis, præsertim in quibus promittens non perseuerat, nullius sint momenti [b]: potissimum quod in proposito nullum sit additum iuramentū, quo etiam casu licet pauci existiment pactum virtute adiecti iuramenti conualidari [c]; communius tamen receptum est, non conualidari [d]: nimirum quia testandi facultas sic tolleretur, quod nulla cautione fieri potest [e]. Vsq; adeo vt si interponatur in contractu antenuptiali, etiam fauore liberorū; quod videlicet liberi inde nascituri æqua-

a l. quæro §. inter locatorē ff. locati l. quidem cum filiū de verborum oblig. Alciat de præsumpt. reg. 3. 10 32.

b l. Stipulatio hoc modo de verbo oblig. l. pactum quod dotali C de pact. cōuent. l. vlt. C. de pactis l. ex eo C de inutili stipulat.

c Didac Couarr in cap. quāuis parte 3. in initio n. 2. de pactis lib. 6.

d gloss & Doct in d c. quāuis & in d l. stipulatio hoc modo Bald. cons. 148. in casu proposito vol. 1.

e l. si quis in prin. de leg. 3.

liter in bonis succedent, nihilo minus liceat in contrarium facere testamentum, & liberis inæquales portiones assignare [a]. Ita vt si quoquo modo valeat aut sustineri possit, huiusmodi pactio vel promissio, semper tamen per se sit fragilis; suspensa nimirum ab ea cōditione, *si is qui promisit in voluntate perduret*, & cōtrario testamēto vel codicillo aliter nō disposuerit: quod in proposito dici non potest propter testamentū D. Margaretæ postea conditum: vt sit quidem pactio seu promissio, sed mutabilis, ac reuocabilis [b]. De quo quia nullum est iuris dubium, latius non esse agendum putamus: præsertim quod hæc promissio D. Margaretæ non sit simplex & absoluta, sed his verbis **Als andere erffgenaemen** / hoc est, sicut alij hæredes, restricta, sic quod testandi facultas penitus non sit exclusa. Cum igitur D. Richaldus extra testamentnm D. Margaretæ nullū alicuius actionis solidū fundamentum habeat, atq; ita destituatur iusta causa arrestandi, aut actionem coram laicali iustitia oppidi Traiectēsis instituēdi, & vt aliquo modo iusta ac probabilis fuerit, non potuit ad Iudicis competentis tribunal D. Executores personas ecclesiasticas, aut executioni subiecta bona, pertrahere, & si pertrahere potuisset parēdo literis inhibitorijs D. Officialis quæstio iudicij terminata fuerit, relicta sola discussione causę principalis, manifestū est D. Appellātem causam grauaminis in eo solo nūc ponentem quod Commissarius D. Officialis causam ad Iudices Traiectēses, non remiserit, multū aberrare, & nulla ratione in cōclusione retractationis aut remissionis esse audiendum, sed præfati D. Cōmissarij sententiam in omnibus & per omnia confirmandam, & Appellantem in expensis condemnandum esse.

a Boerius decis. 104. part. 3.

b Boerius d. decis. 264. n. 22.

SVMMARIVM.

Appellationis desertio.

1. *Appellatione deserta finitur Iudicis ad quem iurisdictio.*
2. *Appellandi tempus currit à tempore notitiæ.*
3. *Appellationis desertio excusatur ex impotentia prosecutionis.*
4. *Præscriptio dormit durante tempore hostilitatis.*
5. *Nullitatis proponendæ & prosequendæ tempora.*
6. *Sententia sub conditione ferri potest.*
7. *Nullitas deuoluit causam ad superiorem.*
8. *Nullitas cum appellatione cumulari potest.*
9. *Princeps inferior nemini ius suum auferre potest.*

CONSILIVM XCIII.

IN hac appellationis causa quæ indecisa pendet coram Venerabili Domino Officiali Antvverpiensi inter Artum vander Noort Appellantem, & Dominum
1 Sebastianum Diricx Appellatum, † primū occurrit illa quęstio, an in eā aliquę possint esse

esse dicti Venerabilis Domini Officialis
alię partes, quàm in declarãdo appellationem
pro parte dicti Appellantis à sententia
absolutoria Dominorum Decani & Capituli
collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ Bredensis
prioris instantiæ Iudicum interpositam
esse desertam, & ob id sententiam
à qua appellatum prætenditur, in rem iudicatam
transijsse? Cum enim deserta appellatione
finiatur iurisdictio Iudicis, ad
quem appellatum est [a]; quia scilicet desertio
facit vt nec appellatum videatur [b], nullæ
possunt illius amplius esse partes, nisi in
declarando desertionem, & confirmando;
non vero vllo modo retractando sententiam
à qua appellatum fuit [c]. Desertam autem
hanc appellationem videri, temporis
supputatio videtur facere manifestum.
Cum enim exhibitum instrumentum appellationis
contineat, quod à prædicta
sententia sit appellatum 12. Februarij, anno
1575. & iam agatur annus 1588. ad oculum
constat ex die interpositæ appellationis,
totum decennium esse lapsum; atque
ita hanc eandem appellationem ab octo
annis fuisse, & esse desertam: lapsu enim
biennij inducitur appellationis desertio,
si intra illud appellationis causa non terminatur
[d]. Illud quoque occurrit quod
appellatio debito & legitimo tempore,
hoc est intra decem dies à latâ sententiâ,
vt ex iuris ratione oportuit [e], non fuerit
interposita: quippe lata fuit sententia
28. Ianuarij; appellatio vero interposita
12. sequentis Mensis Februarij, & sic quinque
diebus post lapsum decendium: ita vt
hic concurrere videatur duplex vitium
in hac appellatione; primò quod illegitime
ac vitiose sit interposita; posterius,
quod qualiscumque illa sit, vitio desertionis
laboret. † Cæterum neutrum appel- 2
lationi, de qua in hac causa agitur, impedimentum
aut vitium aliquod facit. Nam
quod ad prius attinet de serius interposita
appellatione, facilis est vitium auertendi
occasio; ob id quod hæc sententia sit lata
in absentia appellantis, nemine tunc
pro eo comparente Procuratore; vt acta
satis demonstrant: quo casu tempus decem
dierum ad appellandum constitutum numeratur,
non à momento latæ sententiæ,
sed à die notitiæ, quo ad notitiam illius
contra quem iudicatum est, peruenit, sententiam
esse latam [f]. Cum igitur hic appellans
appellando aperte declarauerit
se eo primum die, quo hanc appellationem
interposuit, in notitiam dictæ sententiæ
venisse; quâ in parte nudæ eiuscemodi
appellantis assertioni credendum
est [g], præsertim cum actorum inspectione
non inuenitur ipsum appellantem, aut aliquem
eius procuratorem præsentem fuisse
cum Decanus dictam sententiam pronunciaret,
serius non potest dici interposita
hæc appellatio. Quemadmodum etiam
quod ad alterum posterius attinet
non potest rectè dici deserta, seu vitio de-
3 sertionis subiacere. † Etsi enim hæc appellationis
causa intra biennium terminata
non fuerit, excusari tamen debet à
desertione, quod notorium & manifestum
sit in hoc fatali biennio appellantem impeditum
fuisse in huius appellationis prosequutione
eo impedimento, quod impedit
fatalium decursum; sed eum interim
durante impedimento dormire & conquiescere
facit [a], quale est impotentia prosequendi
appellationem, quæ facit vt per
cursum temporis præiudicium iustitiæ appellantis
generari non debeat [b]. Quod
impedimentum constituitur in horum
temporum turbis superuenientibus, & intestino
bello, ob quod ipse appellans apertè
sequendo partes regias, exulare debuit;
saltem non potuit appellationem prosequi,
in cuius prosequutione diligentissimus
in primo fatali anno fuisse comperitur
ex actis; & plus quam notorium est,
oppidum Bredanum alteras partes sequutum,
non permisisse appellanti ad illud tutum
accessum; cuius defectus comparere
4 debentem regulariter excusat [c]. † Et cum
desertio appellationis inducat præscriptionem
aduersus illius prosequutionem
[d], nulla autem pręscriptio currat tempore
hostilitatis sed conquiescat, & dormiat,
seu in suspenso maneat [e], & sic de
tempore præscriptionis deducatur [f]; fit
in proposito vt tot annorum decursus propter
interuenientem hanc patriæ hostilitatem,
nihil facere possit ad hanc præscriptionem
seu desertionem constituendam.
5 † Et præsupposito quod hæc consideratio
ex tempore hostilitatis in hoc casu cessaret,
& sic dici posset præscriptionem seu desertionem
appellationis verè subesse; aliud
tamen appellanti superest ex quo desertionis
potestas retunditur; dictæ videlicet
sententiæ in prima instantia latæ, nullitas.
Cum enim appellatum est à sententia, quæ
ipso iure nulla est, & si appellans propter
præscriptionem seu desertionem remoueri
potest, non tamen ex hoc confirmatur
sententia, sed manet appellanti salua nullitatis
allegatio [g]; quæ perinde causam
deuoluit ad superiorem sine vlla etiam
prouocatione, vt ipsa appellatio [h]; sed
non pari periculo: appellatur enim intra
certum præfinitum tempus, & interposita
appellatio intra certum tempus peragi
seu terminari debet [i]: at nullitas etiam
diutissime ad triginta vsque annos post
latam

[a] Clem. si appellationẽ & ibi gloss. in verb appellatus. de appell. in authent de appell in prin gloss in verb. iniustã vers. item quid si in l. eos C de appella.
[b] l. vlt § illud C. de appellat.
[c] Rota decis 91. licet appellatio & 433. item licet appellatio in antiq. Philip. Francus in c. ex ratione vers. circa octauũ membrũ de appellat. Angel. cons 194.
[d] d § illud cum sit Romana de appell.
[e] Authent. hodie C. de appel. c quod ad consultationem. de re iudic.
[f] l. 1. ff. quãdo appell. l. ab eo C. quomodo & quando iud. gloss in d. authẽt. hodie in verb à sententia C. de appella.
[g] Salycetus in d. l. ab eo C. quomodo & quando iud.

[a] Paulus Castrens. cons. 135. in causa desertionis nu. 2. vol. 2.
[b] d. c. ex ratione de appellat.
[c] c. ex parte de appel. c accedens 2. vt lite non contest.
[d] l. 1. §. si quis ipsius ff. quando appell. sit l. si expressim. de appel.
[e] c. ex transmissa de prescript.
[f] gloss. fin. in d. c. ex transmissa.
[g] d. l. si expressim. de appel.
[h] gloss. in l. 1. C. quando prouo. ẽ est neceß. & ibi DD Bart in d. l. si expressim.
[i] l. fin. C. de tempor. appellat.

latam sententiam proponi potest, siue coram eodem, siue coram superiore Iudice [a]; ita vt nulla sit appellationis desertio, nisi per lapsum triginta annorum, & de nullitate inquiri seu agi possit etiam post desertam appellationem in accumulatione appellationis, & nullitatis. Quod autem hæc sententia, de qua nunc quæritur, sit nulla, inde primum constat quod cum hæc causa coram Decano & Capitulo dictæ collegiatæ Ecclesiæ, & sic coram pluribus Iudicibus introducta fuerit, sententia non debuerit, aut potuerit sine manifesto vitio nullitatis ferri aut pronuntiari per solum Decanum absentibus alijs Canonicis [b]. Quia igitur acta exhibita dicunt, quod Decanus hanc sententiam tulerit, nulla mentione Capituli facta, dubitandum non est, quin omnino sit, & dici debeat nulla hæc sententia. Quæ nullitas causatur adhuc ex alio capite, etiamsi per Decanum & Capitulum lata fuisset hæc sententia, ex eo quod præcipitantius sit lata, sine præcedentibus vllis partis aduersæ probationibus [c]: præsertim post speciale dictorum Decani & Capituli decretum 19. Decembris anno 1574. latum, quo dictæ parti aduersæ iniunctum fuit, vt intra quatuordecim tunc proximè sequentes dies probaret sua allegata, quibus pars aduersa proposuerat, se petitas in hac causa rationes reddidisse Domino suo, & ab illo obtinuisse acceptilationem seu liberationem dimidij debiti; de quibus allegatis nihil omnino vel testibus, vel instrumentis probatum, imo nec probari tentatum inuenitur. Quin imo tanto potentior est hæc nullitas ex hac causa, quod in effectu hæc posterior sententia sit lata contra rem prius iudicatam: ob id quod dictum decretum dicta die 19. Decembris latum, non tam sit decretum quam sententia diffinitiua sub conditione lata, propterea quod præcepto de probando sit subiecta pœna conditionalis in id, quod iudicio ab aduersario nunc appellante petitum erat; atque ita in effectu lata condemnatoria sententia, si intra quatuordecim dies proposita exceptio non esset probata.
† Sub conditione enim etiamsi facile non 6
debet ferri sententia, tenet tamen & valet sic lata [d], præsertim quando conditio est intrinseca, quæ contingit ipsum negotium, qualis est hæc, *si probaueris, vel non probaueris* [e]; ita vt appellare ab ea sit necesse, ne purificata conditione per lapsum temporis in conditione appositi, sententia transeat in rem iudicatam [f]. Cum ergo pars aduersa non inueniatur appellasse à dicto conditionali condemnatorio decreto, nec intra præscriptos quatuordecim dies quicquam probauit; dubium nullum est, quin pro conditionato haberi debeat velut sententia diffinitiua, aduersus quam postea 28. Ianuarij sequentis lata sententia omnimodo censeri & reputari debet nulla: quia sententia posterior lata contra præcedentem sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam est ipso iure nulla [a]; vt nulla ratione dubitandum sit, quin hæc de qua quæritur sententia, sit ipso iure nulla.
7 † Quæ nullitatis ex supradictis causis consideratio, non potest remoueri per hoc, quod in instrumento appellationis exhibito, nulla fiat mentio nullitatis, sed duntaxat appellationis: nam vt causa nullitatis ad superiorem deuoluatur, non est necessaria coram Iudice inferiore de nullitate formalis querela, vt est in appellatione, sed potest nullitas recta via coram superiore proponi: quia perinde, vt appellatio sicuti superius dictum est, causam ad superiorem deuoluit. Satis igitur est, quod appellans in suo libello in hac secunda instantia exhibito, non tantum de dictæ sententiæ iniquitate & iniustitia proposuerit, verum etiam æquè principaliter de nullitate dixerit atq; etiam ad nullitatis declarationem concluserit.
8 rationem concluserit. † Nihil enim vetat quin nullitas & iniquitas aduersus latam sententiam, vt diuersa cumulari possint, & vno deficiente non deficit alterum [b]. Ita quod in proposito deserta appellatione, si hoc dici posset, quod secundam supradicta dici non potest, maneat potestas oppugnandæ & retractandæ huius sententiæ, ex deductione nullitatis. Quod pars aduersa satis agnoscens de desertione appellationis nihil appellanti obijcit, nec oppositam nullitatem aliqua ratione excusat insistendo deductioni, quod sententia lata sit iusta, & sic velut probata appellatione de iustitia sententiæ, & iniquitate appellationis duntaxat controuersiam facit. In quo iustitiæ & iniustitiæ articulo res ex parte Actoris manifesta est: quippe ex his instrumentis, quæ appellans Actor in primâ instantia 20. Augusti anno 1574. exhibuit, & in hac secunda instantia repetita & reproducta sunt, manifeste apparet dictum Actorem plenum mandatum habuisse à possessoribus trium vicariarum in parochiali Ecclesia de Laensdonck, illis per Regiam Maiestatem iure confiscationis collatarum percipiendi, & etiam iudicio exigendi ac persequendi omnia & singula, quæ dictis tribus vicarijs debebantur. Quæ instrumenta appellatus huius causæ recognouit: interea autem quæ tempore institutæ huius litis dictus tribus vicarijs debebantur, erant & adhuc sunt fructus, & emolumenta, quæ

a *l. si vt proponis 1. C. quomodo & quando nota in c. in nostra de procur. Philip. Francus in repetit. c. dilecto. vers. quinto quæritur. de appel.*

b *l. duo ex pluribus ff. de re iud. c. causam matrimonij de offic. & potest. iud. d. leg. gl. ff. i. in c. fin. de sent. & re iud. &c.*

c *c. Ecclesia S. Mariæ in fin. & ibi gloss. fin. de constit. Bald. consil. 313. proponitur quod quidam n. 2. vol. 5. Bertrand consil. 136. sententia quam n. 3. vol. 4.*

d *l. 1. § biduum vers. siue ff. quando appelland. sit.*

e *gloss. in d. § biduum in verb. sub condit.*

f *d. c. præterea & ibi Philip. Francus gloss. in verb. statuimus in d. § biduum.*

a *l. 1. C. quando appel. non est necesse.*

b *Philippus Francus in c. dilecto vers. sexto quæritur de appell.*

quæ dictus appellatus tanquam Receptor & administrator, stante ad huc vacatione dictarum Vicariarum, percepit: nam fructus vacantium beneficiorum seruari & restitui debent his, qui in ea succedunt [a]. Et quamuis appellatus respondendo ad primam & secundam positiones libelli appellatorij, de hac appellati administratione, & receptione admodum mala fide, & calumniose respondit, se illarum contenta non credere; de illarum tamen veritate satis constat non tantum per literas Gubernatoris harum regionum per appellantem exhibitas; & per appellatum recognitas: verum etiam per instrumentum assertæ remissionis, quam appellatus prætexit, in quo aperte continetur, quod idem appellatus administrationem dictarum vacantium vicariarum habuerit his verbis *de laquelle le susdict Sebastiane Theodorici auoit eu l'administration*, hoc est, de qua dictus Sebastianus Theodorici habuit administrationem. Cui quidem instrumento, cum appellatus illud exhibuerit eoque in hac causa vtatur, omnino stare & fidem adhibere debet [b]; præsertim ex eo, quod appellatus illud simpliciter & absolute absque vlla restrictione exhibuerit, & in eodem post illius exhibitionem ex interuallo perstiterit. Cum alioqui exceptio seu allegatio semel redditarum rationum, remissionis seu acceptilationis tacitam minimeque obscuram contineat confessionem antecedentis debiti, & causæ eiusdem; nam priuatio præsupponit habitum antecedentem [c]. Quæ etiam causa est, quod appellato in prima instantia per decretum Dominorum Decani & Capituli 19. Decembris anno 1574. fuerit iniunctum sub pœna condemnationis probare hanc allegationem tunc etiam factam: sic quod etiam tunc manifeste Iudicibus prioribus apparuerit de antecedente dicti appellati obligatione ad reddendum rationes & reliqua ad quæ appellans conclusit, & contendit. Ex his itaque indubitatè constat de bene fundata intentione appellantis. Restat hoc inquirendum an appellatus iusta aliqua defensione in hac causa adiuuetur. In actis tam prioris, quàm secundæ huius instantiæ non extat alia exceptio, aut allegatio appellati aduersus hanc appellantis intentionem, quàm exceptio partim solutionis, partim liberationis seu pacti de non petendo. Solutionis quidem per hoc, quod allegat se magistro suo (non exprimendo nomen illius) rationes reddidisse: sed illius allegationis nulla omninò extat probatio, quam tamen appellatus paruo negotio facere poterat, ostendendo huiusmodi redditarum rationum documentum. Rationes enim scripto explicantur, acceptorum & expensorum singulis articulis in scriptum redactis [a]. Quoad liberationem seu pactum de non petendo, inuenitur appellatus non satis sibi constare; nam in allegatione illius in prima instantia facta, dicit sibi dimidium duntaxat esse remissum: in hac secunda instantia proponit remissionem totius debiti. Quæ varietas & inconstantia reddit rem omninò suspectam, ac non verosimilem, efficitque vt audiri appellatus in eo non debeat [b]. Et quidem de dimidio nullum omnino profert documentum; de toto vero remisso profert quandam attestationem Domini Christophori Mondragon Capitanei, qui certificat se præsente Dominum Roda liberasse appellatum à reddendis rationibus administrati cuiusdam Canonicatus, & præbendæ in quarterio de Raensdonck pro sesqui anno. Verum huiusmodi testimonium seu certificatio nullam fidem meretur; est enim priuata scriptura, quæ non est per appellantem recognita, neque per appellatum probata, ideoque fidem probationis non facit [c]. Et si de eius hac scriptura constaret, nihilo plus fidei faceret, aut appellanti noceret; ob id quod huiusmodi certificatio pro certo testimonio accipi non possit, sed pro nudo testimonio seu potius assertione vnius hominis vltro, Iudice non interueniente, & sine illius commissione facta: testibus enim, hoc est coram Iudice deponentibus, non testimonijs seu eius generis certificationibus credendum est [d]. Eoque minus in proposito quod sit vnius duntaxat hominis, & quidem iniurati; cum nulli testi iniurato quantumuis præsidiali præfulgeat dignitate fides testimonij attribui possit [e], & vnius etiam iurati testimonium fidem probationis non faciat [f]. Qua igitur ratione dicto Domino Christophoro hoc in iudicio producto sub iuramento testificanti, non crederetur, eâdem & longè potentiore illi hoc sub sua scriptura testificanti sine vllo iuramento minus credi debet [g]. Cum alioqui etiam hæc priuati testificatio sit valde informis, & indiscreta, minimeque necessario concludens ad probandam hanc allegatam remissionem; cum loquatur de vno canonicatu seu præbenda, non de his tribus vicarijs. Sed etsi fides veritatis dictæ certificationi aliqua ratione attribui deberet, prout propter rationes prædictas nullo modo potest, & vt vel inde vel ex quocumq; alio constaret Rodam dicto appellato gratiam fecisse & remisisse redditionem rationũ, & sic per consequens quoq; reliqua

[a] c. cum vos in fin. de offic. ord. c. quoniã quidam 75. distinct.

[b] l. si aduersarius C. de fid. instrum. c. cum venerab. in de except. c. cum olim de censib. Oldrad. consil. 198. circa primũ nu 7.

[c] l. decem de verb oblig. c. ad dissoluendum de desp. impub.

[a] L. cũ seruus. de condi. & demonst.

[b] c. sollicitudinem in fin. de appell.

[c] l. instrumẽta C. de probat.

[d] l. 3. § idem Diuus Adria ff de testib.

[e] l. iurisiurandi C. de testib.

[f] c. Tuæ. c. veniẽs de testib. d. l. iurisiurandi vers. similique modo.

[g] c. licet ex quadam de testibus.

reliqua; nihilo minus id prodesset appellato: cum in potestate dicti Rodæ non fuerit id quod possessoribus seu Rectoribus harum trium vicariarum debebatur remittere, vel huius debitoribus gratiam facere: nemo enim pascicendo, liberando, aut acceptum ferendo alterius obligationi detrahit; vt nec solutionem accipiendo [a], præsertim cum non constet qua authoritate Roda id facere potuerit. † Et si 9 enim is Roda Gubernatori huius patriæ à consilijs fuerit, potestatem tamen aliquam publicam non habuit, & si habuisset, non potuisset per hoc, ne quidem quod Regiæ maiestati debitum erat, remittere [b]; multo minus id quod debebatur alijs priuatis personis. Nam quamuis Princeps ex absoluta, non ordinaria potestate possit priuatis hominibus rem suam auferre, & obæratum debitorem obligatione liberare [c]; idem tamen nunquam est, aut esse debet in potestate alterius cuiuscunque inferioris. [d]. Et sane hæc Domini Christophori testificatio minus fidei meretur, & constante illius fide minus roboris habet ex eo, quod Appellans exhibuerit Gubernatoris patriæ literas per appellatum, vt diximus, recognitas; quibus expressim mandauit, vt possessoribus harum vicariarum per dictum appellatum redderentur non tantum rationes, sed etiam reliqua; aduersus quod maioris potestatis mandatum is, qui nulla potestate saltem non alia quam Consulari & Assessoris non Magistratus fungebatur [a], quicquam facere vel mutare non potest: cum inferior vt superiori legem dicere non potest [b], ita neque legem ab eo dictam soluere [c]. Ideoque nihil appellato prodest (in quo tamen multum confidere videtur) quod asserta Rodæ assertio tempore sit posterior: nam quamuis in eiusdem hominis facto posteriora derogent prioribus [d]; in diuersorum tamen hominum negotijs, idem dici non potest; & ne quidem etiam in eiusdem hominis diuersis successiuis factis, vbi posterior actus non valet [e], vt est in proposito in hac prætensa Rodæ posteriore liberatione seu remissione, quæ ex causis prædictis iure non subsistit. Manifestum itaque ex his euadit appellantis intentionem iure optimo fundatam esse, nec vllo modo perimi per obiectam appellati allegationem factæ gratiæ seu remissionis. Eaque ex causa sententiam absolutoriam in prima instantia latam, omninò esse iniustam, & appellationem ab ea interpositam, atque etiam propositam nullitatem, bono fundamento niti; officiumque ob id Venerabilis Domini Officialis esse, vt retractata seu annullata eadem sententia, appellatum condemnet secundum petitionem conclusionemque pro parte appellantis in prima instantia propositam, & in hac secunda repetitam; condemnando appellatum in expensis vtriusque instantiæ.

a l. filius C. de pact.
b l. præses C. de transact.
c l. Lucius. de euict. DD. in l. item si verberatum §. 1. de rei vindic.
d Decius cons. 317. in casu nu. 5.

a l. 1 ff de offic. Ass.
b c. ex insinuatione de appellat.
c c. cum inferior. de maior. & obedient.
d l. pacta nouissima C. de pact.
e gl. ff in d. l. pacta nouissima.

SVMMARIVM.

Apostoli in prosequutione appellationis quomodo petendi.

1. *Appellari potest à sententia diffinitiua viua voce & incontinenti.*
2. *Apostoli quomodo petendi, & à reiectione illorum appellandum.*
3. *Apostoli petendi intra triginta dies an id sit à lata sententia, an ab intepofita appellatione.*
4. *Appellandum an sit denuo & petendi à nouo Iudice apostoli.*
5. *Appellandum quando sit à reiectione apostolorum.*
6. *Iudex denegando apostolos non impedit deuolutionem.*

CONSILIVM XCIV.

Altercatio quæ in termino dicima huius mēsis Octob. seruato corā Venerabilibus D. Iudicib^s^ appellationū mota est, in causa appellationis inter M. Maximilianuū Daucij appellantē; & Martinum Lyuens appellatum super petita remissione causæ ad Magnificū Dominū Rectorē pro executione sententiæ in prima instātia pro dicto Martino, cōtra præfatū Maximilianū latæ decidēda est iuxta petitionem eiusdē Maximiliani cōtendentis remissionē non esse faciendam, sed sibi permittendam esse prosequutionē appellationis tam viua voce & stāte pede 30. Augusti nouissimè præteriti à sententia diffinitiua præfatorū Dominorum Iudicum, quàm in scriptis à dictorum Iudicum responsione apostolorum refutatori alium 7. mensis Septemb. interpositæ. Cum enim dicti appellati Procurator in dicto termino decimâ huius mensis Octobris causam petitæ remissionis in eo tantum constituat, quod appellās appellationem suam à non delatione debitè prosequutus non sit, & actorum lectio planè demonstret cōtrarium; fit vt detecta falsitatæ allegatæ causæ, eiusmodi petitioni nihil

 sit

ſit tribuendum;tantoque minus quod nul-
la in ſpecie proponatur,aut allegetur inde-
bitæ alicuius proſequutionis cauſa: vt ex
veritate actorum allegari non poterat,nec
poteſt † Nam quod attinet ad priorem ap- 1
pellationem à ſententia diffinitiuâ,depre-
henditur illam legitimè interpoſitam vi-
uâ voce,incontinēti, in momento, quo il-
la ſententia lata fuit; prout de iure ſic ap-
pellare à ſententia diffinitiua permiſſum
eſt[a]. Conſtat quoque eâdem illa die, eo-
demque momento debita cum inſtantia ab
ijſdem Dominis Iudicibus petitos eſſe a-
poſtolos, & ſic iuris requiſitæ ſolennitati
ſatisfactum. † Conſtat denique eâdem illa 2
die per eoſdē Dominos Iudices datos eſſe
apoſtolos, vt ex defectu vel petitionis,vel
dationis ſeu reſponſionis apoſtolorū,inde-
bitæ proſequutionis cauſa cōſtitui nō poſ-
ſit[b]. Et quod attinet ad poſteriorē appel-
lationem à dicta nō delatione,perinde le-
gitime interpoſita eſt,tam ex tempore,quā
ex forma; videlicet, dicta die 7. Septemb.
quæ erat quoq;ſeptima à dicta reſponſione
apoſtolorum, durante adhuc decendio ad
legitime appellandum à iure conceſſo[c];
idque in ſcriptis,vti oportet,cum ab inter-
locutoria quandocunq; aut à definitiua ex
interuallo appellatur[d]: facta etiam apud
eoſdem Dominos Iudices, & ſingulos eo-
rundem eadem die 7. dictâ inſtantia peti-
tionis apoſtolorum;prout etiam à ſingulis
illorum eadem illa ſeptima die apoſtolos
quamuis refutatorios obtinuit. Ita vt ap-
pellans inueniatur requiſitæ iuris ſolenni-
tati per omnia eatenus ſatisfeciſſe. Verum
quidē eſt quod Procurator dicti appellātis
ex nimiâ ſcrupuloſitate, minimeq; diligē-
tia non cōtentus his appellationibus & re-
ſpōſionibus apoſtolorum coram ipſis Iudi-
cibus qui tam ſententiam diffinitiuam pro-
tulerunt,quā apoſtolos refutatorios dede-
runt,eandem appellationē à dicta non de-
latione etiam interpoſuerit ſeu repetiuerit
coram alijs Iudicibus, qui finita dictorum
priorum Iudicum iuriſdictione ex tēporis
lapſu,ijſdem prioribus Iudicibus ſurrogati
ſunt,& quod hanc ſecundam appellationē,
dicti appellati procurator ſibi perſuadeat
deſertam eſſe, ob nō debito tempore debi-
taque cum inſtantia petitos apoſtolos[e]; id
in eo conſtituens quod intra triginta dies
à dicta triceſima mēſis Auguſti huiuſmodi
apoſtoli non ſint extremè petiti & obtenti,
ſed primum die 7. huius menſis Octob. &
ſic cauſam hanc ſubiacere periculo deſer-
tionis[f]: ſed in eo & iuris & facti error ob-
uerſatur,ob id quod,vt dictū eſt,à ſentētia
definitiua Dominorū Iudicum non tantū
legitimè appellatū fuerit & apoſtoli petiti;
verum etiam obtenti illa triceſima die in

a l. 1. §. fin. l. à ſententia § fin. ff. de appell. l. litigatoribus C. eod.

b l. eos §. apoſtolos l. Iudicibus C. de appell.

c Auth. hodie C. de appellat.

d c. vt debitus de appell.

e c. ab eo De appell. lib. 6.

f d. c. ab eo Clem. quamuis eod. tit.

extrema, & ſumma dictæ prioris appella-
tionis proſequutione; & quoad poſteriorē
appellationē à dicta nō delatione,ſicut illa
tempeſtiuè interpoſita cenſeri debet dicta
7. die Septemb. vt iam dictum eſt:ita quo-
que debito tempore petiti & obtenti dici
debent apoſtoli, qui dicta die ſeptima O-
ctobris in extremo pūcto termini iuris pe-
titi & obtenti ſunt: exacta enim dinume-
ratio temporis hoc detexit, quod ex die
interpoſitæ huiuſmodi appellationis, quæ
fuit ſeptima Septembris, apoſtoli fuerint
petiti & obtenti ſeptima menſis Octobris
durante adhuc,& non penitus lapſo termi-
no triginta dierum à iure præſcripto ad
conſtanter petendos apoſtolos[a]; quod ap-
pellanti ſufficere debet, ex quo poſt ſe-
mel petitos apoſtolos ſuper appellatione à
dicta non delatione à dictis ſurrogatis
Iudicibus per eoſdem primo reſponſum
fuerit, quod de apoſtolis reſponderent in
termino iuris; ob quam reſponſionem di-
cto appellanti prærepta fuit poteſtas, vlte-
riorem inſtantiam petitionis apoſtolorum
faciendi ante extremum diem momen-
3 tumque dictorum triginta dierum[b]. † In
quo appellanti obſtare non poteſt illa quo-
rundam opinio,quod tempus triginta die-
rum ad petendum apoſtolos ex die latæ
ſententiæ,ſeu illati grauaminis,non ex die
interpoſitæ appellationis computandum
ſit[c]: ob id quod plurium Doctorum ſen-
tentia,authore & Duce Hoſtienſi ſit, quod
dinumeratio huius temporis facienda ſit
ex die interpoſitæ appellationis, non la-
tæ ſententiæ,aut illati grauaminis[d]: quo-
rum ſententia deciſione quoque audito-
rij Rotæ Romanæ confirmata eſt[e]; ideo
magis etiam probanda, quod generaliter
receptum ſit in dubio potius fauendum
quam reſiſtendum appellationi, & eius
proſecutoni, & potius iudicandum eſſe
contra deſertionem,quam pro illa[f]. Quod
nullum habet dubitationem, cum ſen-
tentia à quâ appellatum eſt, lata eſt in ab-
ſentia illius, contra quem iudicatum eſt;
vt ingenue fatentur, qui alterius opinio-
nis authores ſunt[g]: ita vt hoc ſaltem ca-
ſu propter abſentiam dicti Maximiliani
tempore dictæ reſponſionis apoſtolorum
(prout adhuc abſens eſt) dinumeratio
temporis fieri deberet ex die interpo-
4 ſitæ appellationis. † Sed ſcrupuloſius in
eo inſiſtendum non eſt, primum ex eo,
quod huiuſmodi appellatio à non delatio-
ne priorum Iudicum, coram dictis ſurro-
gatis Iudicibus ſecundo loco etiam ea-
dem die interpoſita, minime fuerit neceſ-
ſaria: nam ſemper appellandum eſt co-
ram eo,qui ſententiam tulit,ſeu grauauit,
& minime corā alio[h],quantumuis poſt latā
ſenten-

a d. c. ab eo. de clem. quamuis.

b d. clem. quamuis §. quod ſi Iudex & ibi DD.

c d. l. Iudicibus gl. ſſ. in d. clem. quamuis in verb. tempore, & in d. c. ab eo in verb. triginta dierum.

d Bald. & Salyc. in d. l. Iudicibus & in d. §. apoſtolos Ioan. de Imola in d. clement. quamuis Aufrerius deciſ. ... Guido Papa conſil. 107. ex facto tali.

e deciſione 29. quæ eſt quinta in titulo de appell. in nouis.

f Caſtrenſ. in l. 1. ff. ſi quis cautio. Felyn. in c. ſignificauerunt. de teſtib. Decius conſil. 83. in cauſa accuſationis in fin. Socinus Nepos conſil. 31. quæritur an effectu n. 11. vol. 3.

g Robert. Maranta de ordine Iudicij part. 6 nu. 209.

h c. vt debitus in verb. coram eod. Iudic. de appel gloſſ. ordinaria in c. appellatio in verb. iudici de appell. lib. 6 Iaſon alleg. 29. an valeat appellatio.

ſententiam, aut illatum grauamen Iudex eſſe deſierit. Sic quod hæc ſecunda appellatio, & illius proſequutio ſine vlla iuris neceſſitate, ſed ad ſuperabundantem duntaxat cautelam interpoſita in conſideratione haberi non debeat. Etſi enim neceſſaria prætermiſſa actum vitient, ex abundanti tamen etiam vitioſe adiecta, nullo modo nocent [a]. Vndè ſi quid omittendo peccatum eſt, in repetita hac appellatione coram ſurrogatis Iudicibus, conſiderandum non eſt: ex quo omnia neceſſaria, & requiſita diligenter & exactè obſeruata reperiuntur in priore appellatione, à dicta non delatione interpoſita coram ijſdem, qui ſic apoſtolos dederunt, & in momento interpoſitæ appellationis à non delatione ſeptima die ab illato huiuſmodi grauamine alios refutatorios apoſtolos dederunt: vt conſtat ex terminis dicta ſeptima Septembris ſeruatis. Secundo ex eo quod nulla ratione neceſſe fuerit appellare à dicta non delatione. † Quamuis enim cum ab interlocutoria ſententia appellatur & appellationem huiuſmodi, reſpondendo de apoſtolis, Iudex illi non deferendo reijcit; 5
iterum appellandum ſit ab huiuſmodi non delatione, & non appellando læſus appellans ſibi præiudicet [b]: cum tamen appellatio interpoſita eſt à ſententia diffinitiua, & reſponſum de apoſtolis refutatorijs, nihil neceſſe eſt ab huiuſmodi non dilatione appellare, ne res in infinitum abeat; ob id potiſſimum quod Iudex lata ſententia diffinitiua officio ſuo defungatur, & aliud facere non poteſt interpoſita appellatione, quàm ſemel reſpondere de apoſtolis [c]. Quo ſenſu accipiendum eſt id quod ex Innocentio [d] plerique tradunt de neceſſitate alterius appellationis à non delatione; conſtituto diſcrimine inter appellationem à ſententia diffinitiua & eam quæ interponitur ab interlocutoria. Quod & in iudicijs ita practicari traditur [a]. Cum igitur hic agatur de appellatione interpoſita à ſententia diffinitiua dicta die tricesima Auguſti per præfatos Iudices lata, ſufficere omninò debet vnica hæc appellatio ab eadem ſententia diffinitiua, ſine vlla neceſſitate appellandi à non delatione; & cum id neceſſe non fuerit, ſcrupuloſius inquirendum non eſt, an ea ſecunda appellatio legitime interpoſita, eiuſque proſequutio per tempeſtiuam Apoſtolorum petitionem facta fuerit; ex prætacta ratione, quod ſuperabundans cautela vitioſe adhibita nocere aut vitiare non debeat [b]. Quæ cum ita ſint, nulla videtur eſſe dubitatio, quin appellanti permittenda ſit interpoſitæ appellationis proſequutio, & appellato deneganda intempeſtiue, & præmaturè petita remiſſio: nec aliter ſine vitio attentati, & innouati in præiudicium interpoſitæ appellationis ſtatui poſſe. Quo moderni Domini Iudices ob id magis propendere debent, ex eo quod præfati priores Iudices non rectè non detulerint appellationi à ſententia diffinitiuâ interpoſitæ; cum ius appellationibus huiuſmodi deferri omnino præcipiat etiam ſub graui pœnâ [c].
6 † Et quamuis Iudex friuolis appellationibus deferre non teneatur [d]; non deferendo tamen non poteſt impedire, quò minus appellatio ad ſuperiorem deuoluatur; & illam appellans proſequatur, ſaltem ad finem illum, vt Iudex ſuperior prouocatus, non à quo prouocatum eſt, iudicet, an admittenda ſeu recipienda ſit appellatio, & permittenda illius proſecutio [e].

a l. ſi teſtamentum C. de teſtam. l. cum tabulæ. de bonor. poſſ. ſecund. tabu.

b Innocent. in c. paſtoralis nu. 8. in fi. de offic. deleg. Sabarell cõſi. 32. in deciſione nu. 1. verſ. ſecund. eſt Ioan. Bapt. Ferett. conſil. 104. in cauſa matrimoniali nu. 3. Capycius deciſio 34. in fin.

c l. Iudex poſteaquã ff. de appella.

d In d. c. paſtoralis nu. 8.

a Ioan. Mynſing. obſeruat. centur. 2. obſer. 47.

b d. l. ſi teſtamentum.

c l. quoniam Iudices C. de appell.

d c. cum appellationibus de appella. lib. 6.

e l. ſi enim ff de appellat. recept.

SVMMARIVM.

Expenſæ Litis.

1. *Expenſas litis ſoluit deſerens appellationem.*
2. *Expenſæ litis poſt ſententiam diffinitiuam non petuntur, ſed bene poſt interlocutoriam.*
3. *Expenſæ iure actionis quando petantur.*
4. *Expenſæ litis ob interlocutoriam factæ non reſtituuntur per diffinitiuam.*

CONSILIVM XCV.

IVſta & rationi omninò conſentanea eſt petitio cõdẽnationis expenſarũ, quę per occaſionẽ friuolarũ, reiectarum atq; etiam deſertarum appellationũ in hac cauſa factę ſunt, citra 19 Septemb. nouiſſime præteriti in hũc vſq; diem tam diu per occaſionẽ huiuſmodi appellationũ retardato curſu negotij principalis:
1 † quippe appellatione per appellantẽ deſertâ, aut per Iudicẽ reiecta, parti aduerſus quã ſic appellatũ eſt, reficiẽdæ ſunt expenſæ [a]; idq; perinde quæ factę ſunt apud Iudicem à quo appellatum eſt;

a c. vt debitæ c. ſæpe c. reprehenſibile c. Nicolaus de appell.

 vt

vt apud illum ad quem appellatum est [a]. Cum igitur per sententiam interlocutoriã Venerabilis D. Commissarij 7. Octob. latam declaratum sit, priorem partis Reę appellationem fuisse nulliter, inepte, & cōtra iuris ordinem interpositam, eaque ex causa formaliter reiectam; & posterior appellatio interposita, nullis petitis apostolis [b], nec vlla illius facta prosequutione, per vlteriorem partis Reæ comparitionem factam 9. Mēsis Ianuarij, manifestè sit deserta [c]; nulla est dubitatio, quin expensas ea occasione factas pars Rea refundere debeat; non obstāte, quod supratacta interlocutoria dicta die 7. Octobris condemnationem expensarum adiunctam non habeat. † Nam etsi sententiâ diffinitiuâ sine condemnatione expēsarum latâ, de expensis litis nulla amplius possit esse quæstio [d]: idem tamen non obtinet in sententia interlocutoria, per quā quia Iudicis officium non finitur, vt fit per sententiam diffinitiuam, post latam interlocutoriam omissa condemnatio expensarum in quacunque parte litis ante sententiam diffinitiuam per partē aduersam peti, & per Iudicem suppleri potest [e]: † & quidē longe potentiore iure huiuscemodi articuli incidentis expēsæ peti possunt, quàm totius causæ principalis; ob id quod expensæ negotij principalis ex sententia diffinitiua non iure actionis, sed ex officio Iudicis debeantur [f], ideoque illo finito nulla persequutionis illarum sit potestas; quia Iudex officio suo functus est [g]: at vero expensæ quæ debentur ratione incidentis articuli, seu interlocutoriæ sententiæ, & præsertim ex desertione appellationis, debentur victori iure actionis & condictione ex canone [h]: vt elegāter tradit Philippus Frācus [i]. † Nec hac in re exaudienda est partis Reæ contradictio, per quam non tam declinare, quam differre nititur hanc condemnationē expensarum; contēdendo eam esse reijciendam, & reseruandam vsq; ad pronuntiationem sententiæ diffinitiuæ: cum enim petitio illarū ex causis prædictis in quacunq; parte litis de iure ita sit fundata, Iudicis quoque officio incumbit huiusmodi petitioni se in continenti accommodare; cum aliæ & separatæ sint expensæ incidentis articuli, aliæ principalis negotij; & iusta possit esse occasio condemnandi in expēsis interlocutoriæ cum pro quo forte postea sententia diffinitiua cum condemnatione expensarum proferretur, per quam nulla ratione recuperari possent expensę ratione incidentis articuli prius solutæ [a]; tunc præsertim quando articulus incidētis negotij cū negotio principali coniunctus non est, & iustitia causæ principalis, iniustitiam incidentis articuli purgare non potest: nam eo casu differendæ, aut ad finē causæ reijciendæ condemnationis expensarum ratione incidentis nulla est iusta occasio [b]; potissimum cum Iudici per quamcunque sententiam diffinitiuam sequentem constat, non posse expurgari vitium, quod pars aduersa in incidente articulo vel calumniando vel tergiuersando, aut ineptè procedēdo semel contraxit [c]. Prout in proposito manifestissimum est eo loco esse has, de quibus quæritur, expensas, quod lata etiam contra Actores sententia diffinitiua, pars Rea in illas omninò condemnari deberet, aut saltē non ab illis excusari; ita vt iuris beneficiū, hoc est prompta, parataque illarum expensarum condemnatio parti agenti, nèq; eripi, neq; denegari, neq; deniq; in aliud tēpus reijci aut differi debeat, cum de eo in re præsenti recognoscere possit Venerabilis D. Commissarius, & recognoscendo ob id de eo iudicare debeat.

Marginal numbers: 2, 3, 4.

a Bald. in d. c. sæpe per illū text. & ibi Philip. Francus vers. Tertio quæritur.
b c. 1. de appel lib. 6 Clement. quam diu de appell. c. c. gratiam vers. in fi. cū de de offic. & potest. Iud. deleg.
c ...
d l. terminato C. de fru. lib. & li. & expens.
e Bart. in d. l. terminato vers. quæro extra C. de fruct. & lit. expen. & in l. si pignor. C. de pignor. act.
f DD. in d. l. terminato. l. properandū § cum autem alterutra. C. de iudic.
g l. iudex post. aque de re iudic.
h c. reprehensibilis de appellat.
i In c. ex ratione in septimo memb. princip. vers. sed quæritur primo & in c. sæpe vers. octauo quæritur de appell.

a Salycet. & alij d. §. cum autem Bart. in d. l. si pignore.
b Speculat. in titul. de appellat. §. fin. autem vers. sed nūquid expēsis innocenti in c. sæpe de appellat. & ibi Philip. Fran. d. quæst. 8.
c Matth. de Afflict. decis. 42.

SVMMARIVM.

Expensarum in litem communem repetitio.

1. *Plures vna sententia condemnati viriliter, non in solidum tenentur.*
2. *Consortes litis inuicem tenentur ad erogatas expensas refundēdas pro portione.*
3. *Consors consorti censetur dare mandatū.*
4. *Procurator expensas à mandante repetit.*
5. *Procurator gerendo alienū, suum quoq; negotium expensis mādantis gerere potest.*
6. *Ciuitas an à subditis petere possit expensas impetrati priuilegij.*
7. *Expensarum appellatione quid contineatur.*

CONSILIVM XCVI.

IN Antvverpiensi oppido inter cætera statuta priuilegijs Ducis Brabantiæ cōfirmata cautū est, vt omnes sententiæ, quæ per Magistratum eiusdem oppidi proferūtur, statim executioni mandentur; sic vt appellatio ad Cancellariam Brabantiæ interposita executionem remorari non possit, si qui vicit idonee caueat, & quod executioni mandandum est, reparabile sit quo casu contingeret sententiam retractari.

Cuius

Cuius statuti & priuilegij beneficio cum vti vellet Dominus Octauianus Lomelinus aduersus Gregorium Franquij, sententia prouisionali dicti Magistratus condemnatum ad promptam fiduciariamque solutionem seu nantisationem pecuniæ, quam ex permissione Gregorij prolato instrumento D. Octauianus petierat opposuit se Gregorius executioni. Quæ res cum caput ipsius priuilegij non tantum priuatã causam D. Octauiani contingere videatur, factum est, vt liti, quæ propter dictam executionem exorta erat, dictus Magistratus se adiunxerit pro conseruatione dicti priuilegij; sed peracta causa, executio suspensa est, condemnato dicto D. Octauiano ac Magistratu in expensas illius litis. Hinc oritur controuersia inter dictum D. Octauianum & prædictum Magistratum de expensis prætactæ litis; Magistratu contendente se tantum teneri in medietate expẽsarũ, quæ Gregorio Franquij ex dicta condemnatione præstãdę sunt; D. Octauianus existimat omnes expensas, quę vtrinq; factę sunt ad Magistratum reijciendas, aut saltẽ medietatem earum, hoc est tam earum quæ Gregorio ex condemnatione præstandæ sunt, quam illarum quas D. Octauianus pro sustinẽda lite erogauit Etquoniã D. Octauianus non tam litem eo nomine aduersus dictum Magistratum instituere intendit, quam bonis rationibus illius officiũ excitare, & causas ob quas latiorem expensarũ refusionem quàm offert Magistratus facere debeat, deduci desiderat; non potuimus ei operam nostram denegare.
1 † Paucis itaque rem perstringentes dicimus oblationẽ Magistratus indebitam non esse, sed insufficiẽtem: quoties enim plures vna sententia cõdemnãtur, siue in summa quę petita est, siue in expensis, effectus sententiæ pro virilibus portionibus inter omnes consortes discernitur ac diuiditur, non tãtum quoad ipsum victorem [a], sed etiam ipsos victos inter se, vt si vnus illorum vel totum, vel plus alijs erogauit, id pro illorum portionibus cõsequatur; non quidem virtute sententiæ, sed ex ipsa gestione, & erogatione in cõmune; hoc est in commune negotium, seu in litem communẽ [b]; etiamsi tale sit negotiũ, cuius defensionẽ pro parte socij, cõsors suscipere non cogebatur [c].
2 † Et cum ad finem erogationis hæc obligatio excurrat, fit vt nõ tãtum illius petitionem seu repetitionẽ pro parte cõsortis habeat cõsors, in qua victori condemnatus est, sed etiã illius quod vltra condemnationẽ in prosequenda lite expẽdit, & quę cõdemnatione non continẽtur. Simpliciter enim ait lex [d] sumptus necessarios & probabiles in communi lite ab vno factos restituendos esse etiam illi, qui solus sine coniunctione alicuius cõsortis causam egit: multò ergo magis vbi is ad quem defẽsio litis quoq; pertinet, in lite cõsors est,
3 † consors enim litis, qui semel ad causam comparuit, suo consorti censetur dare mãdatum prosequendæ litis [a]. Ita vt quamuis interdum admittatur disputatio in eo, qui solus causam cõmunem defendendã suscepit & defendit, an propter cõmunionẽ plus expẽderit vt eo casu habeat repetitionem; sin nihilo plus expendit propter sociũ exceptionem tantũ habeat [b]: ea tamen inuestigatio non admittitur in consortibus, qui simul, ad causam comparuerunt; quia alter
4 cẽsetur alterius esse procurator [c]. † Procurator autem à mandante repetit omnes expensas, quas in litem fecerit etiamsi in lite succubuerit, aut litem ad finem producere non potuerit [d]: postulat enim id æquitas [e], & bonæ fidei ratio [f]. Sic quod in proposito D. Octauianus fundatus sit repetere expẽsas tam in quas Gregorio condemnatus est, quam quas ex parte sua & consortium suorum pro defensione & prosequutione litis fecit; vt & has saltem pro dimidia parte à Magistratu repetere possit, propterea quod, vt dictum est, idem Magistratus ad causam comparuerit, & se cõsortem litis fecerit, ac D. Octauiano litis prosequutionem expẽsarumq; prærogationem permiserit; quod adhuc euidentius pro mandato est: cum etiam qui scit & patitur alium causam suã agere mandare videatur [g]. AEquior igitur honestiorq; foret oblatio dicti Magistratus si de omniũ prædictarũ expensarũ, quas D. Octauian⁹ tã pro prosequutione litis, quã ex cõdemnatione præstitit, medietate cõtentus esset: eo enim res deducitur, vt iure obligationis hanc medietatẽ D. Octauianus repetere possit, ex causis & rationibus iam recitatis. Quin imo probabiliter sustineri potest, omnium prædictarum expensarum onus ad dictum Magistratum pertinere; cum enim ea lis fuerit non tam de iure priuato ipsius D. Octauiani, aduersus quẽ per literas reformationis suspensio executionis iã decreta erat quã de iure ac priuilegio Reipublicæ, seu oppidi Antvverpiẽsis, quod per iniectã clausulam suspensionis executionis lædi videbatur; & ob quã læsionẽ Magistratus se in litẽ & oppositionẽ pro conseruatione sui priuilegij coniecit, dicendum videtur ipsius Magistratus litẽ fuisse, in qua D. Octauianus operam & assistentiã suam exhibuit, quæ ei damnosa esse non debet [h]. Et quamuis exitus litis aliquo modo etiam ad ipsum D. Octauianum pertinebat; illa tamen consideratio momentanea, & ad vnicam tantum causam restricta est; cum respectu Magistratus priuilegij defensio perpetuam causam ad

a l. 1. & 2. C. si plures vnã sent. l. si quis separatim §. quoties de appellat. l. si mandato Titij §. Paulus respõd. ff mãdat. l. Paulus respondit eod. de re iudic.
b l. ab vno C. de negot. gest. l. qui aliena § vlt ff eod titulo l. vlt. § 1. versic & expensas C de bo auth iud poss.
c l. si cõmunes ædes de negot. gest.
d d. l. qui aliena §. vlt.

a l. 2. C de consort. eius d. lit. Ludouicus Roman & Iason. in l. de pupillo §. si plurium ff. de no. oper. nunciat.
b l. ex parte. ff. famil. hercisc.
c Ludouic Roman. in d §. si plurium.
d l. etiam C. mand l. qui in vtrumque §. vlt ff eod tit. l. 2 § iux reipub. de administra. rerum ad ciuit. pertin.
e l. qui proprio §. litiũ impendia. de procurat.
f l. si contra licitum in fi. C mandat.
g l qui patitur ff. mand. Bart in l. quo enim §. r. ff rem rat. habit.
h l. sed si quis ff quemad. testa. aper.

omnes ſubſequuturas ſententias habuerit. † Iam vero in negotij quod ad alium pertinet explicatione, poteſt procurator ſeu mandatarius, ſuum quoque negotium gerere; ita vt nihilominus integras expenſas in negotio explicando factas à mandante, ſeu eo, cuius negotium principaliter geſtum eſt, repetat [a]: quoniam id procedet ſine damno & captione mandantis, ſeu eius cuius negotium eſt; & naturali æquitati conuenit, vt quiſque ſibi prodeſſe poſſit, dum alij non noceat [b]. Præterea in litium proſequutionibus plerumque inſpicitur ad quem res principaliter pertineat [c], & in re propoſita dubitationem non habet, quin huius priuilegij defenſio Magiſtratū ipſum magis, quàm priuatas perſonas contingat; propter perpetuam ac perdurantem vtilitatem. † Atque hinc etiam eſt, quod Albericus in quæſtione à Guilielmo Cuneo propoſita, an Magiſtratus Tholoſanus, impenſas alicuius impetrati priuilegij à ſubditis ſeu diſtrictualibus Tholoſanis, qui eo priuilegio vſuri erāt, repetere poſſet, in eam partem inclinauerit [a], vt exiſtimauerit nihil à ſubditis eo nomine exigendum eſſe; quaſi priuilegij, aliarumque prærogatiuarum, pro tota republica impetratio, & conſeruatio ad caput ipſum reipublicę, hoc eſt Magiſtratum pertineat: ita quod nihil ab officio ſuo alienum facturus ſit Magiſtratus, ſi omnes prædictas expenſas D. Octauiano refundet; cum id ius obligationis & æquitatis expoſcat. † Expenſis autem prædictis adſcribimus non tantum quæ Procuratoribus, Aduocatis, Executoribus, Graphiarijs, aut pro ſportulis Iudicum erogata ſunt; verum etiam viatica itineris, & quæ occaſione huius litis D. Octauianus aliter expendit [b]; cum pro hac opera nullum ei ſalarium conſtitutum fuerit [c].

5

6

7

a l. ex parte in princ. ff. fam. erciſcūd. gloſſ. & pan. in c. cum pro cauſa de pro cur.
b l. 1. § item de aq. plu. arcen.
c l. ſæpe de re iudicat.

a In d. l qui aliena §. vlt. verſi quærit. vltimo.
b d. c. cū pro cauſa l idemque §. idem labeo l. ſi vero non remunerandi §. ſi mihi ff mād. l. cū ex duobus §. ſi quis ex ſocijs pro ſocio.
c d. § id in labeo.

SVMMARIVM.

Conſultationes iuris an inter expenſas taxari poſſint.

1. *Conſultationum vſus.*
2. *Conſultationes an aduerſario ædendæ ſint.*
3. *Interrogatoria parti aduerſæ non eduntur, & tamen taxantur.*
4. *Iudex expenſis partis poteſt conſulere peritos.*

CONSILIVM XCVII.

INſolitum eſt quod pro parte Mechtildis Steuens petitioni expenſarum pro conſilio iuris obijcitur; quaſi ſcilicet conſilij ſeu conſultationis confectio & exhibitio perinde non debeant venire in condemnationem expenſarum, vt alię per Aduocatum factæ, & exhibitæ ſcripturæ: ſed vt inauditum id eſt, ita quoque à ratione & iure alienum. † Hoc enim manifeſtum 1 eſt, conſultationum vſum inualuiſſe loco allegationum, quibus in conſpectu iudicis peractâ causâ Aduocati vtriuſque partis vti ſolent, diſputando ſuper his quæ in cauſa deducta ſunt, iiſque accommodando iuris rationes [a]. Quin autem pro huiuſmodi allegationibus patrono cauſæ ſeu Aduocato debeatur ſalarium, dubium non eſt, & tantò quidem maius, quantò maior eſt illius facundia & eruditio [b]. Cū igitur allegationum & diſputationū, quæ viua voce fieri ſolent, vſus in deſuetudinem abierit; propter Aduocatorum forte vel imperitiam, vel memoriæ labilitatem; vel ob contentioſa iurgia, quæ in contentione verborum exoriri ſolent [c]; vel ob conditionem iudicum, qui iuris ſæpe imperiti ſunt, & aſſeſſoribus vtuntur, merito quoque oneri & damno illius eſſe debet ea impenſa, quæ pro conſilio ſeu conſultatione Doctori vel Aduocato datur. Cum enim iniqua litis propoſitio cauſam huiuſmodi impenſæ faciendæ præbeat; cur ad authorem ſeu cauſam præbentem non referetur? Cur non perinde in numerum expenſarum venire debet ſcriptura iuris rationibus inſtructa; cum ſine controuerſia in eum veniant aliæ quæcumque ſcripturæ nullo ingenio, nullo labore, & plerumque dictantibus rabulis & procuratoribus
2 ſcriptæ? † Nec ad rem facit quod conſultationes ſic in iudicio exhibeantur vt aduerſario non ſit ius inſpiciendi, nec ei debet illarum copia dari [a]; quātumuis Ioannes de àmicis & alij nonnulli ſenſerit dan-
3 dam eſſe [b]: † nam idem quoque fit in interrogatorijs, quæ ad informandum iudicem in productione & examine teſtium dantur; quod ſcilicet parti earum copia nō detur [c]; quæ tamen interrogatoria in numerum ſeu taxationem expenſarum venire nulla eſt dubitatio; cum id demonſtret vſus, & procurator Mechtildis in hac cauſa ex numero expenſarum illa non reijciat. Si igitur hoc æquum bonum eſt in interrogatorijs, quibus allegationes & conſultationes iuris æquiparātur [d]; æquum quoque

a Specul. in tit. de diſput. & allegat. Aduocat.
b l. 1. §. in honorarijs de var. & extra cognit.
c l quiſquis C de poſtu land.

a Ludou. Roman. in l. 1. § edendo nu. 6. de edend. & ſingulari 266 fuit interrogatus. Alex. in Authent. iubemus nu. 5. C. de iudic. Matth. de Afflict. ad cōſtitut. Neapolit. libr. 1. rubr. 27. nu 29
b conſ. 103. vid. VVameſ. conſil. 126. tomo. 1.
c Innoc. in c. per tuas de teſtib. Decius in l. Is apud quem nu 20. C. de edend.
d Decius d. nu. 20. vide Caſtellian. Cottam in dict. teſti. non iurato.

que videri debet in ipsis consultationibus; vt æquiparatorum eadem sit ratio[a]. † At- 4
que hinc etiam est quod Iudex cum causa postulat, aut ei consultum videtur, ipse consilium à sapientibus, & iurisperitis sępe requirat: non tamen suo nec illius pro quo sententia fertur, sed illius qui in causa succumbit onere ac periculo[b]; cum etiam sępe in condemnationem & taxationem expensarum veniant honoraria aduocatorum in exordio litis vbi tantum consilij, non ordinariarum scripturarum consideratio haberi potest[c]. In summa cum nemo debeat ius suum indiscussum relinquere[d], dániq; reparatio ad eum recidere debeat, qui damni causam præbuit[e]; postulat iuris ratio vt in expensarum iudicialium numerum venire debeat, quicquid ad instruendum iudicem, victor in causa erogauit, nihilque fere sit quod iustius eo redigatur; præsertim quod ex consuetudine in auditorio Reuerendi D. Conseruatoris ita sit receptum, quod cõsultationes iuris ad numerum & taxam expensarum admittantur. Quæ consuetudo cessantibus prædictis rationibus hîc spectãda esset: vti in expensarum iudicialium taxatione generaliter faciendum esse tradit Iacobus de Arena[a]. De modo huius impensæ, quæ pro exhibita consultatione petitur, nihil objicit pars condemnata; vt nec objiciendi causa est, cum quod in ea quantitate comprehendatur lectio & visitatio processus primæ instantiæ, qui magnus est, & sine cuius lectione hæc consultatio confici non potuit; tum quod laborem magnum contineat, & in multitudine, ac varietate articulorum quibus constat, ingenij & industriæ exercitationem requisiuerit; tum quod prolixa sit, ita vt augendi, non diminuendi salarij maior sit occasio.

a l. 1. de lega. 1. Bart. in l. 2 §. vlt. de legat. 2.
b Specul. in tit. de consil. requisit. in princ.
c l. Sancimus C. de iudic.
d l. illud de petit hæred.
e l. qui occidit §. in hac ad leg. Aquil.

a in tract. de expens. nu. 14.

SVMMARIVM.

Tempus exequendi iudicatum.

1. *Tempus ad iudicatum faciendum fauorabile.*
2. *Tempus iudicatum faciendi quomodo prolongari, vel abbreuiari possit.*
3. *Tempus iudicati exequendi in arbitrio iudicis est.*
4. *Appellare licet à longiore dilatione iudicatum soluendi.*
5. *Intellectus* l. 4. §. si quis condemnatus de re iudicata.
6. *Intellectus* l. debitoribus de re iudic.
7. *Fatale secundum impedito concedendum.*
8. *Desertio appellationis cessat, facta qualicunque diligentia.*
9. *Fatale secundum ipso iure datur.*
10. *Litis contestatio non est necessaria in causa appellationis.*

CONSILIVM XCVIII.

HVmanitatis & commiserationis gratia[a], † non tantum vltrò confessis[b], 1
sed etiam iudicio condemnatis debitoribus, concedi debet tempus, & spacium faciendi iudicatum; quod Angelus Perusinus vocat afflictorum debitorum lac & mel[c]. Quod quidem tempus olim ex lege duodecim tabularum triginta dierum constitutum erat[d]; qui triginta iusti, hoc est solennes & iuridici dies postea duplicati sunt, & conuersi in bimestre[e]; & rursus per Iustiniani cõstitutionem in quadrimestre[f]; quod & Canonica sanctio comprobauit[g]. † Sed hæc huius sic iusti seu consti- 2
tuti temporis ratio & obseruatio tam præcisa non est, quin Iudici interdum liceat ab eâ recedere, tam supra, quam infra illud consistendo; hoc est tam illud prorogando, quàm abbreuiando, seu coarctando pro causæ qualitate vel quantitate, aut personarum obsequio vel contumacia[h]. Et quidem facilius procliuiusque pro commiserationis intentione prorogando quam decurtando; ita vt Accursius existimet[a], prorogationem sine causa fieri posse, non perinde abbreuiationem; vt hæc quia debitori grauior est, sine causæ cognitione fieri nõ debeat[b]: ita quod huius rei potestas vt plurimũ sit arbitraria, in Iudicis arbitrio consistens[c]. Ad quam iuris constituti rationem oculos conijciendo, videri posset non satis fundatam esse appellationem, quam Guilielmus Lansheere huius causæ appellans prosequitur in hac instantia coram Venerabili Domino Decano collegiatæ Ecclesiæ Sancti Iacobi Louaniensis, ex delegatione Apostolica dato Iudice interpositam à sentententia venerabilis Domini Officialis Mechliniensis, per quã octaua Mensis Nouẽbris anno 1586. idem Dominus Officialis Reuerendæ Dominæ Abbatissæ Monasterij Vallis Virginum de Lintris, post confessionem in iudicio factam de debito quadringentorum & sedecim florenorum, ei repræsentata seu præsenti pecuniâ offerenti 50. florenos, &

a l. sic cum milites § cum intra ff. de compensat.
b l. certum § vlt. de confess. l. debitoribus de re iudica.
c Consi. 312 prout patet nu. 2. in fin.
d AulusGell. noct. attic. lib. 20. cap. 1.
e l. vlt. §. vlt. in princ. C. de vsur. rei iudic.
f l. 2. & 3. C. de vsur. rei iudic.
g c. quod ad consultationẽ de sent. & re iudic.
h l. 2. l. debitoribus de re iud.

a in d. l. 2. in verb. coarctat & in l. 4 § si quis condemnatus in verb. minorẽ. de re iudic. & ibi Alexand. nu. 7.
b Panorm in d. c. quod ad consultationẽ nu. 9.
c Nicolaus Boerius decis. 45. nu 1. & 9. Menoch. lib. 2. de arbit. iudic. sent. centu 28.

petenti pro residuo dilationem quatuor annorum æqualibus pēsionibus, idem Officialis dicto Guilielmo contradicente, illi pro hoc residuo soluendo statuerit & concesserit dilationem duorum annorum æquis pensionibus seu mediatim. Si enim ex arbitrio Iudicis id dependet, & nulla lege hoc prorogationis tempus circumscriptum est, perinde biennij, vt bimestris prorogatio ei permissa censeri debet. † Cæterum aliud in proposito omninò dicendū 3
nobis videtur, hoc est iustam, & ex rationabili causa interpositam esse hanc appellationem, nec licuisse Domino Officiali tam laxis habenis pro quadrimestri, biennij tēpus concedere. Vt enim vel maximè in Iudicis arbitrio posita sit hæc prorogandi potestas, non est tamen posita in illius libera, aut saltem nō regulata voluntate. Quæ enim Iudicis arbitrio committuntur, seu permittuntur, liberæ aut solutæ illius voluntati non permittuntur, nisi cum hoc lex apertè exprimit[a]; sed pro arbitrio seu arbitratu boni viri id accipiendum est[b]. Sic quod id quod arbitrio permissum est, non in lubitu aut mero placito cōsistat, sed moderationi & vinculis rationis ac æquitatis adhuc constringatur[c]. † Vnde est quod à 4
sententijs, si non quæ à receptis ex compromisso sententijs[d], saltem quæ ex Iudicis ordinarij vel delegati arbitrio definiuntur, perinde appellare liceat vt à sententijs ex certo seu definito iure prolatis[e]. De quo nulla potest esse difficultas, cum ad causam seu ex causa arbitrij potestas conceditur: vt est in proposito hoc iuris articulo, in quo leges hanc prorogandi potestatem non simpliciter & indeterminatè permittunt Iudicis arbitrio, sed ex causa. † Quo pertinet quod Vlpianus expressis 5
verbis scribit[f], Iudicem non semper tempus iudicati seruare, sed nōnunquam coarctare, nonnunquam prorogare: additis his verbis, *pro causæ qualitate & quantitate vel personarum obsequio, vel contumacia.* Et quamuis Accursius[g], & Accursium licet dubitanter sequutus Alexander Imolensis[h] hæc restringentia verba *pro causa qualitate*, &c. contra rationem æqualis determinationis referat duntaxat ad potestatem seu arbitrium coarctandi tempus faciendi iudicati; vt coarctatio seu abbreuiatio fieri non possit, nisi ex euidente causa; veluti cum res accelerationem desiderat, cum in mora periculum est[i]; non etiam ad potestatem prorogandi, qua si illa ex causa non dependeat, nec causam requirat: † veram 6
tamen non esse hanc Accursij interpretationem aperte demonstrat Callistrati responsum[k], quo non hoc tantum permittit Iudici, vt debitori petenti non tantum

a *l. vtrum §. cum quidam de reb. dub.*
b *l. 1. ff. de leg. 2. l. sed si vnius §. prætor. ait de iniurijs l. si filia ff. de leg. 3. l. in personam §. vlt. de reg. iur.*
c *d. §. prætor ait.*
d *Menoch. de arbitrar. Iudicis sent. lib. 1. centur. 70.*
e *gloss. in verb. arbitrij in c. super his de accus. l. si qua pœna. de verb. signific.*
f *in d. l. 2 de re iudic.*
g *in d. l. 2 in verb. coarctat*
h *in d. §. si quis condemnatus n. 8.*
i *DD. in d. l. 2.*
k *in d. l. debitoribus.*

statuat diem ad soluendum, sed etiam vt diem proroget, non simpliciter & absolute, sed additis his restringentibus verbis, *si res exigat*; atque paulo post his, vel *ex causa postea prorogatum*; ita vt hæc res non dependeat ex voluntate Iudicis, nec vt inquit Zasius[a], ex incocto illius stomacho, sed ex iustitia & æquitate causæ. Vndè tradit Panormitanus quod Iudex non possit sine causa prorogare hoc legale tempus quatuor mensium, vt nec abreuiare: difficilius quidem, & non nisi perraro abbreuiare[b]; quia abbreuiatio inclementiam aliquam, & humanitatis commiserationisque læsionem continere videtur; facilius vero propter humanitatis ampliationem prorogare; sed neutrum sine causa[c]. Qui Accursij sententiæ aliquid tribuunt, discrimen inter abbreuiationem & prorogationem constituunt[d]; quod abbreuiatio non tantum sine causa, sed etiam sine causæ cognitione illiusq; expressione fieri nequeat: quasi omissa causæ cognitio, abbreuiationis nullitatem inducat, velut contra ordinem iuris facta[e]; non perinde etiam prorogatio, vt hoc sine causæ cognitione adhibita, vel expressa facta, ipso iure valeat, sed tamen iustitiam causæ in rei veritate requirat, etiamsi Iudex illam nō exprimat; & si iustitia causæ deest, quamuis ipso iure valeat, iniqua tamen censeatur: sic quod à prorogatione sine causa iustâ, vltra terminos iuris facta, appellare liceat, & per Iudicem appellationis iniuste data longior prorogatio emendati, & ad moderatum tempus contrahi possit; si scilicet victoris seu creditoris interest, tam longa solutionis spatia Reo condemnato vel confesso non concedi: vt expresse tradunt Panormitanus[f], Alexander[g], Zasius[h], & communiter alij omnes[i]. Quo pro indubitato constituto, facile est sustinere iustitiam huius appellationis ab hac exorbitante longiore Domini Officialis prolongatione seu dilatione solutionis vltra vulgarem terminum iuris quatuor mensium; quod illa non sustineatur aliquo iustitiæ colore, & vltra hoc tendat in magnum appellantis grauamen. Nam ex parte seu persona Dominæ Abbatissæ, nulla profertur causa idonea tantæ prærogationis, saltem non alia quam difficultatis ex iniuria temporum: at vero difficultas solutionis per se non est sufficiens causa vt à regulis iuris tantopere recedatur; vt & ipsa difficultas ad incommodum debitoris, non ad impedimentum creditoris pertinet[k]. Cui Dominæ Abbatissæ hac in re etiam resistit antecedentis temporis ratio; ob id quod hoc debitum ante vndecim vel duodecim annos ex empto & tradito, ac in eius Monasterio

a *in d. l. si quis condemnatus nu. 6.*
b *ad d. c. quod ad consultationem nu. 9.*
c *d. l. 2. vers. sed perraro de re iudic.*
d *Alexand. de Immola nu. 9. in d. §. si quis condemnatus.*
e *l. prolatam C. de sent. & interlocut. omn. iudic.*
f *d. nu. 9.*
g *d. nu. 8 in fin.*
h *in d. §. si quis condemnatus nu. 6.*
i *in d. l. 2. & in d. l. debitoribus.*
k *l. continuus §. illud de verbor. oblig.*

sterio

ſterio eodem tempore conſumpto vino ſit contractum; ideoque in temporis illa fælicitate ſolui debebat, non illiberaliter extrahi in tot annos, in quibus cauſa difficultatis incidere potuit, & ſic ſibi imputare debeat cur ex tempore ſe reſtrinxerit, & facilitatem longiore morâ excluſerit[a]. At nec ex perſona Appellantis, nec ex cõditione obligationis, ſeu cauſæ debendi, prorogationis huius cauſa deſumi poteſt: cum ex bonæ fidei venditionis contractu, non ex vſuraria, aut alia improbata, aut odioſa cauſa ſit hoc quadringentarum ſedecim florenorum creditum; & Actori ex ſua perſona nihil obijcitur, quam quod diues ſit. Vndè præſuppoſitâ illius veritate non poteſt concludenter deſumi iuſta cauſa vel recuſandi, vel differendi ſolutionem: cum regulariter diuitum ſint credita, & plerumque pauperum debita; & tamen iuris regulâ ſine diſcrimine paupertati & diuitiarum omnibus debitoribus confeſſis vel condemnatis vniforme tempus quatuor menſium attribuitur. Cui appellanti hac in re ad excludendum tacitam dilationem multum prodeſſe debet, quod ex ſua humanitate dictæ Dominæ Abbatiſſæ per decem imo vndecim annos pepercerit, & inhumaniter etiam primo anno ad ſolutionem non vrſerit: vt merito propria etiam hæc indulgentia excludere, & impedire debuerit Domini Iudicis indulgentiorem humanitatem; quam ſine iniuria & læſione appellantis exercere non potuit; præſertim ex conſideratione damni & intereſſe, quod paſſus eſt, & patitur Appellans non tantum ex antecedente, ſed etiam ex hac accedente per Iudicem conceſſâ ſiue morâ, ſiue dilatione, cum ſit mercator & negotiator, cui præſente ac citius repræſentata pecunia ſemper opus eſt: ſic quod hac in re non tantum occurrat conſideratio lucri ceſſantis, ſed etiam damni emergentis[b]; meritoque ob id appellantis interfuerit, & interſit, tam exorbitanter, tam longam dilationem non fuiſſe conceſſam. Nec ſanè merebatur illud Domina Abbatiſſa, quæ in hac cauſa, & in comparendo fuit contumax, nec ad hanc confeſſionem petiti debiti deſcendere voluerit, niſi poſt eius contumaciam declaratam. & poſtquã prætorio remedio miſſionis in bona ad iudicij aleam ſubeundam coacta fuit: ita vt nullum eius hac in re ſit obſequium, hoc eſt modeſta debiti ſtatim poſt in ius vocationem recognitio, & confeſſio; quo caſu facilius procliuiuſque ei ſuccurri potuiſſet[c]; ſed manifeſta deprehendatur eius contumacia, per quam plus quam totis ſex menſibus à die citationis vſque ad diem confeſſionis extraxit, & extrahendo pluſquam terminum iuris ſic ſibi improbabiliter vſurpauerit; ideoque digna non fuerit, cui vel quatuor menſes à die factæ confeſſionis amplius concedi debuerint: quia ſic veniendo in contumaciam, & perſeuerando in illa, manifeſtè oſtendit ſe non ſoluiſſe, quia pecuniam explicare non potuit, ſed quod contumax eſſe, & appellantem ſuſtinere voluerit, eaque ex cauſa nec ſtatutum ſeu legale quatuor menſium tempus ei concedi debuerit[a], multò minus inſuper totum biennium ſine vllo exemplo aut æquitatis colore ſuperaddi. Iuſta itaque nobis videtur hæc appellatio, & officium Venerabilis Domini Iudicis in eo conſiſtere, vt declaret hanc dilationem biennij exorbitantem fuiſſe, & nunc ſaltem poſt lapſum tanti, & præteriti & ſubſequuti temporis dictam Abbatiſſam cogendam eſſe ad ſtatim repræſentandum hoc huius debiti reſiduum cum additamento iuſti intereſſe vltra condemnationem expenſarum.

a l. 2. §. ſi quis tamen ff ſi quis cautio.

b c. per veſtras de donat. inter vir & uxor DD. in c. conqueſtus de vſur.

c d. l. 2. de re iudic.

a d. l. debitoribus verſ. ſi qui tamen per contumaciam.

Additio.

Quanta diligentia VVilhelmus Lanſheer huius cauſæ Appellans hanc appellationis cauſam aduerſus Reuerendam Dominam Abbatiſſam Monaſterij de Lintris appellatam proſequutus ſit, demonſtrant euidentiſſimè ipſa huius ſecundæ inſtantiæ acta. Et primo quidem de legitimæ, & tempeſtiuæ proſequutionis eiuſdem appellationis initio conſtat ex reproducto in hac cauſa reſcripto R^mi. Nuntij Apoſtolici tunc in hac prouincia exiſtentis; ad quem ob id ſuperappellatione ad ſedem apoſtolicam interpoſita recurſus pro obtinenda cauſæ delegatione haberi poterat[b]; & ex inſtrumento ſententiæ ac appellationis exhibito; ex quibus ad oculum conſtat, quod à ſententia octaua Nouembris anno 1586. pronunciata, eadem die ſit in ſcriptis appellatum, & huic appellationi per Iudicem à quo reuerẽter ſine vlla termini præfixione delatum 29. eiuſdem Nouembris; ex quo die currere incipiente primo fatali anno ad proſequendum[c], idem appellans pro impetratione reſcripti delegatorij ſuper hac appellatione, nuntium miſit & reſcriptum ſub data 14 Ianuarij tum proximè ſequentis impetrauit, & impetratum 24. eiuſdem Menſis Ianuarij Venerabili Domino Decano S. Iacobi præſentauit; literas citatoriales impetrauit, impetratas & executioni mandatas 13 Februarij in iudicio reproduxit, & ſuper illis non obſtante contradictione partis appellatæ 6. Martij decretum competentis iuriſdictionis obtinuit, decimaque ſexta eiuſdem menſis Martij

b c. 1. de offic. legat.

c Clement. quamuis §. vlt. in fin. in verb. extunc. & ibi gl. ff de appel.

Martij articulos iustificatoriales huiusmodi appellationis exhibuit; ijsque exhibitis summa ope & diligentia eo vsque causam continue & sine intermissione sic persequutus est, vt 29. mensis May contenderit in causa concludendum esse; prout etiam Dominus Iudex prima Iunij ad concludendum, & ad calculum sententiæ procedendum esse decreuit, nisi intra secundum diem iuridicum pro parte appellata aliquid proponeretur; quia deinde nihil proponente per tertium decretum iterum in effectu conclusum est, & pro parte appellantis debita cum instantia petitum ius dici. Ita vt ad hanc tam exactam diligentiam amplius nihil desiderari potuerit, & in breuitate actorum ex eo die, etiam aliquot mensibus ante finem primi fatalis anni, causæ huius appellationis terminari potuerit. Verum quidem est quod pro parte dicti appellantis 18. mensis Septembris exhibita fuerint latius extensa acta primę instantiæ nihilo plus continentia, quam continet prætactum instrumentum: sententiæ & appellationis; præterquam quod in his extensis actis insertum sit instrumentum procuratorij seu Mandati per Dominam Abbatissam Phollianо de Valle dati in dicto instrumento sententiæ, inseri omissum, sub Notarij tamen attestatione, quod de huiusmodi mandato doctum fuerit, moram nullam iniecit; ex quo 23. Octobris per dictam appellatam recognitis dictis instrumentis, & actis eiusdē mensis Octobris procurator appellantis iterum petierit in causa concludi, & super actis ius dici. Ex quo die Venerabilis Dominus Iudex causam terminare poterat in restantibus decem seu vndecim diebus ante totalem exitum dicti primi fatalis anni: ita quod manifeste constet per Appellantem non stetisse, quo minus intra primum fatalem annum causa fuerit terminata. † Pro- 7
inde cum per Dominum Iudicem, vt minimum steterit, quo minus causa celerius terminata sit ante 1. Nouembris, iusta est causa cur appellanti secundus fatalis annus concedi debuerit [a]: cum alioqui non tam ex facto Domini Iudicis, quam ex impedimentis partis appellatæ, multipliciter dicto appellanti præstitis, celerior executio appellationis plurimum impedita fuerit; primum per impugnationem iurisdictionis Venerabilis Domini Decani 16. Februarij propositam, & 6. Martij primum decisam; deinde per friuolas alias allegationes 20. Aprilis & 19. Iunij exhibitas, altercationibus pluribus super illis motis, & per Dominum Iudicem tribus decretis, vt præmittitur reiectis; vt omittamus plures alios, terminos inutiliter pro parte di-

a l. vlt. § illud C. de temp. appell.

ctæ appellatæ seruatos; qui dicto appellanti manifestè impedimentum præstiterunt in prosequutione dictæ suæ appellationis in primo anno, vt merito ob id secundum fatale obtinere debuerit: vt ex-
8 presso iure satis cautum est [a]. † Quin imo quod amplius est, vel vnus dies præstiti impedimenti præsertim per partem appellatam, præbet sufficienter iustam causam obtinendi secundi anni fatalis, si modo aliqua appellantis sit diligentia, etiamsi tantum durante primo anno impetratum esset rescriptum delegatorium [b]; eaque est satis communis Doctorum sententia [c]; nec vllam iustam habet dubitationem, præsertim tunc cum appellans debito tempore appellationem introduxit, & aliquo vsque diligenter produxit [d]; prout in hac
9 causa contigit. † Qui quidem secundus fatalis annus ipso iure occurrente aliquo tali impedimento appellanti debetur, & conceditur, etiamsi neque secundum fatale petitum fuerit, neque de impedimentis præstitis protestatum. Est enim iuris beneficium [e], idque siue per Iudicem, siue per partem appellatam impedimentum fuerit præstitum [f]. Quamuis alioqui in hac causa & scripto & verbo sæpius protestatum sit de impedimentis per partem appellatam præstitis. Proinde friuola, minimeque fundata est partis appellatæ statim post lapsum primum fatalem annum obiectio, & allegatio desertæ huius appellationis, ex lapsu primi fatalis anni, cuius ex quocumque appellati vel Iudicis impedimento re ipsa substituit secundum annum, in cuius principio causa nunc ad-
10 huc consistit. † Et quod ad intensionem negligentiæ & malæ prosequutionis appellata obijcit, ne quidem vtile initium prosequutionis in hac causa esse factum, ob id quod hactenus lis in causa appellationis non sit contestata, nec aliquid factum quod pro contestatione sit, ex iuris & praxis imperitia est; quia in causa appellationis ab interlocutoria præsertim super ipsa appellatione nulla requiratur litis contestatio; quamuis ad sententiam diffinitiuam perueniri non possit sine litis contestatione, si in prima instantia illa facta non est [g]. Vnde est quod in vsu fori & praxis inter terminos substantiales non ponatur, nec vsitetur litis contestatio. Quod vlterius appellata in scedula nouissime exhibita obijcit de facultate & potestate Iudicis in statuendis terminis solutionis pro suo arbitrio, nec verum, nec iuri consentaneum esse satis deduximus per præcedentem nostram consultationem. Vt in eo meritò persistendum non sit, neque desertam esse hanc

a c. significasti in fin. de appell.

b Præpositus in c. si quis 2. q. 6. Cassadorus decis. 6 de appel. Ioan. Eagnst. Ferretus consil. 16. vertitur difficultas in fin.

c Innocent. Ioa. Andreas & alij in d. c. ex ratione.

d Philipp. Francus in c. ex ratione in quinto mēbro princ. vers. aliquando, & quinto princip. fuit diligens.

e d. § illud. cum sit romana de appellat.

f Angel. cons. 310. in proposito Philip. Francus in c. ex ratione vers. circa tertiū principale & vers. circa tertium impedimentum.

g c. per tuas & ibi late DD. de appell.

hanc appellationem, aut vllo desertionis vitio laborare, neque vllam esse causam cur Venerabilis Dominus Iudex non debeat iudicare secundum conclusionem pro parte appellantis in hac causa propositam.

SVMMARIVM.

Captio pignorum ex causa iudicati.

1. *Iura & actiones in causam iudicati capi possunt.*
2. *Dies incertus in vltimis voluntatibus conditionem facit.*
3. *Conditiones plures præscriptæ omnes euenire debent.*
4. *Donari absenti quomodo possit.*
5. *Dos non capitur in causam iudicati.*
6. *Aduentitia bona an pro debito filij excuti possint.*
7. *Præsumitur quilibet se conformare iuri & statutis.*
8. *Consuetudo de lucrando vsufructu bonorum coniugis personalis, non realis est.*

CONSILIVM XCIX.

DOmina Maria van Hamal Marchio Arschotana anno 1540. in Octobri coram Scabinis Louaniensibus reditum mille trecentorum flor. his verbis cessit, transtulit & donauit, Heeft ghecedeert ende oever ghegheven Joncheeren Olivieren van Schoenhoven heuren Hooffmeester tot behoeff Jonffrauwe Anne van Harchies zijnder huysvrouwe een renten van derthien hondert guldens erffelijcke / hac inter alias adiecta clausula, Met oeck sulcker côditien dat die voersz. Jonffrauwe Anne noch haeren man die selve renten nijet en sullen moeghen vercoepen / verthieren / versetten / belasten/ noch alieneren/ ende oft die gequeten ghelost / oft affgelept worden dat sy sullen schuldich wesen die penninghen daer aff comende weder aen te legghen. Die welcke renten oft goeden inde plaetze van dien gecocht ende vercreghen/ sullen altijt houden zijde/ linie/ ende successien vande voersz. Jouffrouwe Anne Harchies/ alsoe dat nae die doot der voersz. Jonckeren/ Oliviers/ ende zijnder voerschreven huysvrouwe die zelve renten oft goeden sullen succederen/ ende coemen op die kinderen der selver Jouffrauwen Annen/ oft die gebreckende op haere naeste erff genaemen/ hoc est, cessit & transportauit domicello Oliuerio de Schoenhouen suo œconomo ad opus domicellæ Annæ de Harchies suæ vxoris reditum mille tricentorum flor. hæreditariorum, hac inter alias adiectâ clausulâ. Tali conditione quod dicta Domicella Anna aut ipsius maritus eosdem reditus non poterunt vendere, consumere, oppignorare, onerare, neque alienare, & si redimantur, luantur vel extinguantur, quod tenebuntur denarios inde prouenientes, denuo explicare. Qui reditus aut bona illorum loco empta & comparata, semper sequentur lineam & successionem dictæ Domicellæ Annæ de Harchies; sic quod post obitum dicti Domicelli Oliuerij & dictæ suæ vxoris ijdem reditus, vel bona succedent & peruenient ad liberos eiusdem Domicellæ Annæ, vel illis deficientibus, ad proximiores ipsius hæredes. Mortuâ Donatrice, mortuâ quoque D. Anna, D. Oliuerius superstes huius reditus vsumfructum pluribus annis; hoc est ab anno 1540 percepit, & adhuc de presenti retinet. Anthonius dictorum D. Oliuerij, & Annæ filius debita contraxit, & condemnatus est: creditor qui obtinuit, in causam iudicati capere ac distrahere vult sextam partem dicti reditus, asserens eam partem Antonio vni & sex liberis D. Oliuerij & Annæ competere. Quæritur
1 num id iure possit? † Et sane principio cum in causam iudicati etiam iura, hoc est nonomina & reditus capi possint, deficientibus alijs [a], videri id posset; ob id quod verba dictæ donationis sic concepta sint vt non videatur quicquam D. Oliuerio datum, sed tantum D. Annæ; quia ad opus illius D. Oliuerio acceptanti facta est donatio [b]: ita vt ex morte illius statim ad liberos is reditus ex lege donationis deuolutus videatur [c], & deuolutus in bonis Antonij pro parte sexta excuti possit. Cæterum verius nobis videtur, creditoris intentionem in proposito nulla ratione esse fundatam; idque ex defectu iuris Antonij: nam sic concepta sunt verba donationis, vt vel ex die, vel conditionalis sit donatio [d].
2 † In vltimis etenim voluntatibus dies incertus mortis, conditionem facit [e]. In côtractibus quamuis conditionem propriè non faciat, petitionem tamen differt, vt ante diem peti nihil possit, & malè agat, qui ante diem cedentem petit [f]; præsertim hîc vbi tota substantia donationis quoad ipsos

a l. à Diuo pro § in condemnatione in fin. & §. sic quoque de re iudic.
b l. mancipia C. si quis alteri vel sibi l donationes §. species de donat.
c l quoties de donat quæ sub mod.
d § ita autem Instit. de inutilib. stipulat.
e L. dies incertus de condit. & demonstrat.
f §. omnis stipulatio instit. de verb. oblig. l. cedere diem ff. eod. tit.

ipsos liberos collata est, in tempus mortis vtriusque parentis seu post mortem illorum [a]: ita vt medio tempore dominium dicti reditus acquiri Antonio pro aliqua parte non potuerit. † Cum ergo Antonius 3
petere nondum possit hunc reditum propter superexistentiam patris; quia velut sub duplici conditione mortis patris & matris vlterior donatio liberis facta est, vt sic vtriusque euentus sit necessarius [b]; consequens est, nec idem posse creditorem ex illius capite: potissimum quod non constet de acceptatione Antonij. † Donationes 4
enim etsi absentibus fieri possint [c], absenti tamen nihil adijciunt, nisi constet de approbatione, & acceptatione [d]. Vsque adeò vt si res quæ donatur sit apud donatarium, ei non acquiratur [e] si nesciat illam sibi donatam esse; & illius acceptatione non interueniente, libera sit potestas donationem oblatam debitori, etiamsi non solnendo sit in fraudem creditoris repudiare [f]. Sic quod manifestum sit, & ad excludendum creditorem sufficiat in re proposita constare quod huius reditus Dominium etiam iure nudæ proprietatis nondum spectet ad Antonium. Per alium enim seu ex alterius capite nemo plus consequi potest, quam is habet [g]. Neque in contrarium vrget quod verba donationis post mortem non referantur in principalem reditum, 1300. floren sed tantum ad eum reditum, seu ea bona, quæ compararentur ex denarijs si contingeret, illum principalem reditum redimi. Nam ex tenore totius dispositionis satis constat, donatricem illius voluntatis fuisse, quod ad liberos non perueniret, nisi ex morte, seu post mortem vtriusque parentis: alioqui absurdum esset, quod in succedaneo reditu plus iuris haberet D. Oliuerius, quam in principali cum eadem plerumque sit ratio surrogati, & eius in cuius locū facta est surrogatio [h]. † Deinde vt constituatur proprietatem 5
huius reditus statim ex morte D. Annæ ad liberos peruenisse, nihilo magis potest in causam iudicati capi pars Antonij viuēte D. Oliuerio eiusdem reditus vsufructuario. Vt enim in causam iudicati propter debita vxoris condemnatæ, capi non possunt bona in dotem marito data ne detrimentum ac præiudicium suæ administrationis patiatur [i]: ita nec res debitoris, in qua alius vsumfructum habet: cum vsusfructus vsufructuario semper debeat esse saluus; præsertim hic vbi vsusfructus velut duplex causa cōcurrit, altera ex dicta causa donationis, altera ex lege municipali Louaniēsi, qua coniunx superstes omnium bonorum immobilium coniugis prædefuncti vsumfructum retinet, sub onere alendi liberos. Ita vt quamuis proprietas dici possit esse filij, vsusfructus tamen sit patris, qui executionem pati non debet.

6 † Vt est receptum in bonis aduentitijs, quorum vsusfructus patris est [a]. Quod autem ex dicta donatione vsusfructus saltem D. Oliuerio sit assignatus, euidentia rei ex tenore verborum satis demonstrat; ob id quod ad liberos D. Annæ, hunc reditum peruenire noluerit, nisi Domino Oliuerio mortuo: quod euidens argumentum continet voluisse, vt mortuâ Domina Anná, D. Oliuerius superstes eum haberet.

7 beret. † Idque præsumptione etiam illa, quâ voluerit sese cōformare statutis & cōsuetudinibus oppidi Louaniēsis [b], secundū quæ coniunx superstes lucratur ex morte alterius vsumfructum omnium bonorum immobilium defuncti coniugis: cui consuetudini non præsumitur in tanta verborum luce voluisse derogare. Nam quamuis alias apud Doctores controuersum sit, An fideicommissum vel dispositio de restituendo rem donatam vel legatam alicui tertio, deroget lucris nuptialibus, quæ ex statuto coniugi superstiti debentur: quibusdam id existimantibus [c]; quibusdam negantibus [d]; dubium tamen nullum est, quin cum verba disponentis sic concepta sunt, vt inde appareat eum consuetudini legibusque municipalibus derogare voluisse, lucrum statutorum non deroget nec imminuat ius fideicommissi, seu statuti. Sic quod in proposito certum sit vsumfructum esse relictum, & nullà ratione ademptum; atque ita semper fuisse intellecta verba dictæ Donationis comprobauit rei euentus; cum à morte D. Annæ, D. Oliuerius per multos admodum annos hunc vsumfructum nemine liberorum contradicente perceperit, & adhuc percipiat; ita vt ratio non patiatur, vt quod certam ex vsu interpretationem accepit, instante ac vrgente tertio, cui ius

8 directo non competit, mutetur [e]. † Nec his obstat quod hic reditus non subsit Iurisdictioni, ac territorio oppidi Louaniensis; nam cum hæc consuetudo, de lucrando vsufructu ex matrimonio propriè realis non sit, sed magis personalis; ipsos coniuges magis, quàm bona respiciens, vt bonis rationibus deducit Carol. Molynæus [f], extendenda est ad bona quocumque loco sita; quasi ea sit coniugum mutua conuentio, vt alter alterius bonorum ex mortis casu vsumfructum habeat. Et quamuis in controuerso apud plerosque sit, an dicta consuetudo personalis, an realis sit; in proposito tamen non est necessaria huiusmodi controuersiæ discussio; ob id quod deficiente statuti seu consuetudis considera-

tione,

a l. si eum seruum §. fin. cum 2. ll. seq. de don. inter vir & vxor. Io. de Imola in l. Si diuortio. de verb. obl. Carolus Ruinus cōsil. 65. Primo per ordinem nu. 12. vol. 2.
b l. si hered. de condit. & demonstrat.
c l. etiam absenti in princ. de donat.
d l. nec ambigi C. de donat. Ludo Roman cons 293. donatio patris.
e d. l. absenti in princ.
f l. qui autē ff. Quæ in fraud. credit.
g l. quis in ius de regul. iuris
h Prases in loco de surrogat.
i l. si donaturus §. 1. de condic. caus. dat. Iason d. l. à Diuo Pio §. in venditione n. 20.

a l. non solum §. 1. vers necessitate, & ibi doct. C de bonis quæ lib. Alex. in l. si finita §. si de vectigalibus nu. 5. de dāno infect.
b l. Quæro § inter locatorē. ff locato. Alciatus de præsumpt reg. 3. cap. 32.
c Bald & Salycet. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. Romanus cons. 44. ex supra narrato.
d Iason. & alij in Auth. res quæ C. Communi de legat. & fideicom. Bald. consil. 79. Casus talis est vol. 1. & consil. 327. factum sic proponitur n. 3. vol. 4. Cravetta consil. 186. Præsens consultatio nu. 15.
e l. Si de interpretatione de legib.
f consil. 53. visis contractibus.

tione, maneat dispositio & voluntas D. Mariæ volentis hunc vsumfructum apud D. Oliverium esse; cum huius reditus perceptionem ad liberos pertinere noluerit, nisi Domino Oliuerio mortuo. Quare existimamus supplicem libellum dicti creditoris, quo petit Receptori Regiæ Maiestatis mandari, vt solutionem huius reditus pro parte Antonij sibi soluat, reijciendum esse.

SVMMARIVM.

Executio iudicati.

1. *Bis idem peti non potest.*
2. *Reditus assignatio quomodo fieri debeat.*
3. *Diuisio ius reale, non personale constituit.*
4. *Vsurarum cursus quomodo sistatur.*
5. *Sententia etiam iniqua ius facit.*
6. *Sententia sub prætextu instrumentorum postea repertorum non rescinditur.*
7. *Sententia rescindi non potest.*
8. *Precium loco rei succedit.*
9. *Compensatio rei iudicatæ quando obijciatur.*
10. *Sententia an ad futura pertineat.*

CONSILIVM C.

IN contradictione quam interposita appellatione facit D. Carolus vanden Tymple, aduersus ceptam executionem sententiæ in hoc amplissimo Concilio 24. Decemb. anno 1556. latę; per quam declaratum est quod annuum redituu 24. mediorum seu saccorum siliginis Godefrido van Brecht tanquam marito Domicellæ Catarinæ Lymelet huius causæ Actori, in diuisione cōmunis hæreditatis reseruato, assignaret & hypothecaret super bonis seu fundis villæ de Petermele, diligenter obseruanda est formula sententiæ ex qua agitur; quam si nō excessit Actor, omnis cōtradictionis vis retunditur: sententia quippe quæ in rem transiuit iudicatam, vt hæc de qua quæritur, quatuordecim annorum decursu, non potest non dici rei iudicatæ vigorem habere, ideoq; executioni liberè mandari potest, non obstāte appellatione[a]. Cum itaque dicta sententia, adhibita plena causæ cognitione, disertis verbis cōtineat quod Reus dicti reditus reliqua seu cessa arriragia soluat, assignet, hypothecet, super dictis bonis, cum lege & conditione facultatis illum dequitandi per solutionem 24. flor. pro singulis modijs, & in cepta executione Actor solum vrgeat reliquorum solutionem, & principalis reditus assignationem seu hypothecationem; merito quoque cæptæ executionis liber debet esse progressus; præsertim quod quæ pro causa contradictionis seu appellationis ex parte D. Caroli proponuntur, neque in aspectu, neque in recessu probabilitatis aliquid habeant, cur huiusmodi appellationi deferēdum, illaque recipienda sit, quam generalis iuris regula prorsus improbabilem facit. Quod vt euidentius demonstretur in conspectu ponemus singula capita rationum, quibus suam contradictionem, & appellationem iustificare Reus nititur, & in singula quantum ponderis & momenti habeant inquiremus. Ea autem præcipua sunt quatuor; videlicet primum, quod Actor petat id quod intus iam olim habuit; secundum, quod reditus de quo quæritur, solutione resolutus & extinctus sit, tertium, quod Actor ex alijs causis Reo tantundem, imò plus, debeat ex causa supratactæ sententiæ; quartum, quod Actor faciendo hanc executionem fines & potestatem sententiæ excedat. Sed nullum est quod penetret, & ad iustificandam appellationem, vel ad remorandam vel tollendam executionem satis momenti ha-
1 beat. † Nam quod ad primum attinet, quāuis iusta sit exceptio & contradictio ex capite doli aduersus eum qui petit quod intus habet[a]; cum nemo cogi possit vt actū agat[b], ideoq; executioni sententiæ vel instrumenti habentis paratam executionem sēper opponi possit huius generis exceptio[c]; illius tamen vsus hîc nullus est; constituit enim Reus implementum sententiæ, in eo quod ipsa diuisio, pro hypothecatione, & assignatione sit, idq; ex allegatione Actoris, qui ad obiectionē defectus implemēti ex sua parte quod scilicet per legis actiones & operas nō tradidisset Reo ea, quæ in eius portionē in dicta diuisione cesserāt, respōderit ex natura & potestate diuisionis huiusmodi, traditione opus nō esse; quasi scilicet eodē iure vti debeat Actor in assignatione & hypothecatione dicti reditus[d], aut saltē ante complemētum diuisionis ex sua parte factum, non possit, ex eadem diuisio-
2 ne contra Reum agere[e]. † Cæterum huius obiectionis vis nulla est: plurimum enim interest inter fundorum traditionem & re-

a L. ab executione C quor. appel. non recipian.

a l. bona fidei de reg. iur. l. 3. §. condēnatio. de tab. exhib.
b l. si ita fuerit. 1. ff. de manumiss. testa.
c Ioannes Andrea in addit. ad Speculum de exec. sent. §. fin. Angelus in l. & non tantum §. quod si pro vere ff. de pet. hæred.
d l. 1. ff quod quisque iuris
e l. Iulianus. §. offerri de act. empt.

& reditus assignationem seu hypothecationem. In traditione naturalis actus potissimum inspicitur, qui explicatur non tantum per inductionem in fundos[a], verum etiam si alia quacumque ratione possessor illorum possessionem ex voluntate abalienantis nactus sit[b], etiamsi apud abalienantem illorum possessio nunquam fuerit[c]: ita vt mirum non sit, si in vsu consuetudinis in diuisione, quæ inter cohæredes fit non requiratur illa solennis legis actio & opera ad acquirendum Dominium vel possessionem rerum, quæ singulis condiuidentibus hæredibus in partem cedunt. Vnde in diuisionibus rerum de retinendo, non de dando aut tribuendo plerumque agitur. At vero reditus assignatio & hypothecatio, cū promissionem magis in futurum contineat, quàm rei diuisionem, merito sequentem solennē actum, qui pro traditione fit ex vsu cousuetudinis requirit; cum promissio seu conuentio de assignando seu hypothecando, qualis est hæc de qua in hac causa quęritur, longe distet à reali assignatione & hypothecatione; cum tantum pariat personalem actionem, cuius executio per sequentem realem assignationem fieri debet. Quod in proposito minorem habet dubitationē ex eo, quod vt Reus fatetur hic reditus cum omnia adhuc essent integra, nec ad diuisionem aliquam esset prouocatum, per se formaliter semel assignatus, & hypothecatus fuerit super bonis dictæ villæ de Peetermele, sed quia illius sortem pater Rei tanquam curator præfatæ Domicellæ Catarinæ cuius nomine eadem villa possidebatur, solutione sortis extinxit, & in rationes eiusdem Domicellæ ex causa huiusmodi extinctionis reputata seu imputata fuerit, cōuentum fuit in dicta diuisione vt velut in restitutoria actione eidem Domicellæ Catarinæ loco prioris creditricis, quæ fuit Domicella Catarina vander Borcht, pro recompensatione exonerationis dictæ ville per dictam dequitationem idem reditus assignaretur: si quod aperta sit conuentio de assignando & hypothecando, & minime assignatio aut hypochecatio. † Cum ex aduerso diuisio, & addiuisio fun-
dorū, ius reale, nō nudam personalē obli- 3
gationem constituat, & si quid iuris vel actionis personalis ad implementum diuisionis, diuisio continet, id per sequentem cuiusque possessionē resoluitur. Quo sensu in primis dictam diuisionem Rei parentes atque etiam ipse Reus semper acceperunt, contenti reali possessione, virtute cuius etiam eandem villam non tanquam rem alienam, sed vt propriam vlterius abalienauerunt, & emptori legis operas fecerunt: sic quod frustra, & sine causa conquerantur de implemento illius, cuius potissimum effectum consequuti sunt, cuiusque nulla potest esse maior accessio per aliquas legis operas aut iudicialem renunciationem. De forma enim & modo, frustra quæritur qui plenum effectum consequutus est[a]. Deinde sic ab amplissimo Concilio accepta est hæc diuisionis huius conuentio de assignando & hypothecando; quod per eam ipso iure ex sola diuisionis potestate non fieret assignatio, nec constitueretur hypotheca, sed quod sequente formali actu opus esset, ad hoc vt reditus hic constitutus & assignatus seu hypothecatus super bonis dictæ Villæ, dici posset: alioqui enim frustra condemnatus fuisset Reus per dictam sententiam anni 1556. ad hoc faciendum, disputatione tunc super eo principaliter ortā; actum enim agere nō oportet[b]. Quare quod de similitudine iuris, atque item de defectu actionis superius dictum est,
4 nihil momenti habet. † Secundus contra-
dictionis articulus quamuis in aspectu aliquid difficultatis habere videatur, perinde tamen & progressum & effectum tentatæ & ceptæ executionis vel impedire vel remorari non debet. Persuadet sibi Reus quod hic reditus iam olim ante annum 1556. prorsus fuerit extinctus, & resolutus per oblationem, depositionem, & consignationem ipsius sortis factam in anno quinquagesimo secundo: sic enim iure communi extinguitur reditus, & vsurarū seu redituum cursus sistitur[c]. Verum facile remouetur hæc obiectio, ob id quod per prædictam sententiam anni quinquagesimi sexti in hoc amplissimo Concilio declaratum sit, huiusmodi consignationem sufficientem & idoneam non fuisse, ob defectum solutionis ac depositionis reliquorum seu cessorum tunc arriragiorum. Neque enim ad reditus extinctionem & vsurarum cursum sistendum sufficit sortis solius depositio ac consignatio, totum enim debitum offerri & consignari debet, vt liberatio contingat, & cursus vsurarum seu redituum præscindatur: debitum autem sortis per accessionem arriragiorum augetur[d], ita vt nihil depositum, aut cōsignatum censeatur, cum reliqua seu arriragia præteritorum annorum non cōsignantur[e], sic vt quod soluitur aut deponitur prius in vsuras, quàm in sortem imputetur[f]; atque ita in fine detegatur defectus consignationis in sorte potius, quàm vsuris: vsque adeò vt vel modicus, imo (vt plerique existimant[g]) vel vnius nummi defectus, effectum qui ex oblatione & consignatione consequi solet, impediat[h]. Quæ quidem sententia huius amplissimi Consilij siue

æqua

a l. 3. in prin. ff. de acquir. possess.
b l. hac si de rei vendicat. l. qua ratione §. interdum de acquir re dom.
c l. si seruus §. fin. de acq. re. do.

a l. 3. ff quād. de dies lega. ced. l. non oportet de lega. 1.
b d. l. si ita fuerit.
c l. obsignatione C. de solut. l. acceptā C. de vsur.
d l. Tutor. §. Lucius ff. de vsur. d. l. acceptā in verbis sortem cū vsuris licitis & in d. l. obsignatione in verb. alicuius debita pecun.
e in d. §. Lucius.
f l. 1. C. de solut.
g Angel. in d. l. acceptā in 2 notab & ibi Bald. Salicet. Castrēs. & alij.
h l. quamdiu C. de distract. pignor. l. 2. C. debit. vendit. pignor. imp. d. non poss.

æqua siue iniqua, ius inter partes facere debet, nec nunc refricari potest[a]; præsertim quia Reus illi acquieuerit, nec aduersus illam vel supplicatione vel reuisione sibi intra præmissa tempora consuluerit; imò vlterius illi parendo depositam & consignatam loco sortis pro redemptione reditus pecuniam, Actori in solutum reliquorum seu arriragiorum reliquerit, & dare promiserit, & sic iudicatum in vna parte sententiæ (quoad arriragia scilicet) fecerit, ideoque illius retractandi ex sequenti aliqua causa vel occasione nulla debeat esse potestas[b]; tantoque minus in hoc casu, in quo præter solutionem tunc ante sententiam cessorum arriragiorum, Reus huius reditus solutionem à dicto anno 1556. partim per sententiam latam 10. Maij anno 1560. coactus, partim vltrò vsque ad tempus pro quo, & pro assignatione eiusdem reditus hæc executio cæpta est. Quæ solutionum continuatio continet non tantum latæ sententiæ approbationem, quæ etiam ex sola petitione dilationis ad soluendum inducitur[c]; verum etiam apertam confessionem stantis adhuc & perdurantis reditus; sic quod contraria contentio qua nunc Reus vtitur, de extinctione eiusdem reditus per consignationem multis annis antea factam, & quæ insufficiens iudicata est consignatio prorsus sit improbabilis. Nec quicquam facit (in quo punctus huius causæ consistit) quod Reus proponit, consignationem istam in anno 1552. factam pro sorte seu capitalibus denarijs vere debitam, sortem longè excessisse, & sic depositam pecuniam suffecisse tam pro vsuris seu cessis canonibus, quàm pro extinctione reditus principalis: ob id scilicet quod pro singulis modijs seu saccis consignati fuerint 24. floreni; cum alioqui fuerint dequitabiles per solutionem viginti florenorum; & sic vltra veram sortem fuerint consignati nonaginta sex floreni, qui pro eiusdem reditus arriragijs, quæ tunc tantum vnius aut alterius anni erant, plus quam sufficiebant; ita quod cum ex tempore illius consignationis totus reditus fuerit extinctus & cursus illius præscissus, frustra vrgeatur per viam executionis, eiusdem reditus assignatio, & hypothecatio, quæ ritè semel facta resolui solet, solutâ seu obsignata sorte[d].

5 † Nam in primis hanc refricationem dictæ consignationis an illa fuerit sufficiens, non admittit prætacta sententia anni 1556. quâ declaratum est illam insufficientem fuisse: cui etiam, vt diximus, Reus acquieuit, & acquiescendo insufficientiam agnouit; ita vt pro veritate hæc res iudicata haberi debeat[a]. Vsque adeo vt si nunc vere constaret illo tempore plusquam oportuit, vel saltem quantum satis erat ad dissolutionem totius sortis, & arriragiorum, nantizatum, seu consignatum fuisse; quia tamen aliter iudicatum est, præsertim in hoc supremo Cõcilio, à quo nulla est prouocatio, pro iure id habendum est, siue æquum siue iniquum sit[b]; nec quod illius rei iudicatæ authoritate pro arriragijs solutum, retentum, seu reputatum est, alio iure acceptum dici potest[c]. Vnde etiam est quod id quod ex causa iudicati soluitur, etiamsi probari possit indebitum esse, repeti non possit[d]; neque etiam illius compensatio objici, propter authoritatem rei iudicatæ[e]. Quare etiamsi illa consignatio ab initio sufficiens & idonea fuisset, quia tamen insufficiens per sententiam Concilij declarata est, in momento latæ sententiæ effectum suum amisisse dici debet quoad sortem, & conuersam fuisse in solutionem arriragiorum; neque repetitioni tanquam indebiti, neque extinctioni reditus accommodari amplius potuisse. Sibi enim imputare debet Reus, quod tunc cum res adhuc integra erat, non probauerit sortem seu capitalem pecuniam huius reditus minorem esse, quàm Actor tunc proposuit & probauit.

6 † Etsi enim sententia ex falsis instrumentis lata retractari, & de causa iterum cognosci possit[f]: prætextu tamen instrumentorum postea repertorum, aut ob alias probationes, sentẽtia quæ in rem iudicatam transijt, rescindi aut ad cognitionem reuocari minime potest[g].

7 † Nec in contrarium vrget quod per sequentem sentẽtiam huius amplissimi Consilij 10. Martij anno 1560 latam declaratũ sit in dicta sententia anni 1556. per errorem Secretarij, seu eius clerici & amanuensis, scriptum fuisse 24. cum 20. scribi debuisset: nam sequens huiusmodi sentẽtia, quatenus primę aduersatur, ipso iure nulla est; nemo enim suã aut prædecessoris sui sententiam retractare potest[h]; nec sententiæ authoritatem obtinet, quod cõtra res prius iudicatas declaratur. Nec sanè probabilitatẽ continet hęc sequẽs sentẽtia (quam Actor etiam dicit sine iusta causæ cognitione, nec eo audito latam esse) ob id quod ex scriptura Referendarij seu Reportatoris, qui sententiam priorem concepit, & in primam scripturam coniecit, constet, allegationem seu reiectionem erroris in Clericũ seu amanuẽsem omnino improbabilẽ esse; cum illa de 24. nõ de 20. loquatur; ideoque iure & merito dici possit per errorem & obliuionem priorum (vt interdum bonus dormitat Homerus) irrepsisse hanc opinionem de 20. loco 24. Quam improbabilitatem augent verba priori

a l. qui Romæ §. fin. ff. de verb. oblig. & ibi Doct.

b l. sub specie §. ad solutionem. C. de re iudic.

c l. ad solutionem C. de re iudic.

d l. acceptam C. de vsur.

a l. ingenuum ff. de statu hom.

b Doct. in d. l. qui Romæ. §. vlt.

c l. 1. C. de condic. ind. b.

d l. ex causa C. de compensat.

e l. si fideiussor 1. §. in omnibus ff. mandat.

f l. penult. & vlt. C. si ex fals. instru.

g l. sub specie. C. de re iud.

h l. 1. C. quãdo prouocare non est necess.

prioris instantiæ, quæ manifestam relationem faciunt ad apocham seu quitantiam, quam pater Rei accepit, de dequitato priore illo simili reditu, qui ex his bonis villæ de Pietermele debebatur Dominæ Catharinæ vander Borcht; quæ apocha seu quitantia loquitur de 24, non de 20, florenis pro singulis modijs: cui quitantiæ Reus merito fidem adhibere debet, ob id quod pater eius sic in ea quantitate soluerit & sic facta solutione apocham acceperit, & quod sic erogauit ad rationes Dominæ Catarinæ Limelet retulerit, ac illi desalcauerit, nec Reus facile admissurus sit contrariam aliquam malam suspicionem in hoc patris sui actu. Quamobrem potius constituendum est errorem esse in instrumento diuisionis inter Dominam Catarinam van Dongelberge, & Mariam eius sororem, quod in iudicio hoc prolatum, posterioris huius erroneę declarationis ansam dedit: quia in ea reperitur scriptum singulos modios redimibiles esse 20 florenis: quæ erroris præsumptio potius assumenda est, vt prior potius, quàm posterior sententia stet, cum priori non etiam posteriori Lex assistat [a]. Et vt veritas scripturæ vtrimque constet, & præsupponamus quod in antiqua illa diuisione hic reditus in singulos modios non pluris existimatus sit, quam 20 florenis in singulos modios; & tamen secundum tenorem prætactæ quitantiæ redemptus sit 24. florenis, priori tamen adhærendum & inhærendum est sententiæ quæ ad veritatem quitantiæ potius, quam diuisionis concepta & pronunciata est: quia in cognitione causæ id Amplissimis Dominis æquum bonum visum est, potius quàm sequi veritatem instrumenti diuisionis; ad cuius rationem, quia aciem iudicij non direxerunt qui posterioris sententiæ authores fuerunt, (facile enim ex interuallo sex annorum priorum obliuio interuenire potuit) persuasum sibi facile habere potuerunt, in priore sententia scripturæ, non iudicij errorem fuisse. Sed scripturæ errorem nullum fuisse satis probatum est, tam per scripturam Referendarij, quàm per relationem in eadem priore sententia ad dictā quantitatem restrictè facta: iudicij autem ratio proculdubio vel hæc fuit, quod in instrumento diuisionis errorem esse putauerunt; nam ex modo sequentis solutionis deprehenditur quantitas & modus antecedetis obligationis [b], nec præsumitur quisquam soluere quod non debet tum propter improbabilitatem, quæ cōsistit in tam exiguo precio 20. florenorum, quod annuo etiam redimibili reditui vnius modij seu sacci siliginis, nulla ratione commensuratum est, vt est commune precium 24. florenorum: † res enim precio, & precium rei plerumq, proportionatum esse debet; cum loco rei succedat [a]. Nec verosimile est in diuisione hæreditatis reditus, qui pro fundis vni condiuidentiū assignantur, vt sub tam exigua æstimatione, cum facultate redimendi assignentur: vt nec verosimile est, quod in dequitatione plus debito sit solutum [b]; vel quin Amplissimi Domini tunc existimauerint (& quidem rectè) habēdam esse rationem, non primæ cōstitutionis, sed ipsius dequitationis, quæ siue verè, siue falso fuit 24. florenorū, tanta deberet esse inter Domicellam Catarinam Lymelet, & eius curatorem, quantam illam fuisse idem curator asseruit, & in quitantiā redigi curauit, & in reddendis rationibus curatelæ Domicellæ Catarinæ cōputauit: sic quod hæc assignatio non tam sit loco dequitati reditus, quàm loco solutæ sortis seu capitalium denariorum. In summa vt vt res se habet, prædicta prior sententia hoc saltem facit, quod non possit dici hic reditus extinctus per illam consignationem, cuius effectus in omnem euentū authoritate illius sententiæ fuit resolutus, etiamsi dici & cōprobari posset, quod singuli modij 20. florenis redimi possent; quia ea in parte Reus sententiæ acquieuit, & solutionem reditus continuauit, & post sententiam anni sexagesimi, quo posterior hæc nulliter lata sententia in summario & cōmunicatorio processu declarauit reditum redimibilem esse denario vicesimo. Meritò igitur adhuc actor ad executionem sententię, pro facienda assignatione & hypothecatione ac solutione arriragiorum procedere potest. Nihil enim refert quâ sorte constet reditus, cum perinde pro magna, vt pro parua assignatio & hypothecatio fieri debeat. Et sic satis est quod in articulo huius causæ, non sit quæstio sub qua seu quanta sorte stet & redimi possit hic reditus; sed an simpliciter & absolute adhuc stet, & sic illius assignatio & hypothecatio adhuc peti possit; an vero per supradictā consignationē fuerit extinctus: quod non esse, satis demōstratum est ex authoritate prioris iudicati. † Tertium quod pro impediēda executione obijcitur, in articulo compensationis versatur, quæ compensatio procul dubio etiam executioni rei iudicatæ obijcitur [c]. Sed vt illa vim impediēdi habeat, liquidissima esse debet, & eiusdem generis cum eo quod petitur; hoc est quantitatis ad quantitatem, nō vero speciei ad speciem [d]. Vt generaliter in executione sententiæ, quæ summaria est, & summariè expeditur, non admittuntur illa quæ altiorem indaginem & causæ cognitionem ordinariam requirunt [e].

Cum

a d l. 1. C. senten. rescin non poss. d l. 1. Quando prouoca non est necess.

5. ff.

8

a l. si & rem de petit. hæred l quia debit. rem in fin. Quæ in fraud credito.

b l. cum de indebito ff. de probatio.

9

c l. 2. & ibi Bald. & Salycet. C. de compensat. Alexand. cons. 95 vol. 4.

d l fin & ibi Doct. de compensat.

e Ludo. Roma cons 323 in casu proposito.

Cum ergo quæ Reus obijcit de fructibus per Actorem ex alijs agris ad Reum pertinentibus perceptis, de recentis quibusdam agris obscura, intricata, & minime expedita sunt; requirentia latiorem indaginem; vt per scripturas Actoris, tam respondendo, quàm replicando ad causas oppositionis clarè deductum est, non debet compensationis aliqua ratio in hoc summario executionis iudicio haberi, sed illius discussio Reo ad ordinariam cognitionem reseruari. † Postremum quod ad iustificandam Rei appellationem, & impediendam executionem inijcitur, est de excessu executionis, ob id quod virtute sententiæ anni 1556. vltra prætactam assignationem & hypothecationem, petantur quoque arriragia pro annis sexagesimo quarto, quinto, sexto, & septimo; quorum condemnatio in dicta sententia contineri non videtur: quasi officium illius sententiæ non extendatur ad tunc futura arriragia. Vt regulariter ad officium iudicis non pertinere dicitur tractus futuri temporis [a]; quasi noua interpellatione sit opus, nec possit peti virtute sententiæ prius latæ, cui Reus soluendo arriragia paruisse videtur. Sed nec hæc consideratio iustitiam appellationis continet. Cum enim arriragiorum solutio dependentiam suam habeat ab obligatione assignationis & hypothecationis, & non nisi personali actione peti possunt, in hoc rerum statu; quamdiu scilicet assignatio & hypothecatio facta non est, quæ tribueret realem hypothecariam actionem ad fundorum euictionem, seu possessionis illorum auocationem, ob non factam solutionem cessorum redituum; & dum sic petuntur non tam iure obligationis, quàm ex officio Iudicis debentur tanquam interesse, ob moram assignationis & hypothecationis, quamdiu durat personalis obligatio de assignando & hypothecando. Plurimum namque refert, an ius de futuro seu superueniens per se stet, an dependentiam habeat ab eo de quo principaliter quæritur [a]. Ex prædicta enim sententia duplex ius oritur, vt scilicet hypothecatio fiat, & arriragia soluantur; sic quod mora in principali effectum sententiæ producat, ad arriragia etiam sequētia, quamdiu sententiæ in eo principali nō est plene paritum [b]; quia scilicet hæc arriragia (vt diximus) non per se petuntur, sed vt pars & sequela principalis condemnati. Vnde quamuis facta hypothecatione, & solutis arriragijs præteriti temporis resolueretur seu extingueretur vis & effectus dictæ sententiæ; quasi solutione eius quod debetur, & sic virtute eiusdem sententiæ, postea peti non possent arriragia, sed nouâ actione, & ordinariâ non executiuâ viâ [c]: eâ tamen non factâ, quia durat tractus ipsius interesse, propter defectum implementi, rectè peti possunt arriragia respectu moræ, & contumaciæ in faciendo iudicatum etiam viâ executiua virtute eiusdem sententiæ [d]. Atque ita, amplissimorum Dominorum iudicio meliore saluo, concludimus appellationem & contradictionem D. Caroli nullo iure subsistere, sed D. Godefrido permittendum esse progressum in cœpta executione iudicati.

10

a l. 1. §. 1. ff. de vsur. l. alterius ff. de aqua pluuia l. quemadmodum ff. de iud.

a Bart. & alij in l. 1. C de sentent quæ sine cert. quan.

b Bart. in l. sed etsi possessori. nu 3. ff. de iureiur.

c Castrens in l. qui pendentem nu 4. de actio empt.

d Bart & alij locis supra citatis.

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII.

PRiuilegio Imperiali, & Archiducali Principum Belgij diplomate, cautum est, ne quis citra voluntatem & consensum Clarissimi Viri STEPHANI VVEYMS V. I. Doctoris, & in Academia LOVANIENSI Antecessoris Primarij audeat imprimere Lucubrationes seu Consilia celeberrimi quondam Iureconsulti IOANNIS VVAMESII, V.I. Doctoris, & suo tempore in eadem Academia LOVANIENSI Professoris Primarij, intra decennium proximum, vel etiam alibi impressa in ditionibus Imperij vel Archiducum venalia habere sub certis pœnis, in literis desuper expeditis, latius expressis. Signatis respectiue Io. Baruitius, I. De Buschere.

I*Nfrascriptus testor me dedisse consensum* HENRICO HASTENIO *Typographo Iurato*, & PETRO ZANGRIO *Bibliopolæ etiam iurato Academiæ* LOVANIENSIS, *imprimendi & distrahendi primam centuriam responsorum quondam Clarissimi Viri* IOANNIS VVAMESII, *in Academia* LOVANIENSI *suo tempore Antecessoris Primarij.*

STEPHANVS VVEYMS.

APPROBATIO.

HAnc Cl. I. C. VVAMESII Consiliorum Centuriam eruditam censeo, ac plane dignam, quæ ad studiosorum vtilitatem proferatur in lucem.

GVILIEL. FABRICIVS *Apostolicus ac Regius librorum Censor.*

INDEX

INDEX

RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM, QVÆ IN HAC PRIMA CENTVRIA CONSILIORVM CONTINENTVR.

Cuius primus numerus Consilium, secundus Numerum & tertius Paginam designat.

A

INDEX RERVM

Arbiter

B

C

Cessiones

Contu-

D

Hæres

Iuris-

L

M

N

Prin-

Q

R

S

Spurij

T

V

FINIS.